Teki hr. Platera

T. II.



Rok 1578.

1.

Dux Juliacensis ad Sacram Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Fdur. 6063, t. 11.

Serenissime Rex, Domine observandissime. Quod Serenitas Vestra dilectum, fidelem nostrum Theodoricum Knippenmeck, consiliarium et præfectum nostrum Hamonesem, nuper certis de causis Illustrissimum principem, Dominum Albertum, marchionem Brandeburgensem, in Prussia ducem, fidelem Serenitatis Vestræ vasallum, generum vero nostrum dilectum, filiamque nostram charissimam, ejus conjugem, concernentibus, ad Serenitatem Vestram a nobis missum et ablegatum, regia clementia audire, deque iis, quæ nostro jussu et nomine exposuit, summo studio ac cura conferre non est dedignata, pro eo ac singulari erga nos favore et benevolentia cumprimis Serenitati Vestræ perquam magnas agimus gratias. Et quia ex ejusdem legati nostri literis intelleximus Serenitatem Vestram coadjutoriam seu curatoriam administrationem ducatus Prussiæ, ex certis causis Serenitatis Vestræ animum moventibus, et consilio procerum regni Illustrissimo principi, Domino Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi ab Anspach, demandasse: e re quum ipsius ducatus, tum etiam generi nostri, filiaque nostræ, et hæredum ipsorum esse duximus Serenitatem Vestram eo nomine iterum interpellare. Quapropter prædictum fidelem nostrum consiliarium et præfectum Theodoricum Knippenmeck, quem etiam nunc in Prussia hærere speramus, ceteroqui latorem præsentium ad Serenitatem Vestram (mittimus), obnixe et majorem in modum rogantes, Serenitatem Vestram eumdem non minori, quam ante clementia benevole audire, eidemque haud secus, ac nobis ipsis in iis, quæ nostro nomine exponet, fidem adhibere, nec non precibus et æquissimis postulatis nostris, pro singulari sua clementia, summo erga nos et generum nostrum, filiamque nostram, et in Rempublicam studio, perbenigne dare locum velet. Hoc ipso ~~etiam~~ etenim Serenitas Vestra rem regio suo solio dignam, nobisque gratissimam, nec non Reipublicæ, præcipue vero ducatui Prussiæ salutarem faciet. Nos vicissim omni officiorum genere, studio et diligentia sibi perpetuis temporibus devinctum habebit. Deus Opt. Max. eamdem Serenitatem Vestram in regio et felici rerum statu quam diutissime tueri et confirmare dignetur. Datæ de castro nostro Grenenbrochio, kalendis januarii, anno Domini 1578.

Serenitatis Vestræ paratissimus, Guilhelmus dux Juliacensis.



11.

Legatio ducis Juliacensis ad Majestatem Regiam.

Serenissime potentissimeque Rex, princeps ac Domine, Domine clementissime. Quum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ benigne responsum Illustrissimo Juliacensi, Clivensi, nec non Montensi duci, comiti de Marscha et Ravensburg, ac Domino in Ravenstein, principi meo clementissimo, transmiserim, atque ex eo cum ea qua decet reverentia accepisset, Sacram Regiam Majestatem Vestram curatoriam administrationem Illustrissimi Domini ac Domini Alberti Friderici, marchionis Brandeburgensis, in Prussia ducis, Illustrissimo etiam Domino ac Domino

Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, conferre jam in animo habere, ad Sacram Regiam Majestatem Vestram me denuo cum hisce literis conferre mihi injunxit, quod Sacræ Regiæ Majestati Vestræ suæ Celsitudinis propensam voluntatem, animique benevolentiam significarem, precarerque omnium imperiorum dispensatorem, ut felicissimum hoc regimen cum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ perpetua immortalique gloria, totiusque incliti regni Poloniæ salute, commodo et tranquillitate conjunctum sit, ac Sacram Regiam Majestatem Vestram quam diutissime incolumem conservet, triumphantemque regem de hostibus suis constituat.

Quum nulli dubium sit, Illustrissimum ducem Prussiæ magnæ spei ante hanc calamitatem apud omnes exstitisse, ac a Serenissimo potentissimoque rege, Sigismundo Augusto, piæ recordationis, feudi ducatus Prussiæ investituram accepisse, nec non ducis officio pro sua ætate perabunde satisfecisse, nihilque horum, quæ in sapientem, prudentemque principem cadere deberent, ullum in hoc principe desiderasse, nisi quod ante quinquennium in quemdam animi dolorem atque ægritudinem, Deus novit ex quibus opinatis [?] bonis aut malis inciderit, quominus rebus suis præesse posset: etsi sua Celsitudo in illa adversa valetudine adhuc hæreat, attamen Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ summa benignitate Illustrissimus meus princeps fretus, hoc malum et quicquid est negotii, ex mala administratione haud dextroque consilio quorumdam manens, saniori ratione, melioreque modo pro Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ auctoritate, tanquam a gravissimo moderatore mederi potuisse arbitratur: ne ob id ducem, qui rem fortassis minus intelligit, atque Dominam Prussiæ, quæ nullo modo culpanda (est), pœnam luere necesse fuisset, atque absque ulla monitione curam tractari, tamque absolute absolvi non debuisse, ut etiam titulo ducis cum omnibus prærogativis, præeminentiis, utilitatibus et fructibus, reservatis solummodo ad victum et cultum corporis pertinentibus, constituenda hac administratione carere deberet: nec rationi, nec juri consentaneum esse Illustrissimo principi meo videtur. Quod si vero durante illa animi ægritudine, Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ bona providentia, ac communi Ordinum hujus incliti regni Poloniæ suffragio, curam Prussiæ ducis personæ, ducatusque administrationem Illustrissimo Domino ac Domino, Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, tanquam proximiori agnato conferre necesse visum fuerit, Illustrissimus meus princeps suo loco positum relinquit, ea tamen spe, Sacram Regiam Majestatem Vestram eum paternum amorem, quo et generum, et filiam Illustrissimi principis amplectitur, non per hoc minuere, minus vero mutare velle, sed paternæ promissioni quam benigne regio animo stare, maximamque rationem habituram, ut de istis omnibus, quæ quum ad dignitatem, honorem ducis ac ducissæ, liberorumque, et ad utilitatem et commodum ducatus, ~~Prussiæ~~ privilegiorumque conservationem pertinere videantur, nihil omittatur.

Quamquam de Sacra Regia Majestate Vestra Illustrissimus meus princeps indubitatam conceperit spem, ut unumquemque pro suo jure defendere magis (sit) impensa, quam ullum hominem contra jus et æquitatem opprimi sineret; nihilominus quum Illustrissimo principi meo rationes atque negotium filii ac filiæ, non minus quam sui ipsius curæ sint, non aliter hac vice potuit, quam apud Sacram Regiam Majestatem Vestram pro dilectis

filiis suis rursus intercedere, rogans atque obsecrans quam humillime, ut in constituenda hac administratione ratio et dignitatis et honoris a majoribus accepta filii sui ac filiæ charissimæ habeatur ac conservetur, et quid in hac administratione a Sacra Regia Majestate Vestra Illustrissimus meus princeps libenter caveri vellet, de istis mihi hos articulos transmisit. Quum autem dubitet Status Prussiæ, quæ ad dignitatem principis, conservationemque privilegiorum pertinerent, in medium producturos, vicissim quam obnixe Sacram Regiam Majestatem Vestram rogat, ut et ea pro benignitate acceptare dignetur.

Quo præstito, Sacra Regia Majestas Vestra constanter sibi persuasum habeat, ac perquam benigne judicet, non solum hoc ipso opus pium et consolationis plenum vere præstitisse, verum etiam animum dolore et miseria tabescentem relevasse, tumque quod Ducatui ex usu, et quod æquum et justum est, fecisse.

Quæcumque ad Sacram Regiam Majestatem Vestram, tum ad vestram amplitudinem Domini senatores inclyti regni Poloniæ pertinere videbuntur, quæque ab Illustrissimo principe meo summo studio effici possunt, ea omnia, omni favore atque gratia pollicetur ac defert.

Quum Ducatus Prussiæ non exiguum membrum regni Poloniæ, ut non minus Regiæ Majestati, præclarissimi regni Poloniæ, quam ipsi duci, salvam esse Rempublicam cordi esse debeat, rationi æquitatique consentaneum, ut præstita cautione, ipsius ducis persona in omnibus rebus adversis, et quotiescumque necessitas hoc postulabit, a curatore defendatur. Provinciam ita conjunctam conservare, ac ubi tempus administrationis expiraverit, istum Ducatum hæreditario duci, aut suis hæredibus, absque ulla controversia restituere teneatur, quodque ipsum Regiæ Majestatis Vestræ ac Ordinum inclyti regni singulari discretioni, utpote quorum interest, relinquo.

(Deinde ut præfecti et capitanei, cujuscumque conditionis et auctoritatis fuerint, non solum ipsi marchioni, verum etiam ipsi duci Prussiæ, respectu suorum hæredum, jurejurando adstringantur.

Quodque sub bona fide, ut inter principes jure cautum, quæ habeat vim juramenti, promittat, ducis atque ducissæ Prussiæ, liberorumque, quos Deus dedit, aut in futurum pro sua misericordia daturus, ratio dignitatis, utpote et pactis dotalibus, quantum ad filiam nostram promissum, in omnibus habeatur, atque hanc administrationem se ea fidelitate exercere velle, similiter debitam clementiam erga nostrum generum ac filiam charissimam exhibere, prout fidelem curatorem decet. Quare non inconveniens, sed et ratio dictat, inventarium de omnibus rebus constitui debere.

Quanquam gener noster in illam adversam valetudinem præter omnem spem inciderit, et ob rem publicam salvam administratorem constituere necessitas postulavit; non tamen eam ob causam omni honore et dignitate a majoribus accepta privari debuisse: quare rationi et juri minime repugnat, administrationem hanc nomine hæreditarii ducis Prussiæ exerceri.

Similiter peræquissimum videtur, ut non solum dux Prussiæ cum charissima sua conjuge [habitet] in castro Regiomontano, ubi natus et educatus, sed etiam ubique ~~terrarum~~, locorum, uti illis visum fuerit, libere degere pro arbitrio liceat, atque Regia Vestra

Majestas [id] diligenter cavere velit, obnixe rogamus.

Omnia hæc, quæ de curatore principali dicta sunt, Sacra Regia Majestas Vestra etiam de locotenente aut subcuratore intelligere et prospicere dignetur. Quum filia nostra charissima ob adversam valetudinem ipsius ducis, Domini sui mariti, animi dolore cruciatur, a consilio non excludatur, sed ad relevationem præsentis mali pro Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ singulari clementia ac benignitate concedatur.

III.

Cardinalis Varmiensis ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Sacra ac Serenissima Regia Majestas, Domine, Domine clementissime. Subjectissimæ perpetuæ servitutis, et orationum mearum commendationem. Etsi non dubito, quin S. Majestas Vestra, quæ pietas est, et æquitas illius, sponte sit factura, ut negotium ecclesiæ meæ Varmiensis, quod magna æquitate niti videtur, commendatum habeat: quoniam tamen id officii mei ratio cumprimus a me exigebat, facere non potui, quin et ipse literis meis Majestati Vestræ commendarem, idque tanto libentius, quanto majore cum animi mei voluptate intellexi, Majestatem Vestram id vel maxime agere, ut florens ecclesiarum status in regno illius conservetur. Quale autem sit negotium hoc cognoscet Majestas Vestra ex iis, qui a venerabili capitulo ecclesiæ meæ ad illam nuntii mittentur, ut eadem in literis meis ponere minime sit necesse. Illud unum a Majestate Vestra majorem in modum etiam atque etiam peto, ut et eos clementer audire dignetur, et ea bona, quæ piorum principum liberalitate ac munificentia olim attributa, proximis autem superioribus annis quorumdam cupiditate ecclesiæ meæ adempta fuerunt, restitui mandet. Fecerit Majestas Vestra rem pietate, religioneque sua dignam, quæ insignem illi apud homines gloriam et laudem, apud Deum vero gratiam, benedictionemque comparabit. Ego quoque maximo me ab illa beneficio affectum interpretabor, et Deum una cum universo clero meo supplex precari nunquam intermittam, ut S. M. Vestræ consiliorum omnium felicem progressum et exitum largiatur, atque Eam diutissime conservet incolumem. Cui me servitutemque meam, qua summa possum animi ~~mi~~ mei submissione diligenter etiam atque etiam commendo. Datum Romæ, die 4 januarii, anno Domini 1578.

IV.

Moratorium zastrzeżone tym, którzy na wojnie Moskiewskiej służą, dane na sejmie walnym w Warszawie dnia 4 miesiąca stycznia 1578 roku (1)

(1) Jest w Pamiętnikach do historyi króla Stefana przez Edwarda Raczyńskiego dodanych, ale z mylną datą 4 stycznia 1577 roku, bo naprzód w tym roku sejmu nie było, a powtóre król tego dnia i roku był w Bydgoszczy, gdzie aż do 10 marca zabawił.

~~Rok 1578~~.

V.

Artykuły gonienia do pierścienia, podczas przenosin po weselu Jana Zamoyskiego z Radziwiłłówną.

Teka Naruszewicza ~~92~~. 86, 142 Ex mss. arch. Stan. Aug. regis.

Andrzey Opaliński ze Bnina, marszałek Wielki Koronny, Rohatyński, Szremski starosta.

We wszystkich narodziech, przy których obyczaie dobre, y uczciwe dworskie zabawy zostały, zachował się ten zawżdy obyczay, iż na zierdziech wielkich, a zwłaszcza na dworzech monarchów zacnych, ludzie dworscy a młodzi rozmaite krotofile wywodzili, czyniąc to częścią dla tego, aby w tych mnieyszych rzeczach y ćwiczenie swe w rzemieśle rycerskiem po sobie pokazowali, częścią aby panom swym uciesznie iakie uczynili, y pięknemi postępkami, ludzie też y dworskiemi inwencyami im się przypodobali. A iż do tych czasów uczciwy ten zwyczay na dworzech wszystkich z pochwałą ludzi baczných iest ostatecznie zachowan, rozumiejąc ia też iż na dworze króla Jmci, naszego miłościwego pana, na zierdzie tym, na którym ma bydź ludzi konkurs niemały, ku ozdobie zacnych przenosin Jmci Pana Jana Zamoyskiego, podkanclerzego Koronnego, przez Ichmość Pany bracia rodzone małżonki Jegomości, Pany Radziwiły xiążęta z Ołyki, naydować się będzie ludzi młodych, dworskich niemało, którzyby tych krotofil radzi użyli, pozwoliłem za pozwoleniem chętnem króla Jmci placu na gonitwę do pierścienia przed oczyma pańskiemi w Uiardowie na przyszły czwartek. A iż pewnie tak sobie obiecuią ludzie dworscy, iż się naydą ci, którzy y sobie gwoli, y dla zabawienia króla Jmci, y dla przyznania każdemu chęci ćwiczenia y inwencyi iego, więc też y dla ozdobienia tego festu zacnego, ochotnie się do tey krotofili przyczynią, tedy tem pismem się publikuie y pobudka daie. Będą sędziowie zacney tey krotofili, zaczem y szlacheckiemi znakami y upominki będą poczczeni, to iest tym kształtem: pierwszy upominek weźmie, który nayczęściey pierścień brał będzie, wtóry, który znacznieyszą inwencyą na plac przyiedzie, trzeci, który naykształtowniey drzewce podniesie. A iżby się to porządkiem swym toczyło, tedy temi artykuły to gonienie się obwieszcza.

1. Ktokolwiek będzie chciał gonić, ma bydź w słusznym do tego ubiorze, ~~z~~ bronią żadną, którąby ku zwaśnieniu bydź mogła przyczyną, a miasto krotofili niepokóy uczynić, nie ma bydź ozdobion.

2. Przyiechawszy na plac, a naznaczone mieysce do gonitwy raz obiachawszy, ma spokoynie stanąć na tym końcu, z którego maią poczynać biegać.

3. Żaden przedtem gonić nie ma, aż mu będzie od sędziów rozkazano.

4. Kto pierścień weźmie, za każdym razem napiszą mu razów sześć.

5. Kto wzgórę krawędzi pierścienia uderzy, razów trzy.

6. Kto w nadolny krawędź ugodzi, razów dwa.

7. Kto w stronę pierścienia lewą albo prawą, raz.

8. Kto drzewcem sznur przeniesie, na którym pierścień będzie wisiał, wszystkie razi traci, ieśli iakich przed takową omyłką dostał.

9. A ieśliby ich nie miał, a potem równo z kim inszym dostał, iwi będzie bliższy wygrania ów co takiey omyłki nie uczynił.

10. Komuby z strzemienia noga wypadła w biegu, traci wszystkie razy.

11. Komu się głowa odkryie, traci wszystkie takie razy.

12. Komuby kopia z rąk wypadła, albo komu się o ziemię ułamała, albo dotknęła, traci razy wszystkie, y potem zgoła nic do goniuney nie ma.

13. Ktoby z mieysca poskoczywszy w pół kresu dla nieudatnego złożenia drzewca konia zastanowił, drugi raz się poprawić nie może, y owszem on raz idzie mu na zgubne imie.

14. Wolno też będzie każdemu kopią tą gonić, którą sobie na plac przyniesie.

Dan w Warszawie, 6 januarii, 1578 roku.

VI.

Plenipotentia ab electore Brandeburgensi nuntiis ipsius ad accipiendam renovationem simultaneæ investituræ ducatus Prussiæ data.

Teka Naruszewicza 92. Ex arch. regni, et ex Cod. dipl. Dogieli, t. IV.
85. 147

Nos Joannes Georgius Dei gratia marchio Brandeburgensis, Sacri Romani Imperii archicamerarius et elector, Prussiæ, Stetinensium, Pomeranorum, Cassuborum, Vandalorumque, nec non in Silesia Crosnæ dux, burgrabius Norimbergensis, et princeps Rugiæ. Omnibus et singulis, quorum interest, testatum facimus. Quum Serenissimus et potentissimus princeps ac Dominus Stephanus Rex Poloniæ, etc., Dominus et affinis noster observandus, propter tristem invaletudinem, qua charissimus agnatus et filius noster, Dominus Albertus Fridericus, dux Prussiæ et marchio Brandeburgensis, ita conflictatur, ut administrando ei ducatui parum idoneus habeatur; curam et gubernationem ducatus Prussiæ dilecto agnato et affini nostro, Domino Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi in Anspach, tanquam proximo agnato et successori, publico decreto commiserit, et solenni inauguratione in comitiis regni universalibus Varsaviæ indictis, tradere et tribuere constituerit: atque nos etiam ratione simultaneæ investituræ, quam nos ac hæredes nostri masculi in electoratu successuri, continua serie ipso Borussiæ duce, agnato et affine nostro, Domino Georgio Friderico, marchione Brandeburgensi, etc. et horum hæredibus masculis intercedentibus (quorum seriem longissimo tempore Deus feliciter conservet), incluti regni, ac Serenissimorum regum Poloniæ beneficio in ducatu illo Pruthenico impetravimus ac habemus, eo simul evocaverit (quam regiam benignitatem gratissimo studio accepimus), quod ad conservandum et cofirmandum jus nostrum ad comitia illa Varsaviensia miserimus consiliarios nostros, fideles nobis dilectos, nobiles et magnificos viros, Dominum Abrahamum a Grunenberg, ducatus nostri Crosnæ præfectum et commendatorem in Lagaw, et Dominum Christophorum Meyenburgium, atque his utrisque simul et singillatim integram et plenam potestatem dederimus, nomine et loco nostro a Serenitate Regia renovationem simultaneæ investituræ ducatus Prussiæ ordine supradicto petendi ac impetrandi, hancque in solenni actu, si in publico loco is instituatur, per contactum regii vexilli feudalis, aut, si Serenitati Regiæ ita visum fuerit, in conclavi apprehensione gladii, vel quibuscumque aliis ceremoniis is celebrabitur, suscipiendi, sese nostro nomine ad servanda pacta offerendi, atque ea omnia faciendi, quæ mores et consuetudo regiæ curiæ exigent. Quod si legatis nostris, aut alteri horum (id quod Deus clementer avertat) quid humanitus contigerit, aut ejusmodi ipsis impedimenta objecta fuerint, quæ eos a negotiis obeundis excludant, potestatem illis fecimus alios substituendi et surrogandi, qui rei intersint, et loco ipsorum conficiant. Atque damus, tribuimus et largimur nominatis legatis ad prædicta omnia peragenda hisce literis nostris plenam ac integram potestatem, meliori omni forma, via ac modo, quo de jure, aut regiæ aulæ Poloniæ consuetudine, optime id fieri potest, atque cum omnibus clausulis necessariis et salutaribus, quæ requiri possent, ac si expressis verbis illæ insertæ fuerint. Quin etiam si in tractatione rerum ea se obtulerint, quæ

speciale mandatum et auctoritatem nostram requirere videbuntur, hanc quoque ipsis tribuimus non minus ac si expressa illa essent, quanta omnino singulis in rebus opus habebunt. Quaecumque autem a legatis nostris in hoc negotio, quae ad rem pertinebunt, et ex usu nostro erunt, gesta et acta fuerint, ea omnia, qua principem beneficiarium decet fide, praestare et fideliter implere pollicemur, promittimus atque recipimus. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem, firmiusque et evidentius testimonium, praesentes manu nostra subscripsimus, et sigillum majus nostrum apponi curavimus. Datae ex arce nostra Colonii ad Spream, die 8 januarii, anno Domini 1578.

Hans Georg Kurfürst.

VII.

Summus pontifex ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Charissime in Christo Fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Inter alias pastorales nostri officii curas, hanc vel præcipuam habere debemus, ut divinæ laudes, divinaque officia suis quæque temporibus celebrentur, quod quum sine calendarii emendatione fieri non posse videatur, et nos ipsi quamprimum hoc perfici ad communem Ecclesiæ utilitatem cupiamus, ad christianos principes compendium libri de ea re ab Aloysio Lilio, mathematico peritissimo, conscripti, et ab iis, qui in urbe sunt ejus scientiæ peritiss. comprobati, mittendum duximus, ut eum eruditis mathematicis communicantes, eos hortaremur, si quid ipsis addendum, aut detrahendum, aut aliqua ratione corrigendum videatur, vel si quid melius habeant, libere proferre ne recusent, ut primo quoque tempore, quod in animo habemus, pro communi totius Reipublicæ christianæ utilitate, ad omnipotentis Dei gloriam exsequi possimus. Illud igitur ad Majestatem Tuam mittimus: gratissimum nobis faciet, si in re tam gravi, tamque Reipublicæ christianæ necessaria, atque a bonis optimis optata et expectata, peritissimos mathematicos adhibueris, eorumque sententiam exquisiveris, ut vel ipsi, quod quidem facturos speramus, aliud melius aferant, vel hanc, quam mittimus, rationem probent, aut certe, si quid deesse intelligent, perficiant (1). Cupimus enim rem catholicæ Ecclesiæ communem, catholicorum quoque principum, ac doctissimorum virorum judicio comprobari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 11 januarii, anno Domini 1578, pontificatus nostri anno sexto.

VII. (1) Od początku tego wieku, a mianowicie na soborze Lateraneńskim 1513 roku, narzekano na niedokładność kalendarza, którą w tem postrzeżono, że Wielkanoc nie przypadała w swoim czasie, to jest na pierwszą pełnią xiężyca po porównaniu dnia z nocą wiosennem, jak ją sobór Nicejski obchodzić kazał. To chybianie Wielkanocy i innych świąt ruchomych od swych terminów pochodziło z mylnego obrachowania w kalendarzu Juliaszowym roku słonecznego na dni 365, godzin 6, kiedy w rzeczy samej rok słoneczny zamyka 365 dni, 5 godzin, 48 minut, 48 sekund. Mała ta na pozór różnica to sprawiła, że w przeciągu piętnastu wieków nadliczono 10 dni nad rzetelną ich liczbę z obiegu ziemi około słońca wypadającą, przez co wszystkie święta ruchome o tyleż dni wstecz się cofnęły.

Ale papież Leon X i jego następcy, zajęci walką z protestantami, nie mieli czasu myśleć o poprawie kalendarza. Dopiero za Grzegorza XIII, Aloizy Lilio, medyk i astronom z Werony, podał łatwy sposób poprawienia kalendarza przez wyrzucenie nadliczonych dni dziesięciu. Tenże papież wezwał wszystkie akademie katolickie do rozpatrzenia poprawionego przez Liliusza kalendarza, i jeden jego exemplarz przysłał na ręce króla Stefana przy powyższym liście akademii Krakowskiej. Akademia przysłany sobie Liliusza kalendarz, mało co różniący się od wprzód już ułożonego przez Marcina z Olkusza, przyjęła i pochwaliła. Jeden tylko Latos, także medyk i astronom, wystąpił przeciw Gregoriańskiemu kalendarzowi, za to najbardziej że w nim zatrzymano porównanie dnia z nocą wiosenne na dniu 21 marca przez sobór Nicejski postanowionym.

Kiedy wszystkie akademie pochwaliły poprawiony przez Liliusza kalendarz, Grzegorz

XIII ogłosił go bullą wydaną 13 lutego 1582 roku, w której na zaprowadzenie poprawy miesiąc październik tegoż roku, a w nim dzień piąty wskazał, po którym wyrzucono nadliczonych dni dziesięć, tym sposobem iż z piątego przeskoczono do szesnastego. Takie pogodzenie kalendarza z obrotem ziemi około słońca, żeby nadal w porządku utrzymać, przyjęto że po trzy razy co lat sto, rok przestępny miejsca mieć nie będzie. Zwyczajnym tedy rokiem był 1700, 1800, i takim będzie 1900. Co czterechsetny znowu jest z porządku przestępnym, i takim będzie 2000. Nie jestto wszakże ostateczne załatwienie, gdyż z czterestu lat 20 minut w lat 7200 dzień wyniosą.

Latos oddalony z grona akademii, zato że w pismach swoich przeciw Gregoriańskiemu kalendarzowi zdawał się w jej imieniu przemawiać, przeniósł się z Krakowa do Ostroga na dwór księcia Konstantego, wojewody Kijowskiego, który z całą Rusią kalendarza Gregoriańskiego przyjąć nie chciał. Tam prowadził dalej rozpoczęty w Krakowie spór astronomiczno-teologiczny, który się toczył z wielką zawziętością i grubiaństwem między Jezuitami z jednej, a dyssydentami i wyznawcami Cerkwi Wschodniej z drugiej strony, aż do połowy XVII wieku.

VIII.

Literæ fidei datæ à ducibus Pomeraniæ Stetinensibus plenipotentiariis ad recognitionem homagii ex Lovenburg et Butow præfecturis.

Teka Naruszewicza 92. Ex originali quod rex St. Aug. donavit archivo regni.
~~85~~ 144

145

Nos Joannes Fridericus, Bogislaus, Ernestus Ludovicus, Barnimus, et Casimirus, fratres, Dei gratia duces Stetinensium, Pomeranorum, Cassuborum et Vandalorum, principes Rugiæ et comites Gutzkoviæ, notum ac testatum facimus. Posteaquam nobis vi et vigore pactorum inter inclytum Poloniæ regnum ac ducalem domum Stetinensem Pomeranicam initorum incumbat a Poloniæ regibus, tempore coronationis vel post, super duas præfecturas Lovenburg et Butovum, quas possidemus cum adjacentibus civitatibus et arcibus aliisque pertinentiis, recognitionem petere: et nunc Serenissimus ac potentissimus princeps, Dominus Stephanus, Dominus et affinis noster charissimus, in regem Poloniæ, Magnumque ducem Lithuaniæ sit electus et coronatus, suaque Regia Majestas hunc recognitionis actum ad comitia Varsaviæ mense januario indicta rejecerit: nos ea de causa consiliarios et dilectos fideles nostros Henricum Ramel in Wusterwitz et Nicolaum Pichtium juris utriusque doctorem ablegasse, iisque in mandatis dedisse, ut vigore pactorum prædictorum recognitionem a R. M. S. nostro nomine petant, et quodcumque nostrarum est partium ad effectum perducant: quemadmodum etiam hisce literis nostris ad ejusmodi actum plenissimum mandatum et potestatem nostram omni meliore forma et modo, quo de jure et consuetudine fieri potest, ipsis tribuimus atque elargimur. Itaque amanter et obnixe rogamus, ut R. M. S. plenam illis in hac parte fidem, perinde ac nobismet ipsis habeat, ac in hoc negotio se erga nos taliter declaret præstetque, sicut de R. M. S. fiduciam concepimus, et æquitatis, foederum ac vicinitatis exigit ratio. Deferimus nos vicissim R. M. S. omnia studia et officia nostra. In testimonium majoris fidei has literas appenso nostro sigillo munivimus (1). Datæ in arce nostra Stetinensi, die 13 januarii, anno Domini 1578.

Joannes Fridericus. Bogislaus. Ernestus Ludovicus. Barnimus. Casimirus.

IX.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Chodkiewicz.

Ex orig. arch. Sapiehani.

~~IX~~ 146

Magnifice, sincere nobis dilecte. Uti excusationes ~~~~ Sinceritatis Vestræ, quas hactenus ob adversam suam, uti scribit valetudinem, non libenter audiremus, ita quod Sinceritatis Vestræ et ceterorum consiliariorum hortatu, et sui ipsius officii respectu, ad defendendam sibi commissam Livoniam militem conduxerit, non modo bonam in partem accipimus, verum etiam id factum Sinc. Tuæ ita probamus, ut hoc demum constantiæ esse existimemus,

---

VIII. (1) Ten list iest zupełnie dochowany na pargaminie z wiszącemi u dołu na zawiaskach pargaminowych pięcią pieczęciami. Przepisany odemnie z oryginału 23 septembris, 1781 roku. Jest w Dogielu, ale podobno nie z oryginału. Przypisek Naruszewicza.

quod Sinc. Tua, et veteri suo erga Rempublicam studio, et nuper Volcovisco communi omnium consensu ac mutuis consiliis laudatæ defensioni insistens, nulla in re officio merique sibi commisso deesset, si per adversam valetudinem, quam caram habemus, licuisset. Hortamur, curet valetudinem suam, quam quidem quum recuperaverit, rejectis omnibus impedimentis si ita necesse fuerit, in Livoniam eat, neque occasiones rei bene gerendæ negligi patiatur, aut, si tam urgens necessitas ibi non fuerit, huc ad comitia communicandorum consiliorum causa veniat. Quod vero Sinc. Vestra parvum sibi numerum militum in Volcovisco assignatum esse scribat, eum nos quum ex animo aliquo modo augeri cuperemus, eousque istius rei responsum distuleramus, ut, re deliberata communicataque cum ceteris senatoribus, ratio augendi militis inveniri constituique possit. Sed quum eam communem esse omnium Ordinum deliberationem videremus, ad conventum præsentem differre coacti sumus: illa vero, quæ in Volcovisco constituta fuerunt, miramur cur Sinc. Vestræ non dantur, et quod nostri est officii, uti quidem antea quoque fecimus, illius contributionis dispensatores literis nostris hortamur, ut ea quæ constituta sunt faciant sine ulla tergiversatione aut mora. Quid vero nobis ultra in hoc negotio faciendum sit, quum illam constitutionem Volcoviscensem postulatu Sinceritatum Vestrarum in omnibus inviolatam servare consenserimus, non videmus, neque illa ipsa pecunia, quæ ex bonis nostris ad nos spectabat, in usum aliquem nostrum, sed ad hanc eamdem finium defensionem, ut voluimus, quod quidem Sinceritatem quoque Vestram non latere scimus. Ceterum quod Sinc. Vestra ad nos scribit esse aliquos, qui contra ejus dignitatem aliquid moliantur, dolemus vehementer eas dissensiones et differentias malevolorum, ut putamus, hominum figmentis crescere et augeri, nunc præsertim quum ista Respublica M D Lithuanicæ sit in tantis fluctibus et discriminibus constituta, cui, si mutua esset Sinceritatum Vestrarum concordia, multo melius in omnibus consuli et provideri possit: verum enim est illud, quod concordia res parvæ crescunt, discordia vero maximæ dilabuntur. Cuperemus certe nocumentum hoc Reipublicæ aliqua removere ratione, et Sinceritatum Vestrarum animos mutuo inter se conciliare, dummodo Sinc. Vestra in eo modum et rationem, qua id commodius a nobis præstari velit, ipsa declaraverit. Nam quod nos ipsi Sinceritatis Vestræ secuti consilium, collato Magnifico palatino Vilnensi imperii bellici munere, aliquid rursus vel contra ipsius officium, vel contra jura ipsa et antiquas consuetudines statuamus, id quam nobis conveniat, et quantum inde difficultatum accedere possit, ipsa Sinc. Vestra facile considerare potest. Cum his Sinceritatem Vestram bene valere cupimus. Datæ Varsaviæ, die 13 mensis januarii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

X.

Duces Pomeraniæ ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063. t. III.

Serenissime et potentissime Rex, Domine affinis et vicine charissime. Mittimus nostro et Illustrissimorum fratrum nostrorum nomine ad Majestatem Vestram Regiam in negotio petendæ confirmationis super præfecturis Lovenburgensi et Butoviensi, nobiles, fideles, ac consiliarios nostros, Henricum Ramel in Westerwitz residentem, et Nicolaum Pichtium, juris utriusque doctorem: quibus Regia Vestra Majestas in omnibus, quæ nostro nomine vigore instructionis exponent, fidem plane adhibeat, et petitioni nostræ pactis conformi, juxta eam, quam de illa concepimus fiduciam, locum relinquat, a Regia Majestate Vestra amanter petimus. Regiæ Vestræ Majestati omnia nostra officia, studia et benevolentiam omnem pollicemur ac deferimus, eamque diu valere cupimus. Datæ in arce nostra Stettinensi, die 14 januarii, anno 1578.

XI.

Ducum Pomeraniæ legatio.

Serenissime ac potentissime Rex, Domine clementissime. Ad Serenissimam Regiam Majestatem Vestram Illustrissimi principes ac Domini, Dominus Joannes Fridericus, Dominus Ernestus Ludovicus, et Dominus Barnimus, fratres, duces Stettini, Pomeraniæ, Cassubarum ac Vandalorum, principes Rugiæ, comites in Gutzkow, Domini nostri clementissimi, tam suarum Celsitudinum, quam earumdem quoque Illustrissimorum fratrum nomine, nos ablegarunt, et in mandatis dederunt, ut exhibitis credentiæ literis, comprecataque a Deo Opt. Max. Serenissimæ Regiæ Majestati Vestræ dignitatum, bonorum et potentiæ incrementum, ~~omnium~~ omniumque rerum prosperrimos successus, eamdem S. Regiam Majestatem Vestram dictorum Ill. principum nomine peramanter ac officiose salutemus, simul etiam quæcumque pro affinitatis, fœderum, pactorum, vicinitatis jure et religione, mutua debitaque ab ipsarum Celsitudinibus præstari queant officia, ea cum summa promptitudine et observantia S. Regiæ Majestati Vestræ deferamus ac deinceps significemus.

Quum pactis hæreditariis inter inclitum laudatissimumque Poloniæ regnum et Illustrissimam domum ducum Stettini, Pomeraniæ, inita, et in hunc usque diem, Dei beneficio, sancte ac inviolabiter observatis, id inter cætera constitutum cautumque sit, ut dicti Illustrissimi Pomeraniæ principes binas præfecturas illas, oppida et arces, Lovenburg et Butow, vel ipso tempore coronationis novi regis, vel, si tunc per impedimenta minus id liceret, postmodum tamen alio commodiori tempore a Regia Majestate recognoscant, et quod vicissim Celsitudinibus ipsorum confirmatio earumdem præfecturarum simul quoque fieri debeat. Pergratum utique fuisset Ill. principibus, si, quum Serenissima Regia Majestas Vestra pro singulari, æternaque providentia et voluntate divina, ad summam rerum incliti regni Poloniæ eveheretur, statim coronationis tempore recognitio ista vigore dictorum pactorum expediri, et e contra Celsitudinibus ipsorum diploma renovationis et confirmationis reddi potuisset. At qua de causa ipsorum Celsitudines tunc impeditæ fuerint, quominus id ita factum sit, Serenissimam Regiam Majestatem Vestram per literas Ill. principum cognovisse, et quod excusatas tunc ipsorum Celsitudines habuerit, recenti adhuc memoria tenere, non dubitamus. Sed etsi, quum deinceps quoque Serenissima Regia

Majestas Vestra Ill. principibus nostris per internuntium et secretarium suum, Generosum D. Joan Bużeński, ipsas calendas septembris, et civitatem Marienburgum ad hunc actum designasset, Cel tudines ipsorum per oratores et legatos suos, dicto tempore et loco comparere, et quæ a hanc recognitionem requiruntur ac usitata sunt, libenter sane facere et expedire voluissent; attamen et tunc id Ill. principibus non incommode solum, verum etiam impossibile cecidit: quippe quod per sese tempus istud præstitutum satis angustum esset, tum vero quoque quo Ill. princeps et Dominus, Dominus Joannes Fridericus Stettini Pomeraniæ, Dominus noster cle mentissimus, eo ipso tempore longe ab aula sua, apud Ser. principem et Dominum, Joannem Georgium, marchionem et electorem Brandeburgensem, Dominum cognatum, affinem, socerum et compatrem suum charissimum, peregre abesset, atque idcirco quæ ad hoc negotium pe tinerent, expediri nullo modo possent: quemadmodum et hæc et alia impedimenta Ill. princ pes per literas ad S. Regiam Majestatem Vestram exposuerunt, et amanter excusati habiti sunt. Quod ipsum quidem, et quod S. Regia Majestas Vestra in assignatione illius diei et loci ta commodi adeo benevolam se præbuerit, Ill. principes nostri summa gratitudine agnoscunt, et quacumque ratione promereri nequaquam obliviscentur.

Jam vero quum S. Regia Majestas Vestra ad sedulam et amicam requisitionem Ill. pr cipum nostrorum, nunc iterum Celsitudinibus ipsorum hunc diem constituerit, Celsitudines au tem ipsorum nec antiquius, nec potius quicquam, vel habuerint unquam, vel etiamnum hab ant, quam ut veteribus pactis et conventis per omnia stetur, ac ubiquaque satisfiat, in se quidem ut quicquam desiderari possit, Ill. principes non sunt commissuri. Itaque nos cum plenissimo mandato, quod, si requiratur, exhiberi jussi sumus, ablegarunt, et ut ipsorum Celsitu dinum, et eorumdem quoque Dominorum Ill. fratrum nomine dictas binas præfecturas, oppida arces, Lovenburg et Butow, quam, vigore sæpe memoratorum pactorum, id omni meliori firmiorique modo et forma fieri posset, ac deberet, recognoscamus, ac pariter etiam a S. Regi Majestate Vestra renovationem et confirmationem, sicuti decet, secundum eadem vetera pacta petamus et requiramus: prout nos meliori modo et forma, quibus vigore pactorum præcipue vero Gedani anno 1526 initorum, fieri debet ac potest, id hoc ipsum factum volum eaque qua decet reverentia petimus, ut S. Regia Majestas Vestra renovationem et confi mationem dictarum præfecturarum, oppidorum et arcium, in nomine Majestatis Vestræ co ceptam, priori confirmationi prorsus ac per omnia consonam et conformem, in scriptis re dactam, et pro more consignatam, nobis tradi clementissime jubere ac mandare dignetur. Pollicentur vicissim Ill. principes, quæcumque Celsitudinibus ipsorum, vel ratione literarum re versalium, vel alias etiam hujus concessionis ergo, vigore eorumdem pactorum præstanda in cumbunt, ea omnia se fideliter, uti decet, facturos atque obsecuturos esse. Omnem prætere a benevolentiam, mutua officia, studiaque, pro veteri necessitudinis ac vicinitatis jure, S. Regi Majestati Vestræ et universo laudatissimo Poloniæ regno amantissime promptissimeque de ferunt. E contra quoque prorsus confidunt, S. Regiam Majestatem Vestram et universos incliti hujus regni Ordines, Celsitudines suas consilio auxilioque nunquam deserturos, sed vestigiis S. Regiæ Majestatis Vestræ divorum prædecessorum, ac majorum suorum insistentes, se, suasq provincias et populos, prout pactorum rationes, conjunctionis ac voluntatis jura exigunt,

omni tam honorum, quam necessitatum tempore, benigne complexuros, et optime sibi commendatos habituros esse. Iterumque in gratiam et commodum S. Regiæ Majestatis Vestræ et incliti regni Poloniæ, pro affinitatis, vicinitatis et fœderum ratione, Ill. principes summis viribus nihil non facere in procinctu prompti sunt et parati.

Porro, Serenissime ac potentissime Rex, Domine clementissime, quam frequenter apud S. Regiam Majestatem Vestram et inclitum Poloniæ regnum, Domini Ill. principes nostri, ratione centenorum millium talerorum, quæ Celsitudines ipsorum, ut benevolentiam suam re et facto declararent, ab aliis ipsi fœnerato acceperint, et iterum pie defuncto regi, divo Sigismundo Augusto, inclitæ memoriæ, totique regno Poloniæ, in necessarios maximeque bellicos usus et expeditiones contra capitalem et inimicissimum regni hostem Moschum, a dicta Regia Majestate defuncta peramanter, sedulo ac instanter rogatæ, præcedente scientia, et maturo consilio, consensuque procerum ac senatorum regni, mutuo dederint, de quibus per universum jam sexennium nihil prorsus censuum, vel pro interesse solutum est: Similiter etiam ratione quatuor millium talerorum annuorum, quæ eadem defuncta Regia Majestas Ill. principi et Domino, Domino Joanni Friderico, Domino nostro clementissimo, pensionis nomine in septennium data, etiam in fidem cautione pro se, suisque successoribus in regno, sponte et ultro promisit: quam frequenter, inquam, Ill. principes nostri hujus et debiti, et pensionis ratione sollicitarint, quam varias ea de causa legationes in hoc regno habuerint, quantos sumptus huic negotio per aliquot jam annos impenderint, id S. Regiæ Majestati Vestræ adeo cognitum et perspectum esse putamus, ut de novo ea omnia commemorare, non minus prolixum, quam S. Regiæ Majestati Vestræ tædiosum etiam fore existimamus.

Et quamvis sub principium regiminis S. Regiæ Vestræ Majestatis, dilatoriis fere tantum resolutionibus Ill. principes nostri suspenderentur, quamvis itidem, quod hoc ipsum defunctus rex privatim contraxisset debitum, quodque in ejus solutionem certas merces deputasset, persuasum Regiæ Majestati Vestræ initio esset; attamen eidem S. Regiæ Majestati Vestræ Ill. principes propositis claris perspicuisque literis et sigillis, quod non (in) privatam, sed publicam regis et regni utilitatem, prout obligationis clara litera sonat, conversum sit, abunde postea demonstrarunt: sicuti in amplissima regia obligatione nulla prorsus fit mercium mentio, sed in parata pecunia taleris boni argenti, justi usitatique ponderis, valoris autem et gradus saxonici, solutio promissa est et stipulata. Quapropter etiam S. Regia Majestas Vestra, quum paulo post hujus mutui causa apud constitutos fidejussores et senatores regni inquisitionem habuisset, hoc debitum liquidum compertum fuisse, amanter Celsitudinibus ipsorum declaravit literis in castris ad Glowam 22 julii anno præterito datis, et Ill. principi et Domino, duci Joanni Friderico, Domino nostro clementissimo, per internuntium et secretarium Regiæ Majestatis Vestræ 4 augusti eodem anno Lulæ in electoratu Brandeburgensi redditis, quibus benigne et amanter obtulit se Celsitudinibus ipsorum officio suo in procuranda hac solutione, quod tum ob præsentes bellicas curas fieri non potuit, ut quam primum iis liberaretur, non defuturam esse. Quo nomine Ill. principes et peramanter gratias agunt, et hanc ipsam quoque moram, licet non mediocri incommodo suo, æquo tamen ac patienti animo libenter hactenus sustinuerunt.

Jam vero quum isti bellici tumultus, Dei beneficio, ita sopiti, et ad bonum finem perducti sunt, quod ipsum Ill. principes oppidi (causa) lætantur, et ut laudatissimo huic Poloniæ regno, universæque christianitati bene vertat, toto precantur pectore. Creditores autem, a quibus Ill. principes hanc pecuniæ summam acceperunt, Celsitudines ipsorum non ad sortis solum, verum etiam a tot jam annis residuorum censuum solutionem vehementer et acriter urgeant, ac parata pecunia secundum obligationum suarum tenorem, nunc demum satisfieri sibi adeo rigorose postulent, ut si longior porro mora interveniat, omnino futurum sit, ut irreparabili damno, et quod eo durius atque hactenus inauditum est, gravissimis injuriis probrisque Ill. principes afficiantur: id quod S. Regiam Majestatem Vestram et inclitum hoc regnum tamen nolle, quin potius summo ab ipsorum Celsitudinibus studio amovituros esse sperant. Considerato, sin minus id fieret, ita Ill. principes justissima profecto ratione queri posse, quod nulla alia, quam hujus officii sui causa, tam prompte, libenter ac fideliter regi et regno præstiti, tot tantisque incommodis et difficultatibus gravi sane exemplo involverentur. Itaque peramanter petunt, ut S. Regia Majestas Vestra pro summa prudentia regia secum ipsa reputet animo, quanti non solum ipsorum Celsitudinum, sed et ipsiusmet totius incliti regni Poloniæ intersit, quod alias profecto hoc nomine, tam in Sacro Romano Imperio, quam in omnibus aliis vicinis regnis et provinciis haud parum sane indigne auditurum esset. Deinde quoque considerare clementissime dignetur S. Regia Majestas Vestra, quod dicti Ill. principes nostri amplissimas regias cautiones, similiter etiam Generosi et Magnifici D. Joannis Kostkæ, palatini Sandomiriensis, Domini nostri gratiosi, aliorumque regiorum commissariorum apochas, multorum denique non postremi nominis Dominorum et nobilium, fidejussorum suorum, qui adhuc in vivis sunt, sigilla in potestate sua, et in manibus habeant.

Velit itaque S. Regia Majestas providere, et benigne curare, ut ante dicta summa centum millium talerorum, quæ ex forma contractus anno 1575 die 5 martii jam persolvi debuisset, una cum residuis sex annorum censibus, damnisque liquidandis, et pensione ex promisso a tot jam annis debita, nunc demum persolvatur. Quemadmodum nos in mandatis habemus eadem re, et de tempore, quando solutio dictæ summæ, censuum, damnorum et pensionis, receptis e contra cautionibus, et tabula crediti, vigore regiæ obligationis in civitate Pomeraniæ, veteri Stettinio fieri debeat, cum S. Regia Majestate Vestra humillime agamus, ac certi aliquid constituamus.

Sperant Ill. principes, S. Regiam Majestatem Vestram pro singulari ac summa prudentia, proque animi candore regio suo, datarum cautionum ac sigillorum, quibus vigore planissimi ac perspicui tenoris earumdem non solum defuncta Regia Majestas, sed succedentes etiam reges, et ipsum regnum obligantur, debitam rationem benigne habituram, atque ita in hoc toto se negotio re ipsa declaraturam esse, ut longe majoribus gravioribusque in rebus inclito huic regno gratificandi potius in posterum occasionem, quam præstiti damnosi officii sui justissimam poenitendi, adeoque dolendi et querendi causam Ill. principes habeant.

Hæc, Serenissime ac potentissime Rex, Domine clementissime, amplissimis regiis promissis,

contractui et obligationi, quibus apud omnes peræque gentes et nationes, nihil pretiosius, sanctius vel religiosius merito haberi solet, per se conformia sunt, et Ill. principes nostri, si vicissim S. Regiæ Majestati et inclito huic regno Poloniæ, ejusdemque seorsim proceribus et Statibus, quacumque ratione solida officia studiaque sua probare possent, vestigiis illustrissimorum majorum suorum inclitæ memoriæ insistentes, voluntatem suam promptissimam, et pactis hæreditariis conformem, in omnibus declarabunt.

Præterea Serenissime ac potentissime Rex, Domine clementissime, jussi quoque sumus apud S. Regiam Majestatem Vestram nomine dictorum Ill. principum nostrorum, pro subditis earumdem Celsitudinum suarum diligentissime officiosissimeque intercedere: plurimi enim equestris ordinis præcipui fere nobiles Pomeranici, similiter etiam provisores ecclesiarum, scholarum ac hospitalium vehementer de Loysiis, hoc tempore S. Regiæ Majestatis Vestræ subditis, queruntur, quod pecuniarum summas non vulgares partim illis crediderint ipsi, partim vero qui vel promittendo, vel fidejubendo, aliis iisdemque extraneis Loysiorum creditoribus se suamque fidem obstrinxerant, solvere et satisfacere sint coacti, Loysii autem e jurisdictione Ill. principum, solutione nemini facta, recesserint. Unde et creditores ipsi a Loysiis, et qui pro Loysiis fidejusserunt, ab aliis eorumdem creditoribus, facultatibus ac fortunis suis exuti, adeoque misere spoliati sunt, ut multi proscriptis, etiam divenditis et distractis universis hæreditariis bonis et feudis suis, nihilominus tamen omnibus satisfacere non potuerint, vel etiamnum possint. Sed insuper adhuc, quoad famam, honorem et existimationem, longa majorum suorum, et clarissima nobilitatis serie partam, indignissimis proclamationis libellis difamentur, obscenisque picturis delineati, fœdum ac turpe visu publicis iisdem infamibus præcipue locis affigantur, atque ita nimis sane ignominiose lacerentur ac proscindantur, non solum bonorum, sed honorum etiam jacturam faciunt. Quare Ill. principes nostri, has fidelium subditorum suorum vices miserti, et precibus moti, quum eorum calamitates perspectas habeant, et non mediocri cura ac sollicitudine eos sublevandi afficiantur, eoque officium se facere boni ac pii principis existiment, S. Regiam Majestatem Vestram peramanter petunt, ut justitia administretur, et subditis suarum Celsitudinum, nisi aliter queat, saltim legitimo remedio immissionis in bona contra dictos Loysios clementissime subveniatur.

Significatum tamen quoque est Ill. principibus, dictos Loysios magnam pecuniæ summam ab inclito Poloniæ regno sibi debitam causari, et in eam continuo subditos Celsitudinum suarum, ~~[illegible]~~ creditores suos rejicere ac delegare. Tametsi vero hoc non habeant penitus exploratum Ill. principes nostri; attamen confidunt, et peramanter petunt, ut, si ita res se habeat, S. Regia Majestas Vestra et universi Ordines hujus incliti regni, clementissimam rationem habere dignentur, quo et ipsis jam tandem aliquando satisfiat, et ita vicissim illi subditis quoque Celsitudinum suarum satisfacere queant, et cogantur. Cæterum, quin vero sin minus id ita sit, jus et justitiam saltem prædicto modo administrari tandem subditis petunt, ne qui jam antea a rebus auctis et bene curatis, ad magnam paupertatem et inopiam sunt redacti, porro protinus ad stipem ostiatim quærendam prorsus adhuc etiam præcipitentur. Id ipsum uti per se æquum, pium et justum est, ita vicissim Ill. principes nostri pari promptitudine subditis hujus incliti regni justitiam administrare pollicentur, et erga S. R. M. Vestram omni

alio officii genere id adamanter promereri studebunt.

Tandem vero et ultimo loco, Serenissime ac potentissime Rex, Domine clementissime, jussit quoque Ill. princeps et Dominus, D. Joannes Fridericus, ut de injuria, quæ Celsitudini ipsius in pago quodam Hasenwir nominato, novæ Stettinensis præfecturæ, quam Ill. Pomeraniæ principes a Sacro Romano Imperio ante omnem memoriam hominum recognoverunt, possederunt, recognoscunt et possident, per capitaneum Coronensem violenter illata est, graviter apud S. R. M. Vestram queramur. Duodecimo enim octobris die, anno præterito, dictus capitaneus pagum illum Hasenwir, coadunata forte ducentorum hominum armata manu, violenter invasit, et ex eo ministrum quemdam Ill. principis, foresti custodem, Benedictum Schreiberum, captum ac ligatum primum abducere secum voluit, quem deinde tamen precibus totius pagi tandem condonavit, at ita quidem, eaque conditione, ut compeditibus vinctum sculteto ibidem eum traderet, ac captivum hoc modo asservari et custodiri eousque juberet, donec evocatus ad dicendam causam Coronæ sibi sisteretur. Quo facto, quatuordecim plaustra foeni e captivi foenario auferri et discedens secum avehi curavit. Tametsi vero, Serenissime ac potentissime Rex, Domine clementissime, levem prorsus ac frivolam causam hujus tantæ temeritatis et insolentiæ allegari intelligat Ill. princeps; attamen quidquid tandem dictus ille minister Ill. principis commiserit, et quantumvis grave crimen contra ipsum prætenderetur, vel jure prætendi posset, hoc certe indubitatum universaliter relinquendum est, nemini licere in alienum territorium vi et violentia irruere, vel in alterius jurisdictione, non requisita, multo minus denegata justitia, hoc modo pro libidine grassari, et propria auctoritate, armata manu, sibi ipsi jus dicere.

Quod quum dictus capitaneus præter omnem juris et æquitatis rationem, novo et satis pernicioso exemplo, insolenter fecerit, petit Ill. princeps, ut hujus tam enormis violentiæ et temeritatis, extra fines regni in Imperio Romano commissæ, debita habeatur ratio, ut quam severe coerceatur, et tam ipsius Celsitudini, quam subditis ejusdem, vim et injuriam passis, eo nomine satisfiat, tum quoque ut dictum foenum eo, quo ablatum est, loco restituatur, ne Ill. princeps, et apud Imperatoriam Majestatem querendi, et ipse quoque legitima, omnique jure permissa vim vi depellendi ratione, contra dictum capitaneum in posterum se suosque tuendi, justissimam causam habeat. Quemadmodum quoque peramanter confidit Ill. princeps, S. Regiam Majestatem Vestram huic ipsius Celsitudinis justissimæ æquissimæque petitioni locum daturam, ac porro capitaneo isti, quo et a simili, et ab omni alio maleficio, temeritate et injuria in posterum temperet et abstineat, severe interdicturam esse. Quod et pactis hæreditariis ~~dic~~ alienum non erit, et Ill. ipsius Celsitudo vicissim S. Regiæ Majestati Vestræ benevolentiam, officium studiumque suum, qua par est animi promptitudine defert.

XII.

Elector Brandeburgensis Majestati Regiæ.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime Rex, Domine et affinis observande. Serenitati Vestræ Regiæ simul cum studiis et amicitiæ nostræ officiis paratissimis, salutem, incolumitatem ac perpetuam regni felicitatem precamur. Serenissime Rex. Nos ad Serenitatem Vestram Regiam consiliarios nostros fidos ac dilectos, nobiles ac Magnificos viros, Dominum Abrahamum a Grunenberg, ducatus nostri Crosnæ proprincipem et commendatorem ~~a~~ in ~~Glogaviæ~~ Zagaw, et Dominum Christophorum Meyenburg, mittimus, ut simultaneam investituram ducatus Prussiæ nostro nomine a Regia Vestra Majestate petant, et mandata quædam domum Brandeburgicam respicientia Regiæ Vestræ Majestati exponant. Quæ omnia ut Vestra Regia Majestas benigne ex ipsis intelligere, nobisque pro sua in nos regia benevolentia largiri velit, observanter petimus. Pro qua re Serenitati Vestræ Regiæ paratissimam nostram voluntatem ita deferimus, ut nihil Serenitatis Vestræ nomine, quod regiam dignitatem et incolumitatem respiciat, vicissim non simus suscepturi, regiæ benevolentiæ nos sedulo et peramanter commendantes. Datæ Coloniæ ad Spream, 15 mensis januarii, 1578.

XIII.

Catharina, regina Sveciæ, ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Catharina Dei gratia Svecorum, Gothorum, Vandalorum, Regina, et nata Poloniæ princeps, Serenissimo principi, Domino Stephano, eadem gratia Poloniæ Regi, etc., fratri et affini nostro charissimo, salutem cum felicissimo omnium rerum successu conjunctam.

Serenissime princeps, frater et affinis charissime. Non ignorat Serenitas Vestra quam diligenter Nos tam de dote, quam bonis illis omnibus, quæ Nobis a regno Poloniæ et Magno ducatu Lithuaniæ per multos annos debentur, apud Serenitatem Vestram ac senatores et proceres regni ejusdem, non sine maximis impensis egerimus. Et quamvis Nobis semper hac in re id quod æquum erat, pollicitæ sumus, quum quod optimo jure ad Nos pertineant, tum etiam quod crebris literis de postulatione promissio Nobis facta sit; tamen non solum hactenus nihil percepimus, sed et longo temporis spatio comitiis celebrandis, præter nostram expectationem, ulterius rem differri comperimus. Quamobrem quum dictis iis bonis, non sine magna nostra et regni jactura carere non possumus, a Serenitate Vestra diligenter postulamus,

ut cum senatoribus et proceribus suis ita agat, ut ii tandem justitiæ et æquitatis habentes rationem, Nobis præfatam dotem, et omnia debita, ac bona nostra hæreditaria, quæ vel successione ab intestato, vel ex testamento jure ad Nos spectant, sine ulteriori temporum procrastinatione persolvant, ac definitum responsum, affirmatum vel negatum, quam=primum mittant, quoniam tempore de iis omnibus Nobis satisfieri debeat, et an aliquid ab iis expectandum sit, nec ne. Sumus omnino spe bona, Serenitatem Vestram, justitiæ et æquitatis amantem, in justa petitione nostra acquieturam. Quod reliquum est, Serenitatem Vestram una cum consorte sua, sorore nostra charissima, salvam et incolumem quam diutissime valere cupimus et exoptamus. Datum Stockolmiæ, die 17 mensis ja=nuarii, anno Christi 1578.

XIV.

Instructio data a Statibus Terrarum Prussiæ internuntiis ad comitia Varsaviæ habita proficiscentibus.

Teka Naruszewicza 92. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, № 27, pag 69
85, 147

Inprimis Sacræ Majestati Regiæ, Domino nostro clementissimo, et omnibus in universum regni Statibus et Ordinibus paratissima nostra fidelitatis servitia, obsequia, studia et officia, juxta uniuscujusque conditionem, humillimo, fraterno et amico studio deferent.

Deinde dicent, indictum fuisse nunc aliquoties Statibus et Ordinibus harum Terrarum conventum, præter morem et consuetudinem, quæ hactenus in hisce Terris supra hominum memoriam observata fuit, eo quod consiliarii Terrarum per Sacræ Regiæ Majestatis literas tantum evocati, reliqui vero, qui ad consilia publica harum Terrarum æque pertinent, præteriti fuerint. Unde factum est, quod quidam venerint, et negotiorum tractationem susceperint, quidam vero cum publicorum consiliorum et publicarum rationum dispendio, utpote ad consilia non vocati, domi se continuerint. Quare Majestati Regiæ antiquum morem in hisce Terris observatum, humillimo studio in memoriam revocabunt: quod nimirum bis quotannis conventus publici in hisce Terris, modo ordinario, ex vi constitutionum nostrarum celebrari consueverint, ad quos harum Terrarum præses, cujus nunc loco Reverendissimus episcopus Culmensis censetur, Status et Ordines, non autem Majestas Regia, convocaverit. Si vero ingruente quadam inevitabili necessitate, Status et Ordines extraordinario modo evocandi essent, id Sacram Majestatem Regiam harum Terrarum præsidi per literas clementer significasse, qui pro perpetua consuetudine eos, qui ad publica consilia spectaverint, evocarit, ita ut nunquam antehac Ordines Prussici per Majestatem Regiam, sed harum Terrarum præsidem convocati sunt. Atque eapropter Sacram Majestatem Regiam humillime rogabunt, ut has Terras et earumdem Status et Ordines penes antiquas bene receptas consuetudines posthac clementissime conservare dignetur. Sic omnes frequenter convenient, et quod sui muneris atque officii fuerit, diligenter exsequentur.

Postea exponent, venisse ad nos in conventum Graudentiensem internuntium Sacræ Majestatis, Generosum Stanislaum Kostka, Culmensem succamerarium, et nobis nomine Sacræ Regiæ Majestatis aliquos articulos proposuisse, ut iis in deliberationem adductis, nuntios nostros ad hæc Varsaviæ nunc indicta comitia mitteremus, qui cum reliquis Statibus et Ordinibus regni Poloniæ, Magni Ducatus Lithuaniæ et reliquarum provinciarum in consilium eant, et ea omnia tandem executioni demandent. Quum vero id quoque contra harum Terrarum jura et hactenus observatas consuetudines fieri videamus; Sacræ Majestati Regiæ hic quoque quid moris antehac ea in re fuerit, humillimis verbis explicabunt: quod nimirum Serenissimi Poloniæ reges internuntios suos ad harum Terrarum Ordines et extraordinarios conventus mittere, et per illos quæ necessaria visa sunt, proponere consueverint, de quibus hic non tantum deliberatio suscepta, sed omnia etiam ad debitum finem ita perducta sint, ut non necesse fuerit in regni comitiis consilia denuo cum reliquis Statibus vel regni, vel aliarum provinciarum ea de re suscipere, præterquam

quod mandata vel postulata Serenissimorum regum nunquam Polonico, sed si non Germanico saltem Latino idiomate proposita fuerint. Quare Majestatem Regiam humillime rogabunt, ut has Terras penes eam quoque consuetudinem et morem clementissime conservare dignetur.

Quum vero eorum articulorum nunc per internuntium Majestatis Regiæ in medium adductorum quidam sint ejus generis, ut nullam moram pati esse videantur, qualis est de Livonia et Lithuania de crudelis tyranni manibus liberanda: dicent nos earum terrarum, quæ nobis maxime vicinæ sunt, vicem ex animo dolere, et Deum conservatorem rerum omnium interim precari, ut earum incolas a vi et crudelitate immanissimi illius tyranni, pro sua paterna clementia et misericordia, conservare dignetur. Fatemur quidem nostram quoque rem agi, quum paries jam proximus ardere incipiat, cuperemus quoque pro virili nostra ad retundendas illius hostis vires, facultates nostras in medium conferre; verum quum non ignoret Majestas Regia qua ratione hæ Terræ proximo hoc bello exhaustæ sint, et nunc etiam sub discessu militis magis magisque exhauriantur, et denudentur: humillimo studio rogabunt, Dignetur Sacra Majestas Regia harum Terrarum clementissimam nunc rationem habere, et ita illis pro sua clementia consulere, ne reliquias, quæ fortassis superesse possint, nunc etiam conferre cogantur, et postea exinanitæ prorsus ac omnibus nervis destitutæ nec Majestati Regiæ, nec Reipublicæ usui amplius esse possint. Ut taceamus, quod ad eum modum Terræ hæ cujusvis hostis libidini, cui propter inopiam se opponere non poterunt, cum totius regni et omniarum provinciarum periculo exponantur. Si tamen Regia Majestas existimaverit, sine communi collatione huic malo medicinam nullam adferre posse: rogabunt, ut id eo modo, qui in hisce Terris hactenus receptus fuit, fiat, tum ita nos pro modo facultatum nostrarum comparabimus, quomodo fideles subditos facere convenit.

Quum administratio quoque justitiæ, quæ jam ab aliquot annis in his Terris quievit, apprime necessaria est, de tribunali nil aliud dicent, quam nos juribus, legibus et consuetudinibus nostris in hisce Terris receptis et ordinario judiciorum modo, uti hactenus fecimus, libere usuros, quemadmodum id omnibus regni et reliquarum provinciarum incolis liberum et integrum semper fuit.

Ad electionem ~~et~~ regiam quod attinet, dicent, nos nostris gaudere privilegiis, quibus ad electionem et coronationem Serenissimorum regum admittimur, et rogare ne per novum aliquem modum præjudicium ullum nostris privilegiis adferatur.

De conditionibus a Majestate Regia vel jam impletis, vel adhuc implendis nos nihil dubitare dicent, quin confidere Sacram Majestatem Regiam suorum promissorum eam rationem habituram esse, qua communi Reipublicæ optime consulatur.

Ex iisdem per internuntium Sacræ Regiæ Majestatis propositis articulis videmus, Serenissimum Regem Sueciæ contra perpetuum regni Poloniæ et reliquarum provinciarum immanissimum et crudelissimum hostem, Moschum, confoederationem cum incluti hujus regni Statibus inire constituisse: quum vero ignoremus quibus id conditionibus fieri debeat, illi qui ad comitia ex his Terris proficiscentur, audiant quibus rationibus et conditionibus confoederatio

illa confici debeat, et id constituent, quod sine harum Terrarum detrimento et præjudicio constitui posse animadverterint.

Rogabunt etiam, ut Sacra Regia Majestas non tantum debitorum Illustrissimorum Pomeraniæ Ducum, sed harum etiam Terrarum incolarum, qui vel pecuniam numeravarunt, vel fidem suam pro Sigismundo Augusto rege, laudabilis memoriæ, interposuerunt, clementissimam rationem habere, et eos omnes, tanquam successor legitimus et hæres, eliberare dignetur, ne ipsis illud suum officium pro fidei et subjectionis suæ ratione interpositum sit damnosum, sed ut in posterum etiam tanto alacriores ad servitia sua Serenissimis regibus et communi Reipublicæ, sine aliqua hæsitatione, præstanda et exhibenda reddantur.

Quum novæ monetæ cudendæ rationes nullas audiverimus, audient quoque quænam Regiæ Majestatis ea in re sit sententia, ne privilegiis nostris ea in parte præjudicium aut periculum aliquod creetur, et ut moneta sine harum Terrarum præjudicio et detrimento cudatur.

Rationes conferendorum bonorum in terris Poloniæ nobis incognitæ sunt: non dubitamus autem quin Sacra Regia Majestas id factura sit, quod ex usu et utilitate Reipublicæ esse possit.

Quum nova quoque telonia in regno Poloniæ, præsertim vero ad harum Terrarum fines instituantur, quemadmodum non ita pridem Diboviæ, quæ Torunium respicit, factum est; illa autem institutio cum summo periculo et detrimento Majestatis Regiæ et communis Reipublicæ conjuncta sit, quum mercatoribus occasio detur merces suas alio transferendi et transportandi: Sacram Regiam Majestatem humillibus precibus rogabunt, ut ejus rei benignissimam rationem habere, et telonia contra antiquum morem et bonum publicum instituta abrogare clementissime dignetur.

Postremo quum quædam incommoda atque difficultates contra harum Terrarum privilegia, libertates et antiquas consuetudines irrepserint, quæ aliquot articulis comprehensæ et harum Terrarum sigillo roboratæ sunt, eas Sacræ Regiæ Majestati humillimo studio offerent et rogabunt, ut ea, quæ contra libertates nostras introducta sunt, clementissime abroget, quæ vero iis conformia sunt, auctoritate sua regia confirmet et stabiliat.

Atque hæc erit norma et regula, quam harum Terrarum incolæ, qui ad Varsaviensia comitia proficiscentur, sequi et ab ea nullatenus recedere, nec quisquam locum in senatu regni contra harum Terrarum libertates occupare debebunt (1). Contra eam si quid obtrudi coeptum fuerit, eorum nihil suo assensu accipient vel approbabunt, sed

---

XIV. (1) Pomimo tego zakazu posłowie Pruscy, Jan Działyński wojewoda Chełmiński, Jan Dulski kasztelan Chełmiński, Adam Mikołaj Walewski kasztelan Elbląski, zasiedli na sejmie w senacie, a Kostka podkomorzy Chełmiński i posłowie ziemscy w izbie poselskiej. Tylko posłowie z miast większych i mniejszych, w liczbie dziewięciu, rodowici Niemcy, stronili od sejmu, i wyglądali chwili zaniesienia protestacyi, którą jedni i drudzy podpisali, uchylając się od świeżo ustanowionego trybunału i wszelkich na sejmie uchwalonych podatków.

contra ea omnia et singula protestabuntur, et de omnibus, ubi domum, Deo bene juvante redierint, ad nos referent, ut constituere possimus quod harum Terrarum usus et necessitas exigere videbitur. In quorum omnium fidem sigillum harum Terrarum praesentibus est appressum. Datum Lubaviae in conventione Ordinum Terrarum Prussiae generali, die 18 januarii, anno a Christo nato 1578.

XV. Dux Saxoniæ Majestati Regiæ

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Four. 6063, t. 1.

Serenissime Rex.

Serenitati Regiæ Vestræ salutem dicimus, et operam nostram in omni officiorum genere promptissimam prolixe pollicemur. Domine affinis et amice noster plurimum observande. Eodem die, quod nos singulari quodam fato accidisse arbitramur, et legati nostri ex Borussia redierunt ad nos cum literis Serenitatis Regiæ Vestræ humanissime scriptis, et Illustrissimus princeps Dominus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgicus, cognatus noster, instar filii charissimus, hac in Poloniam iter faciens, mirificas Serenitati Regiæ Vestræ apud nos gratias egit, quum diceret omnia Serenitatem Regiam in negotio Borussiaco ob nostram intercessionem accumulatissime et liberalissime Dilectioni suæ tribuisse, ad quam commemorationem veluti testes in re præsenti etiam legati nostri accesserunt, qui confirmarunt a Serenitate Regia Vestra et se tractatos fuisse benignissime, et nullius hominis non tantum in hac causa, sed etiam in Gedanensi pacificatione auctoritatem et gratiam valuisse plus quam nostram. Utrumque autem quum jucundissimum nobis esse Illustrissimus marchio Brandeburgicus intelligeret, et sibi persuaderet, si quid porro superesset, de quo forte laborandum foret, id tum demum recte confici posse, si legati nostri denuo ad Serenitatem Regiam Vestram mitterentur, vehementer etiam atque etiam a nobis petiit, ut eos Varsaviam cum Dilectione sua proficisci juberemus. Etsi autem nobis dubium nullum omnino erat, quin, quum antea nostra causa, tum jam etiam Serenitas Regia Vestra suis constantiæ gratia, mansura esset in eadem ista erga Dominum marchionem liberalitate; tamen pro nostro in Dilectionem ejus amore, et summa conjunctione, deesse hac in parte nostro amantissimo principi nequaquam voluimus, præsertim ~~quum~~ quum ex Serenitatis Vestræ Regiæ literis ejusmodi se erga nos ostenderet benevolentia et humanitas, ut confideremus legatorum nostrorum reditum Serenitati Vestræ Regiæ jucundum potius, quam onerosum futurum esse. Eosdem igitur consiliarios nostros, nobiles et clarissimos viros, Abrahamum Boch a Pollach et Kliphusen, et Dominum Andream Pauli jurisconsultum, ad Serenitatem Vestram Regiam ab-

ablegavimus cum mandatis, ut Serenitati Regię Vestrę pro singulari erga nos benevolentia sua officiose gratias agerent, et nostris verbis etiam atque etiam rogarent, ut Serenitas Regia Vestra ea, quę tam in causa ducatus Borussiaci, quam in transactione Dantiscana, jam antea fecit, et liberalissime in se recepit, etiam ad exitum augeri et cumulari per auctoritatem suam regiam velit; ac si quid forte pro varietatibus horum temporum et hominum inciderit, quo Domino marchioni Brandeburgico opus sit, et voluntatem et imperium Serenitatis Regię Vestrę accedere, uti nostra commendatione et Serenitatis Regię Vestrę singulari beneficio totum negotium hoc commodissime et ex sententia Domini marchionis expediatur, ac de reliquis pacificationis Dantiscanę ejusmodi conditionibus transigatur, ut Gedanenses nostram hanc intercessionem sibi profuisse plurimum intelligant, nec habeant cur ipsos pœnitere possit nostrorum consiliariorum fidelibus monitis se paruisse: de quibus omnibus si Serenitas Regia Vestra legatos nostros benigne audierit, eisque, quod cupimus, fidem adhibuerit, et res atque fortunas Domini marchionis Georgii Friderici, cognati nostri charissimi, commendatas sibi habuerit, equidem et nostram de sua erga nos singulari benevolentia persuasionem plane confirmaverit, et Dominum marchionem, officiosissimum et optimum principem, ad suam necessitudinem hoc beneficio suo adjunxerit, ex cujus observantia et gratitudine, atque ab eo, quo inter Germanię proceres plurimum valet, splendore ac gratia, magnam~~que~~ voluptatem perpetuo captura est Serenitas Vestra Regia, quam benevalere et nos constanter amare etiam porro cupimus. Dresdę, 24 januarii, anno 1578.

Augustus Dei gratia dux Saxonię, Sacri Romani Imperii archimarschalcus et elector, lantgravius Thuringię, marchio Misnię, et burgravius Magdeburgensis.

XVI.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Alexandrum Chodkiewicz Grodnensem Mohiloviensemque capitaneum.

Teka Naruszewicza 92. Ex orig. arch. Sapiehani. 118

85 — 148

Magnifice, sincere Nobis dilecte. Et virtus et diligentia tua, egregiaque in Nos observantia, quæ Nobis omnibus in rebus semper enituit, Nos admonent, ut te iis ornamentis afficiamus, quibus a Nobis non præteritus videri possis. Itque Nobismet ipsis pollicentes eumdem tuum animum, eandem Nobis posthac fidem, non solum præstitum abs te, sed auctum etiam et cumulatum iri: quo erat loco patruelis tuus frater, Magnificus Joannes Chodkiewicz, Vilnensis castellanus, qui administrator et campiductor terræ Livoniæ hucusque fuit, ipso eodem non solum volente, verum etiam id a Nobis coram et per literas sæpius postulante, eodem etiam nunc esse te volumus, tibique imperium administrationis, et nostrorum exercituum, qui in Livoniam mittuntur, quoad Nobis libebit, committimus, nostra comitiorumque Volcoviscensium auctoritate et modo, eodemque ad eos alendos stipendio, tibi jam cœpto solitoque dari. Quod quidem certe munus nostræ in te benevolentiæ, si, ut libenti animo tibi a Nobis defertur, ita tu eo munere naviter atque strenue fueris usus, quemadmodum plane confidimus te facturum, nostram erga te gratiam magis ac magis devincies. Datæ Varsaviæ, die 25 mensis januarii, anno 1578, regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

XVII. 15

Romanorum Imperator ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Rudolphus secundus divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper augustus, Serenissimo principi, Domino Stephano Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, etc., affini et vicino nostro charissimo salutem et mutuam benevolentiam.

Serenissime princeps, affinis et vicine charissime.

Quum superioribus mensibus regni nostri Bohemiæ fideles Ordines ac Status, habito in civitate nostra regia Praga conventu, ibidem de publicis quibusdam ejusdem regni necessitatibus consilia contulissent, missis inde ad nos legatis suis, inter alia, quæ in deliberationem adducta fuerint, istud etiam se considerandum ostenderunt, quæ antehac Bohemiæ regno annexisque provinciis cum Poloniæ regno intercesserit amicitia bonaque vicinitas, mutuis fœderibus confirmata. Quoniam vero ab eo tempore, quo Serenitas Vestra regni istius Poloniæ gubernacula suscepit, neque de hujusmodi fœderibus renovandis ad nos missum, neque aliud quicquam ejus ex Serenitatis Vestræ parte actum esse acceperint, quod ad veterem illam amicitiam bonamque vicinitatem stabiliendam, confirmandamque pertineat, se non satis intelligere quis Serenitatis Vestræ erga ipsum regnum Bohemiæ et annexas eidem provincias sit animus, præsertim quum jam aliquandiu talia circumferantur, quæ haud abs re nonnihil suspicionis eis injicerent. Ac proinde humiliter a nobis petierunt, ut datis ad Serenitatem Vestram literis de voluntate sua, ac quidnam tam nobis, quam ipsis regni nostri Bohemiæ et terrarum annexarum Ordinibus ac Statibus a Serenitate Vestra et regno isto Poloniæ expectandum esset, certius cognoscere dignaremur; cui fidelium nostrorum Statuum petitioni quum desse minime debeamus, benevole et aman-

amanter a Serenitate Vestra postulamus, ut suum nobis animum non modo erga dictum Bohemiæ regnum et annexas provincias, verum etiam quod ad regnum Hungariæ aliaque dominia nostra, et quæ ipsa antiquis illis foederibus comprehensa sunt, de bono vicinitatis jure et de mutuis foederibus renovandis confirmandisque aperire velit, quo de Serenitatis Vestræ voluntate certi, quid nobis vicissim tam ex nostra, quam dictorum regnorum et dominiorum nostrorum parte faciendum sit, statuere possimus. Quod superest, Serenitatem Vestram recte valere cupimus. Datum in civitate nostra Vienna, 29 mensis januarii, anno 1578, regnorum nostrorum Romani tertio, Hungari sexto, Bohemiæ tertio.

Rudolphus.

XVIII.

Elector Brandenburgensis ad Majestatem Regiam.

Serenissime Rex, Domine atque affinis observanter colende. Regiæ Serenitati felices gubernationis et rerum omnium successus, aliaque incrementa faustissima, cum studiorum nostrorum prompta parataque oblatione ex animo precamur.

Serenissime Rex. Etsi omnino constitueramus præfectum ducatus nostri Crosnensis, virum strenuum, Nobis fidelem, Abrahamum a Grunberg, una cum altero consiliario nostro, Christophoro Meyenburgo, ut ritui solemni recipiendæ investituræ ducatus Borussici nostro nomine uterque interesset, ad Regiam Vestram Serenitatem ablegare, eique jam ejus rei mandata dederamus; is tamen adversa valetudine, qua subito correptus conqueritur, quominus iter illud conficere possit, impeditur, eoque nomine ut apud Nos excusationem impetraret, a Nobis sedulo et diligenter petiit. Quum igitur justa hac ejus excusatione contenti, in ejus locum nobilem virum, Nobisque fidelem, Casparum a Flans, præfecturæ nostræ Furstenwaldensis capitaneum, subrogaverimus, majorem in modum a Regia Serenitate Vestra petimus, ut Regia Vestra Serenitas illis non minus ac Nobis, si præsentes essemus, fidem adhibere ..... [velit]. Datum in arce nostra Letslinga, 4 calendas februarii, anno partus salutiferi 1578.

Joannes Georgius.

XIX.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Stephanum Aratorem.

Teka Naruszewicza 92. Ex cod. Vatic. inter Vatic. 6205.
85 – 227 91.

Venerabilis, devote, nobis sincere dilecte: salutem et gratiam nostram regiam. Ex literis tuis, quas anno superiori ad nos dedisti, omni eruditione, rerumque copia refertis, facile perspeximus tuum præclarum erga nos animum, statimque in eam sententiam devenimus, ut ea in re, cujus te jam pridem certiorem feceramus, hac tandem occasione uteremur studio atque opera tua, quod nunc tibi significandum duximus, ut intelligeres, nihil nobis magis in votis esse, quam ut rem divinam, quacumque ratione possimus, juvemus, erigamus et promoveamus. Unde benigne monemus te, ac requirimus, ut cum hoc oratore nostro, quem eo mittimus, huc te ad nos conferas, simulque tecum unum aut duos ejusdem religionis vestræ viros, doctrina et moribus excellentes, adducas, quibuscum de iis rebus, quas acturi sumus, consilia conferre, et deinde primo quoque tempore aliquid certi statuere possimus. Quod te, pro tua in nos fide atque pietate, facturum non dubitamus. Bene vale. Varsaviæ, die 4 februarii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

XX.

Dux Curlandiæ ad Dominum cancellarium regni.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Salutem, omniumque rerum felices successus, præmissa simul officiorum nostrorum testificatione, a Deo Opt. Max. ex animo precamur. Illustris et Magnifice Domine, amice charissime. Accepimus ab internuntio nostro, nobile Oswaldo Grabovio, nunc in comitiis regni Varsaviensibus commorante, quanto studio et propensione in juvandis et provehendis negotiis nostris, præsertim quod attinet arcem nostram Grobinensem, Illustritas Vestra animum suum nobis declaravit: quod ut fuit nobis et erit semper gratissimum, ~~ita~~ sic omnem dabimus deinceps operam, ut Illustritas Vestra hoc tantum beneficium non in ingratum hominem contulisse re ipsa experiatur, neque de iis, quæ hoc nomine a præfato internuntio habet in promissis, confectis, Deo fortunante, ex sententia rebus nostris, unquam dubitabit. Cæterum Illustritati quoque Vestræ personam et negotia optimi viri, nobilis itidem Thomæ ab Embden, capitanei regiæ arcis Rigensis, multis nominibus nobis et grati et probati, etiam atque etiam commendanda duximus, quam mirum in modum atque iterum amice rogamus, dignetur et in posterum non modo nobis in tuenda ac promovenda dignitate et utilitate tam nostra, quam afflictæ hujus reipublicæ benigne aspirare, verum etiam internuntiis nostris et huic Thomæ ab Embden, sua qua pollet gratia et auctoritate, omnibus quibus fieri poterit modis præsto esse. Illustritati autem Vestræ tam de nobis, quam de bonis istis hominibus, immortales vicissim gratias ac gratissima quæque pollicemur. Quam bene valere ex animo cupimus. Datum in arce Rigensi, die 7 mensis februarii, anno recuperatæ salutis 1578.

XXI.
Negotium Grobinense.

Coll. Faur. 6663, t. 11.

Arx Grobinia est tempore Ordinis a magistro Livoniæ, qui nunc dux Curlandiæ, in quinquaginta talerorum millibus, pro usu et defensione Livoniæ mutuo acceptis, Illustrissimo duci Borussiæ pignoris nomine exposita, quam postea, insecuta totius Livoniæ ad regnum Poloniæ et Magnum ducatum Lithuaniæ concessione et subjectione, vigore pactorum Serenissimus rex, divus Sigismundus Augustus, sua ære liberandam, et Illustri duci Curlandiæ restituendam recepit atque promisit, prout hæc inter alia ex transactione sua Majestati debita, et ducalis provisionis literis liquido demonstrari potest. Cumque moderna sacra ac serenissima Regia Majestas in locum hunc regium feliciter evecta, merito pactis istis teneatur, non dubitat Illustris dux Curlandiæ de sua Majestatis Regiæ erga se gratia et clementia, eamque præsertim in hac sua necessitate et rerum angustia humillime implorat, quando quidem hisce continui belli tempestatibus multas expeditiones et impensas facere ab inimico coactus fuerit, porroque necesse habeat, item tot annos non exiguum profligatorum a crudelissimo Moschorum tyranno exulum numerum, ex christiana commiseratione, qua potuit ope libenter juverit, deque suis proventibus aluerit, licet crebro militis regii transgressu imminuti sunt, et proxima expeditione ad extremum major et melior pars suæ Illustritatis ducatus misere spoliata et exhausta, ut in summam rerum omnium sua Illustritas deveniat egestatem, ex qua, nisi accesserit S. Regiæ Majestatis, Domini sui clementissimi, certa sublevatio, eluctari se posse non videt. Existimat autem se in hoc plurimum adjutum iri, si aliqua media liberandæ et impetrandæ ab oppignoratione ista Grobinæ, ex hac regiminis Prutenici innovatione S. Regia Majestas iniret: proindeque sua Illustritas petit quam humillime, ut S. Regia Majestas clementissimam ejus rationem habere, negotiumque hoc quibus possit modis promovere dignetur, ne ex manibus suæ Illustritatis ejusque heredum, quibus jam dudum est curta supellex, cum maxima jactura in totum excidat.

Haud dubie ad primam hanc apud Illustrem Dominum gubernatorem Prussiæ futurum se faciles exhibebunt, qui decuplo fere plus commodi, quam summa illa est, ex usufructu Grobinæ dudum perceperunt, atque nimia silvarum concisione et evacuatione hereditarium damnum Illustritati suæ dederunt, nec hactenus afflictissimis vicinis difficillimo bello, in quod non tantum pecuniam illam, sed et ex aliis locis mutuatam impendi oportuit, multa rerum penuria laborantibus non minus pro ipsorum, quam sua salute Livonibus jam tot annos, quicquam opis et subsidii tulere, ut turpe esset eos pia aliqua commiseratione erga vicinum tot et tantis calamitatibus oppressum, et alieno ære gravatum, non affici.

Illustritas sua S. Regiæ Majestatis operam et gratiam non vult sibi frustra conferri, certo enim spondet et pollicetur, se de primis nactæ in possessionem Grobinæ proventibus soluturum S. Regiæ Majestati gratitudinis ergo decem millia talerorum, deinde

remissurum omnia ea, quae in conventione Torunensi per legatos suos Regiae Majesta-
ti obtulit, ex pactis sibi debita, quorum valor si exactius computetur, plus qua-
centies mille taleros excedet. Agnosceretque Dominus dux cum illustri conjuge
haeredibusque suis hoc beneficium gratissima mente in perpetuum.

Hosius Stephano Regi
25 Januarii Romae T. 85. 149 druk. w dziel.
Prosi aby swoją dobrocią nie ośmielał heretyków, którzy nadużywając swej
na zgromadzeniach swych zajmują się [illegible]

150)

XXII.

Recognitio feudi ex territoriis Butoviensi et Lovenburgensi facta per plenipotentiarios a ducibus Pomeraniæ Stetinensibus.

85 – 151. Ex originali, quod archivo regni donavit St. Aug. rex.

Nos Joannes Fridericus, Bogislaus, Ernestus Ludovicus, Barnimus, Casimirus, fratres, Dei gratia duces Stetini, Pomeraniæ, Cassubarum ac Vandalorum, principes Rugiæ, comites Gutzcoviæ, notum testatumque facimus coram universis et singulis præsentes inspecturis. Postquam Serenissimus et potentissimus princeps et Dominus, Dominus Sigismundus rex Poloniæ, etc., Dominus consanguineus noster charissimus, et inclytum regnum Poloniæ, Illustrissimis quondam principibus et Dominis, Domino Georgio, ~~Augusto~~ avo, et Domino Barnimo, patruo magno, nostro, fratribus, ducibus Stetini, Pomeraniæ, etc., earumdemque Celsitudinum masculis hæredibus arces, præfecturas et oppida, Butov et Lovenburg, cum omnibus et singulis eorum subditis, vasallis, fructibus, libertatibus, eminentiis, censibus, proventibus, juribus et pertinentiis universis, de consilio et consensu Dominorum tam spiritualium, quam secularium, regni senatorum, tenenda, habenda, fruenda, utenda et possidenda in perpetuum jure feudi pro se et successoribus suis, Poloniæ regibus, Gedani anno 1526, ex causis eidem concessioni insertis dedit et concessit, illosque et eorum hæredes de ampliori gratia et benevolentia ita investivit, ut ab omni servitio et juramento, nec non tributis et exactionibus quibuscumque, ejus Majestati et posteris ejusdem ratione dictarum arcium et oppidorum præstandis, dimiserit et liberos fecerit, pollicita quoque sit præterea dictos principes in prædictis arcibus et pertinentiis, quantum in ipsius Majestatis esset, defendere ac tueri: ea tamen adjecta conditione, ut tenerentur et obligati esse deberent præfati Illustrissimi duces et successores eorum, ad singulas successorum ipsius Majestatis, regum Poloniæ, coronationes vel venire ipsi, vel consiliarios aut officiales suos mittere, qui id ipsum jus feudale de præfatis arcibus, oppidis ad Poloniæ regnum pertinentibus, ita ut iis literis continetur, recognoscant, et literas ejus recognitionis et renovationis ipsius feudi, quæ gratis dari debent, a novis regibus accipiant. Sed etsi aliqua legitima causa impediti prædicti Illustrissimi principes eorumque successores hoc officium et debitum in coronationibus novorum Poloniæ regum non facerent, quod nihil ea quoque negligentia illis detrimenti adferre deberet, dummodo alio brevi tempore post coronationem id præstaretur. Ubi vero isti principes et Domini, Georgius et Barnimus, duces Stetini, Pomeraniæ, etc., sine legitimis et masculis feudi hæredibus, vel eorum legitimi masculi feudi hæredes, non relicta prole virili, decederent, stirpsque et progenies eorum mascula et legitima deficeret, quod extunc prædictæ arces et oppida, Butov et Lovenburg, cum omnibus suis subditis, bonis, vasallis, fructibus, libertatibus, juribus, eminentiis et pertinentiis universis, ac cum pleno jure ac possessione citra omnem difficultatem ad ipsius Majestatem et posteros ejusdem, Poloniæ reges, redirent, salva tamen jurisdictione interim perpetuo, proventibus, decimis seu episcopalibus, cum villis, bonis et piscaturis ac libertatibus ad Reverendum Dominum episcopum et ecclesiam Vladislaviensem ex antiquo

pertinentibus, prout hæc omnia in diplomate sigillato, a dicto divo Sigismundo rege Illustr
Dominis, avo et patruo magno nostris charissimis, dato, clare et authentice continentur, ead
que concessio et recognitio anno postea 1549, Cracoviæ, pridie s. Mathæi apostoli, inter Div
Sigismundum Augustum regem, et eumdem Illustrissimum Dominum Barnimum, patruum
gnum, et Dominum Philippum, patrem nostrum charissimum, omnes inclytæ memoriæ,
firmata sunt et renovata.

Quum igitur mortuo jam divo Sigismundo Augusto, Serenissimus ac potentissimus Princ
et Dominus, Dominus Stephanus, etc., Dominus affinis noster charissimus, in regem Poloniæ el
ctus et coronatus sit; nobis autem nihil potius ~~fuit~~ fuerit, utique vel antiquius, quam ut
ditionibus præfatarum literarum per omnia stetur et satisfiat, præcedente officiosa re
sitione nostra et subsecuta ipsius Regiæ Majestatis declaratione, Generosos et clarissim
sincere nobis dilectos, consiliarios nostros, Henricum Ramel de Wusterwitz judicii camer
Imperii Romani assessorem, Nicolaum Pichtium juris utriusque doctorem, et Antonium Gri
witzium de Buckenin capitaneum Butoviensem, Varsaviam ad recognitionem istam, vi
re literarum Gedani anno 1526 datarum, faciendam ablegavimus, quemadmodum eas ips
præfecturas, oppida et arces tenore quoque præsentium harum a Regia Majestate et reg
Poloniæ supradicto modo et conditionibus concessas recognoscimus. Ubi vero nos sine legiti
masculis feudi hæredibus, vel nostri legitimi masculi feudi hæredes, non relicta prole vir
decederent, stirpsque et progenies ~~illorum~~ eorum mascula et legitima deficeret, extunc pr
dictæ arces et oppida, Butov et Lovenburg, cum omnibus suis bonis, subditis, vasallis, fr
ctibus, libertatibus, juribus, eminentiis, proventibus et pertinentiis universis, ac cum plen
jure et possessione citra omnem difficultatem ad Serenissimum regem et regnum Poloniæ redi
debebunt, salva tamen jurisdictione interim perpetuo, proventibus, decimis seu episcopalib
cum villis, bonis et piscaturis, ac libertatibus, ad R. D. episcopum et ecclesiam Vladislaviens
ex antiquo pertinentibus. In quorum fidem pro nobis et hæredibus nostris præsentes sigillorum
nostrorum appensione et manuum subscriptione munivimus. Quæ datæ sunt Stetini, die 10
mensis februarii, anno 1578.

XXIII.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Chodkiewicz.

Teka Naruszewicza 9[a]. Ex orig. arch. Sapiehani. (19)
85–152

Magnifice, sincere Nobis dilecte. Venit huc ad nos Generosus Albertus Stabrowski, notarius campestris Livoniæ, literasque fidei habendæ a Magnificentia Vestra obtulit, illisque oblatis, quo in statu essent res Livoniæ, ac omnia negotia et necessitates illius, et qualis ad præsens defensio illi ex sententia Magnificentiæ Vestræ fieri debeat, Nobis retulit ac significavit, quæ omnia abunde ex eo cognovimus, et apprime Nobis necessaria visa sunt. Quum vero in comitiis præsentibus de eo jam potissimum consultari coeptum est, ut rationes demum certæ ineantur, per quas Respublica ex omnibus partibus ab externo hoste tuta et tranquilla sit, inprimisque Livoniæ defensio constituatur: itaque quæ in comitiis ex consilio Ordinum ad opem ferendam illi provinciæ, defensionemque ejusdem decreta et sancita fuerint, de eo Magnificentia Vestra quamprimum certior fiet(1). Eam autem deliberationem propediem conclusam iri confidimus, dabimusque sedulam operam, ut illi provinciæ mature succurri atque optime prospectum esse possit. Cum his Magnificentiam Vestram bene ac feliciter quam diutissime valere cupimus. Datum Varsaviæ, die 10 mensis februarii, anno Domini 1578.


Stephanus Rex.

XIII. (1) Na tym sejmie uchwalono wojnę z Moskwą, a na jej prowadzenie niedostateczny, jak mówią Bielski i Solikowski, na dwa lata pobór po złotemu z łanu, tudzież piechotę wybraniecką, to jest wybraną po wsiach i miasteczkach królewskich po jednemu z ~~pewnej liczby~~ dwudziestu łanów. Na tymże sejmie stanął 3 marca trybunał dla Małej Polski w Lublinie, dla Wielkiej Polski w Piotrkowie sądzić się mający.

XXIV.
Nunciata duci Curlandiæ.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Fraur. 6063, t. 11.

Serenissimus ac potentissimus princeps et Dominus, Stephanus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, etc. post regiæ gratiæ et clementissimæ suæ voluntatis exhibitionem, significat Illustrissimo principi et Domino, Domino Gothardo, Curlandiæ et Semigalliæ duci, Sacram Regiam Majestatem ex certa fama, probatæ fidei relatione, et haud dubiis circumstantiis, libentissime accepisse, quod Illustris Vestra Celsitudo hactenus suam fidem in hisce turbulentis et tristissimis temporibus, infelicissimoque Livoniæ statu, probe declaraverit et testatam fecerit: ideoque Ill. Vestra Celsitudo vicissim omnem regiam gratiam et benevolentiam pro hoc officio clementissime pollicetur, et cupit ab Ill. Vestra Celsitudine, ut et in posterum consilio et facto eam provinciam sibi commendatam velit. Statuit quoque S. Regia Majestas, et omnes cogitationes in eo consumit, ut crudelitati Moschicæ quamprimum resistat, atque in defensionem miseræ ac oppressæ provinciæ subveniat, eamque ob rem cum Gedanensibus pares conditiones inivit: quidam etiam conventus Poloniæ particulares ad expeditionem Moschicam in contributionem consenserint, siquidem quoque in præsentibus comitiis præcipue id agetur, quo pacto vim istius tyranni a nostris cervicibus avertere possimus. Interea autem temporis, Magnum Lithuaniæ ducatum hortata est, ut coactis mille et quadringentis equitibus in Livoniam sese converterent, et in casu necessitatis etiam ab hostili impressione defendant: et certissime Ill. Vestra Celsitudo sibi persuasum habeat, S. Regiam Majestatem oppressæ huic provinciæ opitulaturam. Deinde, quum ea pars Curlandiæ, quæ duci Magno paret, finibus hujus regni sit contigua, summopere veretur S. Regia Majestas fore, ut aliquando opinione citius Moschus castra atque arces ejus loci eximproviso repentino aliquo.... muniat, cui malo S. Regia Majestas preveniri cuperet. Quamobrem ex paterna sollicitudine cupit ab Ill. Vestra Celsitudine, ut consilium et sententiam suam quid hac in re faciendum sit, communicet: siquidem Ill. Vestræ Celsitudini horum locorum non ignaræ optime constat, quæ pericula nostratibus ex eo loco impendant. Postremo, quum S. Regia Majestas Rigenses frequentissime et literis et internuntiis ad debitam subjectionem cohortata sit, ipsi tamen nihilominus semper perplexitates et labyrinthos, nescio quos, prætendant, clementissime S. Regia Majestas ab Ill. Vestra Celsitudine cupit, ut, si sibi de causis horum prætextuum et dilationum quicquam constaret, id S. Regiæ Majestati non modo fidelissime conscribat, verum etiam per suos internuntios, propria interposita auctoritate, eos maximopere hortetur, ut sine procrastinatione et omni exceptione ad præsentem conventum internuntios suos mittant, debitamque suam fidem S. Regiæ Majestati probent. Quidquid autem Ill. Vestra Celsitudo in hoc negotio præstiterit, id S. Regia Majestas suo loco et tempore clementissime cognoscet et promerebitur.



XXV.

Responsum Serenissimi Poloniæ Regis legato ab Illustrissimo principe electorali Brandeburgensi datum.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Illustrissimus princeps ac Dominus Georgius Joannes, marchio Brandeburgensis, Sacri Romani Imperii archicamerarius et elector, Prusiæ dux, benigne intellexit, quæ Serenissimi ac potentissimi regis Poloniæ legatus, Dominus Martinus ~~Chosmowolski~~ Leśniowolski de Obory, capitaneus ~~Losiciensis~~ Losiciensis, Serenitatis suæ Regiæ secretarius et internuntius exposuit.

Ac primo quidem quæ de Serenissimi regis benevolentia erga illustrissimam domum Brandeburgensem et Celsitudinem ejus optimo animo retulit, iis nihil gratius, neque jucundius accidere Illustrissimæ Celsitudini ejus potuit. Quum enim magna semper et arcta fuerit conjunctio, mutuæque benevolentiæ officia plurima exstiterint inter inclytum regnum Poloniæ et familiam electoralem marchionum Brandeburgensium, quum propter utriusque regionis confinia, quo quali primo vinculo illas natura conjunxit, tum contractam affinitatem sanguinisque conjunctionem inter æterna laude celebratam regiæ stirpis Jagellonicæ familiam et illustrissimam domum Brandeburgicam, denique etiam propter concessam beneficiariæ clientelæ successionem a divo Sigismundo Augusto in ducatum Borussiæ, Illustrissima Celsitudo ejus ex instituto majorum suorum nihil semper habuit antiquius amicitia, cultu et observantia Serenissimorum regum Poloniæ. Itaque quam primum cognovisset Serenitatem Regiam ab amplissimis regni Ordinibus ad regalis dignitatis fastigium propter singulares regias virtutes et animi magnitudinem in hoc regno evectam, summa voluptate et animi amici voluntate inclyto regno redditam tranquillitatem et talem regem, Serenitati autem Regiæ adeptos honores et dignitatis splendorem et per literas et missis legatis gratulata est, Serenitatique Regiæ gubernationi faustis acclamationibus

bene

bene precata.

Et ~~cum~~ quum intelligerit Illustris Celsitudo quam Celsitudinis ejus majores cum inclyto regno semper coluissent ~~intimam~~ ~~vicinam~~ vicinam amicitiam, eamdem etiam cum electis regibus Celsitudini ejus continuandam, amicæ voluntatis suæ observantiam et debitam benevoli animi propensionem Regiæ Serenitati simul et quidem proliaciori, quam nunc opus esse videtur, declaratione obtulit.

Benevolentiæ autem regiæ exstant jam non mediocr in Illustrissimum electorem argumenta. Primum enim legatis Illustrissimæ Celsitudinis ejus benevolentissimum se præbuit regem et principem, eadem benignitate, nobilem ex aula sua regia virum ad Illustrissimam Celsitudinem Regia Majestas mittere dignata est. Quia regia humanitate aperte ostendit, gratas sibi esse vicinorum principum, præcipue vero Germanorum amicitias, et quod pro regiis virtutibus recte existimare secum in soli~~o~~um regi~~o~~um colloca~~tam~~retur in excelsam quoque fidem divorum regum, Serenitatis suæ antecessorum qua illi amicitias mutuas cum aliis principibus et vicinis sancte coluissent, successisse. Itaque Serenitas Regia illustrissimam domum Brandeburgicam et Celsitudinem ejus regio favore statim amplexa est, et amicam benevolentiam suam ac gratificandi promptitudinem et fraternum amorem contestata.

Porro quæ de apertione et instauratione liberæ navigationis in Wartha fluvio Regiæ Serenitatis nomine ad Illustrissimam Celsitudinem ejus Dominus legatus egit, molestissime Illustrissima Celsitudo ejus tulit, quod nunc statim facultatem plenariam ad conficiendum hoc negotium suis legatis, quos ad comitia regni jam ablegavit, concedere, atque hoc ipso tempore mittere non potest. Id vero fit sincere ob eam causam, quod de eo Illustrissimæ Celsitudinis ejus legati, quos ad Regiam Serenitatem miserat, nihil ad Celsitudinem ejus, id quod sane miratur, neque satis causas conjicere potest, retulere. Intelligit autem Celsitudo sua utri~~s~~que regionibus, quum propter vicinitatem mutuorum officiorum commutatione

opus

opus habeant, unaque alteri et ad cultum et ad
victum suppeditent, si libera possint esse mercimonia, plurimum emolumenti et augmenti afferre posse. Sed meminit Illustrissima Celsitudo ejus illam causam non de novo natam, sed jam pridem, et ante plures etiam annos agitatam fuisse. Cur vero nihil certi antehac de navigatione illa constitutum sit, Celsitudini ejus notum non est, quum negotia hac maxima ex parte per Celsitudinis ejus ~~patrem~~ patruum, Illustrissimum principem Joannem, marchionem Brandeburgensem, felicis memoriæ, tractata sint. Quantum tamen memoria recolligit Illustrissima Celsitudo ejus, peculiaria etiam pacta et transactiones de navigatione in Wartha fluvio initæ sunt, sed de iis quæ antehac in transactione hujus negotii occurrerent, in archivis cancellariæ, quam hic habet Illustrissima Celsitudo ejus, inquiri nihil potest, quum in cancellaria, quæ in urbe Custrini in Neomarchia habetur, reposita illa sint: curabit autem Illustrissima Celsitudo ejus, ut omnia hanc causam respicientia primo quoque tempore diligenter conquirantur, atque Celsitudini ejus negotium exponatur. Tum igitur, si Regiæ Serenitati ita visum fuerit, rectius commissarii utrinque mitti possunt, atque Serenitatis Regiæ internuntii de toto negotio, cur hactenus navigatio illa impedita sit, et quid in posterum fieri debet, copiose et integre commodius edoceri. Ita vero existimabit Serenitas Regia Illustrissimam Celsitudinem ejus in hoc negotio omnia ea præstituram, quæ, salvis ea de re pactis, conventis et initis transactionibus, ac sine gravi subditorum et ditionum suarum præjudicio ac damno facere potest, quum una cum Regia Serenitate Celsitudo ejus publicæ et communis utilitatis amantissima sit, et huic studeat ut quam maxime.

Ad concludendum vero hoc negotium, quo vicini populi interesse magis ac magis consociari mutuis commerciorum commoditatibus possit, quum descendetur, Illustrissima Celsitudo ejus eam maxime ob causam, quod Serenissimam Majestatem id velle intelligit, eam moderationem, dispositionem et facilitatem adhibere parata

erit

erit, quo omnino (excepto gravi detrimento ditionum suarum) hoc negotium, multis annis tractatum, ad optatum finem perducetur.

Ac denique Regiæ Serenitati, quam colit, ut magnum regem et vicinum, amat studio fraterno, ut affinem et amicum, observat qua beneficiarium principem decet summa fide, Illustrissima Celsitudo ejus observantiam perpetuam, studia sua et operas in omni officiorum genere paratissimas offert, facturaque est Regiæ Serenitati omnia, quæ hæc conjunctio, quæ ratione feudi, affinitatis vicinitatis et avitorum pactorum inter utrumque est, requiret.

Atque hæc ad Magnifici Domini oratoris propositam legationem respondere voluit, cui etiam gratiam suam et benignitatem benevole pollicetur. Actum in arce Celsitudinis suæ, Coloniæ ad Spream, 17 die februarii, anno reparatæ salutis 1578.

XXVI.

Elector Brandenburgensis ad Majestatem Regiam.

Serenissime Rex, Domine et affinis studiose observande. Serenitati Vestræ salutem, et faustos rerum successus, cum prompta officiorum nostrorum oblatione ex animo precamur.

Serenissime Rex. Quum Serenitas Vestra Regia per legatum suum Martinum Lesniowolski, capitaneum Losiciensem, inter cætera animi sui benevolentiam, et amoris constantiam singularem erga Nos, non sine animi nostri delectatione, declaraverit, occasionem et materiam quæsivimus, qua studium, et animi nostri promptitudinem erga Regiam Majestatem Vestram exhiberemus. Quamvis autem propter maturationem legati hoc tempore quicquam regio munere dignum in promptu non fuerit; tamen præsentes horologii præsentatione significationem aliquam nostri erga Serenitatem Vestram Regiam studii et observantiæ vicissim exhibere voluimus. Quod munusculum, quamvis exile, uti Regia Vestra Serenitas boni æquique accipiat, studiose rogamus. Ac sibi Regia Vestra Serenitas præterea de Nobis, quæ virtus in vero et sincero animo requirit, officia et operas promptissimas certo polliceatur. Datæ in arce nostra Coloniensi ad Spream, die 17 februarii, anno 1578.

XXVII.

A Rudolpho Romanorum Imperatore ad Stephanum Regem Poloniæ.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Rudolphus Secundus divina favente clementia electus Romanorum imperator, semper augustus etc. Serenissimo principi Domino Stephano Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, etc., vicino et affini nostro charissimo salutem et mutuam benevolentiam.

Serenissime princeps, affinis et vicine charissime.

Intelligimus Reverendissimum in Christo Patrem, archiepiscopum Gnesnensem, accedente Serenissimorum Poloniæ regum, quondam Sigismundi Augusti, et Henrici, nunc Franciæ regis Christianissimi assensu, in archiepiscopatus istius coadjutorem assumpsisse Magnificum, sincere nobis dilectum, Stanislaum Sandivogium a Czarnków, ut qui præter antiquam familiæ nobilitatem, insignem eruditionem, integritatem, rerum usum, aliasque præclaras animi dotes, summo illo honoris gradu præ ceteris dignus sit habitus. Quamvis igitur non dubitamus Serenitatem Vestram hocce Reverendissimi archiepiscopi factum, non tam ab ipso, quam a dictis Serenitatis Vestræ antecessoribus profectum, benigne approbaturam esse, præsertim quum ipse Czarnkovius is sit, qui uti de Serenissimis Poloniæ regibus optime meritus, ita haud dubio nihil magis curæ habiturus est, quam ut eamdem in Serenitatem Vestram fidem et obsequendi studium re ipsa comprobet; nihilominus tamen pro ea affectione, qua ipsum Czarnkovium non abs re prosequimur, facere non potuimus, quin hanc ipsius causam favore nostro juvandam susceperemus. Benevole postulantes, ut Serenitas Vestra se erga sæpe præfatum Czarnkovium hoc loci tam benignam exhiberi velit, quo præter sua ipsius merita ac dictorum Serenissimorum regum de eo judicium, nostras quoque commendationes a Serenitate Vestra rationem habitam fuisse cognosci possit. Quod quum grato admodum animo accepturi, tum mutuis benevolentiæ et bonæ vicinitatis studiis per occasionem compensaturi sumus. Serenitatem Vestram, quod reliquum est, recte valere optamus. Datum

in

in civitate nostra Vienna, die 22 mensis februarii 1578, regnorum nostrorum, Romani tertio, Hungariae sexto, Bohemiae itidem tertio.

~~XXV~~III.

Legatio ab Illustrissimis Dominis marchionibus Brandeburgensibus.

Coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime et potentissime Rex clementissime. Illustrissimi principes et Domini, Dominus Joannes Georgius, S. Romani Imperii archicamerarius et princeps elector, et suae Celsitudinis filius, Dominus Joachimus Fridericus, administrator archiepiscopatus Magdeburgensis, marchiones Brandeburgici, in Prussia Stetinensium, Pomeraniae, Cassuborum, Vandalorumque, nec non Crosnae in Silesia duces, burgravii Norimbergenses, et principes Rugiae, Domini nostri clementissimi, perbenigne nobis mandarunt, ut Regiae Vestrae Majestati suarum Celsitudinum nomine salutem, prosperitatem, fausta et felicia omnia debita cum observantia precaremur, simulque etiam suarum Celsitudinum studia, officia, benevolentiam et observantiam deferremus, illique significaremus, nihil ipsis nuntiari posse gratius, quam Regiam Vestram Majestatem in hoc suo amplissimo regno florentissima fortuna uti, et exoptatis rerum successibus feliciter frui: intelligere enim suas Celsitudines in prosperitate Vestrae Regiae Majestatis et hujus incliti regni suam, suarumque provinciarum salutem magna ex parte consistere, ac veluti muro seu vallo adversus barbaros christiani nominis immanes hostes circumdatas, in amoena securitate positas ac constitutas, certissima pace quiescere: intelligere se praeterea quanto beneficio a Serenissimis Poloniae regibus, et hoc regno, concessione ducatus Prussiae, quam ratione feudi ab hac Corona obtinent, sint affecti. Quod quidem beneficium non solum grati animi significatione acceptandum existimarunt, verum etiam omni officiorum, studiorum ac debitorum obsequiorum genere de Regia Vestra Majestate, hujusque regni inclitis proceribus, quorum benevolentia et favore illud cum gratia regia adepti sunt, [gratis] animis celebrandum, sed et sua auctoritate, quam in Sacro Romano Imperio, divina favente gratia, obtinent, et collatis fortunis omnibus ad perpetuae gratitudinis memoriam promerendum sumpserunt. Rogant praeterea ut Regia Vestra Majestas clementem hanc de ipsis persuasionem concipere velit, nihil suas Celsitudines nomine Regiae Vestrae Majestatis non facturas, vel suscepturas, quod ad dignitatem Vestrae Majestatis, et prosperitatem hujus regni, cujus cum regibus semper vixerunt conjunctissime, quos observarunt et amarunt plurimum, quos semper singulari animi propensione et promptitudine, etiam ante hoc acceptum praeclarum beneficium, tanti fecerunt, quantum ipsorum splendorum dignitas, et regiarum virtutum amplitudo postularet, pertinere videbitur. Hac decenti observantia Regiam quoque Vestram Serenitatem amplectentes, pro officio vasallorum regiorum, nuper a Regia Vestra Majestate renovationem investiturae ducatus Prussiae, quam per simultaneam manum habent, Marienburgi amanter et per nos submisse petiverunt, uti non dubitamus Regiam Vestram Majestatem simul cum laudatissimis regni senatoribus istic praesentibus eorum, quae ibi tum proposita fuerunt, benignissime adhuc meminisse.

Etsi vero Regiae Vestrae Majestatis mens tum erat, pro sua regia aequitate et ~~prudentia~~ clementia, ipsorum Celsitudinibus in re petita gratificari; tamen quibus ex causis id

tunc fuerit omissum, putamus omnibus tum esse notum et perspectum, ut nulla id ex= positione opus habeat. Nec enim tum, uti futurum existimabamus, feudum ducatus Prussiæ Illustrissimo principi ac Domino, Domino Georgio Friderico, marchioni Bran= deburgensi, Domino nostro clementissimo, conferebatur: ideoque Regia Vestra Maje= stas, benigno nobis responso dato, censebat nostrorum principum legatos ad hæc publica comitia, in quibus solemni more per traditionem et apprehensionem vexilli regii in= vestitura suæ Celsitudini concedi deberet, mittendos, qui juri suo caverent, ubi tum Regia Vestra Majestas in hoc celeberrimo Ordinum conventu, ipsarum Celsitudinibus nec gra= tia, nec benevolentia regia deesse vellet, de ~~quidem~~ quo quidem clementi et omni be= nignitate pleno responso ipsarum Celsitudines Regiæ Vestræ Majestati eas, quas debent, gratias agunt.

Pro [tanta] itaque sua observantia, utque satisfaciant voluntati Vestræ Regiæ Majesta= tis, denuo nos miserunt huc ad Regiam Vestram Majestatem, ut ab illa, sicuti Marienburgi nuper fecimus, in hoc celebri actu investituræ, quum Regia Vestra Majestas ducatum Prussiæ Illustrissimo Domino marchioni, Georgio Friderico, Domino nostro clementissimo conferet (cui ut hæc inauguratio fausta et fortunata, Reipublicæ ac toti familiæ Bran= deburgiorum principum utilis, commoda et honorifica, Vestræ vero Regiæ Majestati et huic inclito regno gloriosa et insigni sit ornamento, ex intimis cordis nostri sensi= bus precamur), renovationem simultaneæ manus peteremus, et per vexilli appre= hensionem ex recepto more consequeremur, uti præter has fidei literas ipsarum Celsitudines ~~Celsitudinum~~ mandatum speciale ad hunc actum nobis dederunt, quod Regiæ Vestræ Majestati debita cum observantia nunc offerimus.

Sicuti autem ipsarum Celsitudines, nec de Regiæ Vestræ Majestatis voluntate, nec de amplissimi hujus senatus benevolentia, quod dubitent, hac in re habent, quum om= nia superiorum regum, Vestræ Regiæ Majestatis antecessorum, pactis et benignitate perspicue cauta sint et transacta, et Illustrissimus elector, vivente patre suæ Cel= situdinis, jam eodem modo a divo Sigismundo Augusto, inclitæ recordationis, Lubli= ni sit investitus: de Regia vero Vestra Majestate, quam præter conditiones debitas omni= bus humanitatis officiis colere cupiunt, inprimis ipsarum Celsitudines omnia benigna et amica sibi amplissime promittunt. Itaque grato quoque se animo hoc Regiæ Vestræ Majestatis beneficium agnituras, conditionibus pactis insertis integra et veris principibus digna fide satisfacturas, et insuper quæ Regiæ Vestræ Majestati et hujus regni proceri= bus grata et accepta esse intellexerint, pro sua benevolentia et humanitate præstituras pollicentur, eaque omnia effecturas re ipsa potius, quam longioribus verborum pollicita= tionibus Regiæ Vestræ Majestati et regni Ordinibus cupiunt demonstrare et perspecta fa= cere, vicissim omnem gratiam et favorem a Vestra Regia Majestate, a ~~et~~ proceribus vero parem benevolentiam, studia et officia expectantes.

Quemadmodum enim illustrissima domus Brandeburgica, a multis nunc seculis, contra= ctis et subinde renovatis amicitiis, affinitatibus et necessitudinibus conjunctissime cum inclitis Poloniæ regibus vixit, et totius nationis hujus amantissima fuit semper ~~amantissi~~

amantissima: ita ipsorum Celsitudines non dubitant, Reverendissimis, Illustribus, Magnificis et Amplissimis his proceribus tam fore curæ et gratam hanc amicitiam, mutuis benignitatis, observantiæ et vicinitatis officiis firmatam, quam ipsorum Celsitudinibus, qui in hoc occupati et solliciti sunt, ut eam cum Regia Vestra Majestate, et omnibus regni Ordinibus semper sartam tectam, ad omnem perpetuitatem ducant, ut Regia Vestra Majestas et proceres re ipsa experiantur, se clementiam et benevolentiam suam collocasse in eos principes, qui inprimis de Regia Vestra Majestate ex pactorum formulis officiose, et de tota gente Polonica bene et benigne, ac sic mereri cupiunt, ut singulis, si fieri possit, ipsorum benevolentia constet.

Porro pro declaratione sui amoris et observantiæ erga Regiam Vestram Majestatem, et pro significanda lætitia singulari, quæ ex pace nuper Marienburgi facta publice ubique per Germaniam celebrata fuit, mandarunt nobis ipsorum Celsitudines, ut Regiæ Vestræ Majestati in hujus regni amplissimo consessu gratias ~~ageremus~~ ageremus, quod Regia Majestas pro sua in ipsorum Celsitudines, nec non alios Sacri Romani Imperii principes, benevolentia, intercessioni suarum Celsitudinum pro negotio illo Gedanensi componendo, urbeque ipsa in gratiam recipienda, nuper tam benigne acquievit.

Aestimant enim inde Celsitudines ipsorum non solum Vestræ Regiæ Majestatis benevolum animum erga Sacrum Romanum Imperium (cujus amicam rationem habitam fuisse, ex illa ipsa concessione tractationis intelligunt), quum exemplo divorum antecessorum suorum, regum Poloniæ, ... intercessiones ipsorum non plane rejecerit et repudiarit: verum etiam laudant et prædicant Vestræ Regiæ Majestatis animi magnitudinem et clementissimam voluntatem, quod sua regia generositate et altitudine, aliorum offensas, propriamque indignationem vicerit, et superarit. Qua profecto moderatione ut Regia Vestra Majestas multis regibus et principibus longe præstat: ita laudatissimo exemplo iisdem esse poterit, ut plus Reipublicæ et communi tranquillitati, suorumque amicorum benevolentiæ et intercessioni, quam propriis tribuat affectibus et cupiditatibus. Quæ quidem virtus per se, et excelsitatem Vestræ Regiæ Majestatis manifeste testatur, et mortalium omnium animos ita illi devinciet, ut nihil felici gubernatione et imperio Regiæ Vestræ Majestatis ipsis sit futurum jucundius, nihil optabilius, nihil etiam ad posteritatem gloriosius.

Et quamvis ipsorum Celsitudines de perennitate benignitatis Regiæ Vestræ Majestatis erga ipsam urbem Gedanensem non dubitant, similique qua coepit clementia, ipsorum, quod adhuc hæret, negotium confecturam, quum Regia Vestra Majestas pro excellenti regio judicio benigne intelligat, quantum laudis et veræ generositatis habeat subjectis parcere et favere potius, quam semel offenso animo semper irasci, et etiam optimam victoriam de subditis partam, si ejus usus acerbus et immoderatus sit, non solere, nec posse multiplici et intestina carere calamitate, et multis difficultatibus; tamen ut Regia Vestra Majestas, totusque hic inclitus senatus ejus in gratiam receptæ et officium suum præstantis jam urbis, in integræ compositionis confectione,

aequam rationem habere velit, ut hujus regni florens membrum et esse, et manere possit ipsorum Celsitudines magnopere rogant. Hanc clementiam Vestrae Regiae Majestatis suis officiis et obedientia compensabit, quantum poterit urbs ipsa, et operam dabit, ut Regiae Vestrae Majestati aliquando magis usui sit et commodo.

Ultimo ipsorum Celsitudines pro omnibus regiae clementiae et humanitatis generibus, quibus nuper Marienburgi nobis, suarum Celsitudinum legatis, exhibitis, Regiae Vestrae Majestati maximas agunt gratias, indeque propensionem Vestrae Regiae Majestatis erga ipsas, quarum honoris causa illa omnia facta esse judicant, gratio animio metiuntur, et suam pollicentur operam, ut hanc Regiae Vestrae Majestatis benevolentiam et benignitatem, nobis quidem tum omnibus regiae humanitatis testimoniis exhibitam, compensent et conservent. Nos vero Regiae Vestrae Majestatis favori et clementiae nos commendamus.

XXIX.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Chodkiewicz.

Teka Naruszewicza 92. Ex orig. arch. Sapiehani. (20)

85, 153

Illustris, Magnifice, sincere Nobis dilecte. Intelleximus ex literis Magnificentiæ Vestræ, propter Reipublicæ plurima negotia Vestram Magnificentiam, si per valetudinem licuisset, huc ad Nos venire voluisse, ac quemadmodum Vestram Magnificentiam ea infirmiore uti moleste ferimus, ita ut quamprimum convalescat a Domino Deo optamus. Quoniam vero una cum literis palatinis Moschi, ducem Rostoviensem et Ivanum Kwasnin, ac etiam illos, qui sub Ascarato intercepti fuerant, captivos accepimus, agnoscimus profecto, tum quod sit Vestræ Magnificentiæ in præstandis Nobis ac Reipublicæ officiis studium, tum quis in repetenda nostro imperio deinceps Vendensi arce subjicienda labor ac diligentia, quæ virtute eorum, qui regimini Vestræ Magnificentiæ subsunt, iterum ex hostili manu est extorta (1), quo quidem nomine eidem summas gratias habemus, ac eam operam gratitudine nostra semper prosequi volumus: insuper et optamus, ut Vestra Magnificentia nihil ex ea cura et diligentia aliquid sibi remittendum censeat, verum una cum Magnifico capitaneo Grodnensi, quem in locum suum suffectum illuc expediendum voluit, in eam rem incumbat, ut nihil desit, quod ad tuendam, administrandamque eam Livonensem provinciam pertinuerit. Non dubitamus vero Nos certum modum inituros, quo et ista provincia ab hoste defendi, et certa spes illius securitatis concipi poterit. Cum his Vestram Magnificentiam diutissime valere cupimus. Datum Varsaviæ, die 25 februarii, anno salutis 1578.

Stephanus Rex.

XXIX. (1) Oblężonemu po raz drugi zamkowi Wendeńskiemu przybył znowu na pomoc Maciej Dębiński z Alexandrem Chodkiewiczem i wzmocniwszy wprowadzoną jazdą załogę, uszkodzone mury naprawiwszy, odjął nieprzyjacielowi chęć kuszenia się o tę twierdzę. (Obacz list Gotarda Kettlera do króla z dnia 20 marca.) Ale tegoż roku w połowie października Moskwa jeszcze raz do oblężenia tego miasta przystąpiła, i pod sprawą czterech wojewodów przez dni kilka nadaremnie szturmowała. Złączywszy się ze Szwedami, uderzyli na nią z garstką Polaków Andrzej Sapieha i Maciej Dębiński, gdy noc bitwę przerwała. Naczelny wódz, Golicyn, uciekł w nocy do Dorpatu, a za nim jazda z wojewodami Choroszyńnem i Szotkanowem. Nazajutrz, 21 października, Polacy mieli do czynienia z samą piechotą, której 6000 na placu położyli i 23 armat zabrali. Tych gdy puszkarze Moskiewscy ocalić nie mogli, na dowód wierności carowi, własnemi rękami na nich się powiesili. O tem walnem zwycięstwie nie mamy urzędowego doniesienia, przynajmniej go między dokumentami tego roku nie znajdujemy. Jan Chodkiewicz coraz bardziej zapadając na zdrowiu, przestał pisać do króla. Brat jego stryjeczny, Alexander, starosta Grodzieński, mianowany na jego miejsce w Inflantach, zszedł z tego świata na kilka miesięcy przed tą bitwą. Opisali ją Heidenstein, III, p. 126, Bielski, str. 699, i Karamzin, t. IX, str. 259.

Teh 8.5 154 Co Wa 6181. p 136

25 febr. z Wilna List kard Radziw do kard Sirleta

Gregor pozdrowienia

XXX.

A duce Curlandiæ ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Serenissime princeps, potentissime Rex. Obsequia mea, quæ fidum vasallum decent, quovis tempore paratissima, S. Regiæ Majestati Vestræ summa, qua par est, reverentia humillime defero.

Domine clementissime. Sacram Regiam Majestatem Vestram humillimis verbis celare non debeo, paucis ante diebus ducem Magnum per literas mihi significasse, Moschorum principem tum præcipuum quemdam legatum ad ipsum destinasse, qui inter cætera mandata, promissa nomine Alexandri Polubinski quadraginta florenorum millia in primis ab ipso extorqueret. Qua sane re, et quod alioqui sævitiam hostilem, præsertim nisi intra certum et breve constitutum tempus solvendo esset, in se suosque urgentem, animadverteret, magno cum dolore atque formidine perculsus, adeo quidem, ut se diutius tanto tyranno absque vitæ periculo committere omnino dubitaret, petivit a me, ei consilio ne deessem, quid hac in re sibi faciendum. Ego vero aliter respondere non potui, quam ut S. Regiæ Majestatis Vestræ resolutionem expectaret, seque, quamdiu posset, illic contineret, secum reputando, quæ pericula post tam subitam abitionem, relictis ibidem subditis suis ab hoste [sint] metuenda. Quam rem ego cum Illustrissimo palatino Vilnensi deinceps communicaturus, confestim quemdam consiliariorum meorum Vilnam amandavi, qui vero Illustrem ipsius Celsitudinem, quod ante Varsaviam inde concesserat, non offendit. Interim vero dux Magnus clandestine discessum suum ex illis locis paravit, quod etiam ipsius transitionem non prius, quam emensis aliquot milliaribus trans Dunam in territorio meo resciverint. Quo facto propediem aliquos meorum celeri itinere eum subsequendos jussi, qui ipsum de ulteriore progressu revocantes, ad mutuum colloquium meo nomine hortarentur. Quorum monitis acquiescens, supra medium ferme emensi itineris spacium, parvo cum comitatu regressus, meum in isto loco adventum præstolatus. Quem quum ipsemet ante triduum ibi convenerim, multis persuasionibus, monitis, precibus sedulo obtestatus sum, ne vel ex proposito in dioecesin Curlandiæ, ante nactam a S. Regia Majestate Vestra perspicuam declarationem, pergeret, vel potius istinc recta via S. Regiam Majestatem Vestram adiret. Verum ille contra sibi hoc e vestigio sic factu nequaquam integrum fore testabatur, adeoque namque se cum hominibus suis omnibus fortunis et rebus necessariis, tam victus, quam amictus, aliisque ad tantum opus iterque necessariis et pertinentibus, et sua persona dignis, exutum affirmabat, quod nisi prius aliquo modo instructior atque paratior, absque insigni sui ipsiusmet, suorumque ignominia, totiusque tandem familiæ suæ dedecore, iter istud suscipere omnino non posset, quod sic inevitabili necessitate prius in episcopatum Curlandicum proficisci cogeretur. Nihilominus tamen mihi profectionem suam ad S. Regiam Majestatem Vestram, vel ut ejusdem declarationem hic Rigæ expectaret, acriter urgenti, fidem suam obstrinxit, se intra quatuordecim dierum spacium iter ingressurum, et apud S. Regiam Majestatem Vestram certo ac personaliter negotia sua prosecuturum, eorumdemque debitum finem

expectaturum, quemadmodum id S. Regiæ Majestati Vestræ ex adjuncto scripto plenius perspicere licet. Qua facta obligatione, diutius eum in itineris progressu retardare, aut mecum detinere vix potui. S. autem Regiam Majestatem Vestram humillimis precibus reverenter oro, ne id aliter quam in bonam partem interpretari et accipere [non] dedignetur. Ego quidem, quantum in me fuit, pro summa mea cura et sollicitudine rei incubui, ne quid in præjudicium S. Regiæ Majestatis Vestræ (quod absit) admitti videretur. Confido etiam, ducem istum Magnum, uti verum principem maxime decet, suis promissis satisfacturum.

Hesterna die certis nuntiis affertur, oppidum et arcem Vendensem tribus locis denuo ab hostibus obsessam: requiruntur a me suppetiæ, quibus ~~eis~~ etiam eis perlubenter subvenirem, si modo tantum virium adesset..... Quibus vero irruptionibus, incendiis, devastationibus hostes durante obsidione Lenovardensi magnam partem ducatus mei circa arcem Selburgicam, quod vires incolarum iterum ad resistendum non essent pares, divexarint, non sine magno dolore commemorare possum. Quod eo magis verendum, si hostes sentirent, meos, relicta Lenovardensi arce, infecta re, longius inde Vendam scilicet movisse: proinde S. Regiam Majestatem Vestram humillime obsecro, dignetur absque ulla mora afflictæ huic provinciæ auxiliariis copiis succurrere, quæ una cum provincialibus, juvante Deo, hostium conatus et impetus reprimant ac propellant: ut etiam militi adventanti, et ditiones meas transeunti per præfectos serio interdicatur, ne subditos meos quoscumque tam inauditis rapinis, direptionibus, violentiis, populationibusque, pejus hostium more, amplius exagitent: quod nisi cohibeatur, nihil certius, quam omnium istorum incolarum extrema miseria, nisi perpetua deletio metuenda [est]. Tantam autem calamitatem non tam ab hostibus, quam ab amicis, vicinis et fratribus nostris in nos derivari, quid posset excogitari acerbius, aut tristius? Ego autem quemadmodum de S. Regiæ Majestatis Vestræ erga me gratia et voluntate nihil dubito, ita quoque eidem vicissim summam fidem, studium, et observantiam meam semper cupio esse commendatissimam. Quam divini numinis protectioni diu salvam ac florentem, ex hostibus suis triumphantem, fideliter commendo. Datæ in arce Rigæ, die 29 februarii, anno Domini 1578.

Teh 85, 156. Oryg. Mar. 146

1 Marca 1578. Oryg. [illegible]

List Wilhelma Kettlera do Ks. Kurlandzk. Gotharda Kettlera donoszący różne polityczne wiadom. o wojnie i o [illegible] w Niderlandach o [illegible] w Niemczech i we Francji, życząc aby mógł dać opór Moskwie [illegible] się nie przyjaciół - i iż król Polski mógłby coś pomyśleć o Rydze

XXXI.

Petitio et gratiarum actio Illustris Domini ~~Joachimi~~ Joannis Georgii electoris Brandeburgensis, et filii ejus Joa~~nnis Georgii~~chimi Friderici, per nuntios Varsaviæ in theatro habita.

Teka Naruszewicza 92. Ex arch. regni, et ex Cod. dipl. Dogieli, t. IV.

85, 155

Serenissime ac potentissime Rex, clementissime princeps ac Domine.

Quid a Sacra Majestate Vestra, Statibusque regni, Illustrissimi principis electoris Brandeburgensis, et Celsitudinis suæ Dilectissimi filii, verbis ac nomine de simultanea ducatus Prussiæ infeudatione superioribus septimanis, nos quoque summa cum veneratione petiverimus, ejus et constantissimam et benignissimam recordationem ac memoriam esse tam non dubitatur, ut inter certissima potius habeatur ac referatur. Idem autem nunc etiam in hoc solenni ac publico Sacræ Majestatis Vestræ procerumque consessu ad regium hunc Majestatis Vestræ thronum procumbentes, suppliciter veraque cum animi subjectione precamur. Quibus precibus nostris si Majestas Vestra cum Statibus clementissime annuere dignata fuerit, vicissim nobis a principibus nostris injunctum est, ut Celsitudinum suarum nomine ac loco gratitudinem illam, quæ beneficiarium vasallumque decet, et pactis præsertim consentanea est, officiosissime ac fidelissime deferamus atque polliceamur. Quæ omnia quum ex auctoritate publica, et ex solennibus principum nostrorum mandatis, tam generalibus, quam specialibus faciamus, tanto majoris fuerint ponderis atque momenti. Quo nomine demum nunc simultaneam principum nostrorum una cum ceteris inaugurationem supplici voce, summaque ac vera cum animi submissione, devotione ac veneratione petimus, rogamus atque precamur.

Gratiarum actio.

Serenissime Rex, potentissime princeps ac Domine, Domine longe clementissime.

Quum a Sacra Majestate Vestra, et ab ejusdem inclyta Corona in hac simultaneæ investituræ collatione, summis et infinitis beneficiis nostri quoque principes benignissime affecti sint, deberi ab ipsis gratitudinem perpetuam, et publicam ejusdem testificationem merito agnoscimus atque fatemur. Proinde et gratias Celsitudinum suarum verbis ac nomine sedulo nunc agimus, ac eas quidem quum immortales ac infinitas, tum et vera cum animi sinceritate ac veneratione conjunctas. De reliquis vero gratitudinis partibus, quod et illas Celsitudines ipsorum summa cum animi promptitudine ac observantia, quovis tempore ac loco, pro pactorum præscriptis, formis atque rationibus, præstituræ sint, Celsitudinum suarum verbis ac nomine, juxta solemnia ipsorum tam specialia, quam generalia mandata, recipimus, promittimus atque spondemus. Sed oramus insuper et nos etiam æternum patrem Domini nostri Jesu Christi, ut inauguratio hæc felix faustaque sit, et cedat inprimis quum ad nominis divini gloriam sempiternam, tum et Majestatis Vestræ, procerumque regni hujus, et nostrorum etiam, conjunctorumque principum salutem, dignitatem ac incrementa. Actum Varsaviæ in comitiis generalibus, die 27 februarii, anno Domini 1578.

XXXII.

Diploma Stephani Poloniæ regis, quo conceditur Georgio Friderico curatio ducatus Prussiæ, Alberto infirma mentis ægritudine afflictante: et in casu, quo is sine prole mascula decederet, investitura illi confertur, cum futura successione ceterorum principum ex familia Brandeburgica.

Ex arch. regni, et ex Cod. dipl. Dogieli, t. IV., et ex mss. bibl. Kurnicensis.

Teh 85, 157

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nos Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, nec non terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cujaviæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Kijoviæ, Volhiniæ, Podlachiæ, Culmensis, Elbigensis, Pomeraniæ, princeps Transylvaniæ. Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest, universis. Quod quum antea jam magnis ex causis adducti, inprimis autem afflicta ipsa mentis ægritudine Illustris principis, Domini Alberti Friderici in Prussia ducis, affinis nostri charissimi, faciendum Nobis esse de consilii nostri sententia existimavissemus, ut Illustrem principem, Dominum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, affinem etiam ipsum nostrum charissimum, quem aliogui et Illustri Domino Alberto Friderico genere proximum esse, et propter simultaneam ad Ducatum Prussiæ investituram, proximum successionis jus ad eum ducatum habere, Nobis etiam regnoque nostro optime velle ac cupere intelligebamus, curatorem præfati principis, Domini Alberti Friderici, et gubernatorem ducatus Prussiæ cum titulo ducis et præeminentia ex auctoritate nostra constitueremus, quemadmodum sane ea omnia abunde literis ipsis nostris decreti Marienburgensis (1), quod super ea re Illustri Domino Georgio Friderico, marchioni, dedimus, extant comprehensa. Cumque ea curatio et gubernatio conditionem eam inter cetera adjunctam haberet, ut Nobis Illustritas ejus juramentum feudale verbis præscriptis solemnibus præstare teneretur, ejusque juramenti præstandi gratia ipsa coram in his regni comitiis Varsaviensibus in propria persona adesset, ac die certo ad eam rem constituto, qui fuit vigesimus septimus mensis februarii, in loco publico et theatro, sub dio ex tempore excitato, investituram a Nobis petivisset, jusjurandumque Nobis solemni ritu ac cerimonia præstitisset, Nos ex consilio senatorum nostrorum, lateri nostro assidentium, pacta vetera in omnibus et singulis conservando, ex iisdem illis causis, quibus ad concedendam Illustritati ipsius curationem et gubernationem supradictam adducti olim fuimus, tunc quoque Illustritatem ejus animo quidem perlubenti ad terras, civitates, oppida et arces feudalis ducatus in Prussia investivimus, et præsentium literarum nostrarum tenore investimus, ea ratione, ut Illustritas ejus, sub hac Illustris Alberti Friderici ducis invaletudine, prædictas terras, civitates, oppida et arces teneat, juxta seriem et continentiam decreti nostri prædicti, videlicet, ut quoad Illustris Dominus Albertus Fridericus in Prussia dux, cujus juri nihil derogatum volumus, in ea, qua nunc est, invaletudine perseveraverit, aut liberos quidem masculos susceperit, donec illi ad legitimam ætatem pervenerint, Illustris D. Georgius Fridericus, marchio, tanquam curator ipsius ducis et gubernator ducatus, cum titulo

(1) Obacz ten Dekret datowany w Malborgu 22 września 1577 roku.

et præeminentia ducis, ducatum ipsum teneat illis conditionibus, quas decretum nostrum latius explicat. Quod si præfatus in Prussia dux in ea ægritudine sine hæredibus masculis, legitimis feudi successoribus, decesserit, vel ejus legitimi masculi feudi hæredes, non relicta prole virili, decesserint, ut tunc suo jure, vigore veterum et hujus nostræ investituræ, prædictus Illustris D. Georgius Fridericus, marchio, ducatum illum Prussiæ in feudum a Nobis et regno nostro retineat. Eo igitur modo Illustri D. Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, ejusque hæredibus masculis, legitimis feudi successoribus, in perpetuum et indivisum feudum omnes ducatus Prussiæ terras, civitates, oppida et arces, videlicet arcem Konigsberg cum tribus civitatibus, item arces et oppida, Lohsstetten, Wargen, Germaw, Pubeten, Rudau, Schokeren, Caimen, Kremitten, Waldaw, Tapiaw, Taplawken, Narkieten, Insterburg, Allenburg, Wonsdorf, Gerdawen, Angerburg, Nardenburg, Labiaw, Laukischen, Tilsit, Ragnet, Rositten, Wienthberg, Memmel, Brandenburg, Creutzburg, Friedland, Dominaw, Bartenleeren, Balge, Heiligenbeil, Czinten, Landsberg, Preuschelaw, Bartenstein, Schenstein, Sehnsburg, Rein, Rastenburg, Lick, Straddun, Johannesburg, Holland, Liepstadt, Mulhusen, Morungen, Passenheim, Ortelsburg, Osterrode, Hohenstein, Neidenburg, Soldau, Pilgerburg, Schippenbeil, Deutschelaw, Preusmarkt, Libmuel, Salfeld, Rissenburg, Marienwerder, Firenberg, Lobtau, Schonberg, Porunden, Georgenburg, Rosenberg, Gardensee, Neuhaus, Freistadt, Salau, Fischhausen, Bischofswerder, Medenaw, cum omnibus et singulis subditis, vasallis, fructibus, dominiis, superioritatibus, libertatibus et juribus, una cum omnibus arcibus, civitatibus, foris, villis, mansis, curiis, molendinis, molendinorum locis, censibus, vectigalibus, reditibus, teloneis, servitiis, feudis spiritualibus et secularibus, lacubus, fluminibus, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, ferarum lustris, ferarum meatibus, venationibus, sylvis, nemoribus, pascuis, pratis, actibus, etiam cum omnibus metallis, quæ modo sunt, seu in futuro fieri possunt, auro, argento, cupro, stanno, plumbo et salinis, supra et subtus terram, similiter una cum omnibus et singulis juribus, eminentiis et pertinentiis universis, nullis penitus exceptis, sicuti ejusmodi terras quondam Magistri generales et Ordo habuere, et usque ad ducem in locum Magistrorum creatum, usu et fructu tenuerunt, in posterum perpetuo et hæreditarie, in commune et individuum feudum tenendas, fruendas, utendas et possidendas. Ubi vero et Illustris D. Albertus Fridericus nunc ægrotus, et ipse D. Georgius Fridericus, marchiones et duces in Prussia, sine legitimis feudi hæredibus masculis, vel eorum hæredes post eorum obitum, sine legitimis masculini generis feudi hæredibus ex humanis concederent, dictæ terræ, civitates, oppida et arces ad Illustrissimum principem, D. Joannem Georgium, marchionem Brandeburgensem, Sacri Romani Imperii archicamerarium et electorem, cujus oratores in hac inauguratione et renovatione feudi, ex singulari divi Sigismundi Augusti, antecessoris nostri, nostraque gratia et benignitate ad vexilli contactum admisimus, et ad Illustrem principem, D. Joachimum Fridericum, administratorem archiepiscopatus Magdeburgensis, marchionem Brandeburgensem, Illustritatis ejus filium, successoresque masculos ex lumbis ejus procedentes, et in electoratum succedentes (ita tamen, ut posteaquam alicui ex eis aperiretur suo ordine feudum ducatus in Prussia, ne per assecutionem priorem electoratus aliqua in re præjudicaret juri nostro et regni nostri, quod habemus legitime hæreditarium ad terras Prussiæ), derivari et devolvi debent. Nec non hac etiam

speciali cautione adjecta, ne per hanc admissionem oratorum Illustritatum suarum ad contactum vexilli, cassationi per divum Sigismundum Augustum approbatæ, commissariorum ejus Majestatis juramenti præpostere, illius Majestate inscia, a subditis ducatus Prussiæ exacti, de quo tunc Majestas ejus una cum Ordinibus regni fuit protestata, aliquid omnino derogetur, sed salvum jus nostrum remaneat. Ita, quod dictæ terræ, civitates, oppida et arces, ubi divina ordinatione ejusmodi casus futuris temporibus acciderent, de uno in alium, et eorum legitimos feudi hæredes masculos illo ipso ordine, qui superius expressus est, cedant et devolvantur, sine nostro, hæredumque et successorum nostrorum regum et regni nostri Poloniæ impedimento et præjudicio. Ea ratione, ut quoties se obtulerit ejusmodi casus devolutionis de uno in alium, prædictos marchiones, et eorum legitimos feudi hæredes masculos, debebunt illi et quisque eorum debebit Nobis et successoribus nostris, regibus et regno Poloniæ, infra tempus debitum ac legitimum, debitam subjectionem et feudi obligationem ac homagium præstare. Quod si prædicti marchiones, divina voluntate sic disponente, sine mascula prole, feudi hærede legitima, ex lumbis eorum ordine suprascripto procedente, aut eorum hujusmodi proles similiter sine masculo feudi hærede legitimo, ex lumbis eorum procedente, decederet, tunc omnes et singulæ terræ, civitates, oppida, bona et arces suprascriptæ ad Nos et successores nostros, reges et regnum Poloniæ, sine omni impedimento et contradictione devolvi debent et redire. Debebit item ipse Illustris D. marchio et dux in Prussia, ejusque prænominati successores et feudi hæredes, pro hac nostra in se beneficentia, Nobis et regno nostro tale obsequium præstare. Quod ubi ratione hujus concordiæ et concessione feudi a quocumque, cujusvis eminentiæ et conditionis, principe seu potentatu, impeteremur, aut successores nostri impeterentur, tenebitur ipse Illustris D. marchio et dux in Prussia, aut ejus prædicti feudi successores, duces in Prussia, in propria persona Nobis et regno nostro ubique, una cum omnibus suis subditis, pro summis viribus adesse. Quod vicissim Nos, et successores nostri, reges et regnum Poloniæ, in eodem casu facere debemus^bi^ et debebunt. Ubi autem contingeret, quod Nos, vel successores nostri, reges et regnum Poloniæ, altera quavis ex causa, tam ab infidelibus, quam a quocumque alio impeteremur, et ipsi in propria persona ad bellum proficisceremur, aut successores nostri proficiscerentur, debebit dictus Illustris D. marchio et dux in Prussia, et ejus prænominati feudi successores, duces in Prussia, Nobiscum cum centum equitibus armatis proficisci, et intra limites terrarum Prussiæ Nobis servire. Quod si educere extra terminos Prussiæ illum, aut ejus successores, duces in Prussia, cum ipso equitatu voluerimus, aut successores nostri voluerint, debebimus et Nos, et successores nostri, ad eosdem centum equites stipendium tale præbere, quale dari aliis nostris mercenariis equitibus est solitum. Ubi vero Nos, vel successores nostri, vellemus ipsum D. marchionem, aut ejus nominatos posteros Nobis et successoribus nostris majori comitatu servire, debebimus Nos et successores nostri his omnibus militibus, quos ultra centum prædictos conducere posset, mox post egressum a domibus ipsorum stipendium, quod nostris militibus dabitur, illis, quamdiu servient, persolvere. Si autem plures quam centum prædictos equites ipse Illustris D. marchio, aut ejus successores, duces in Prussia, educere non possent, non debebimus Nos, aut successores nostri ab illo, aut posteris ejus, ducibus in Prussia, plura exigere. Præterea non debebit

ipse Illustris D. marchio, et ejus prænominati feudi successores, duces in Prussia, quidquam ex terris, civitatibus, oppidis, arcibus et bonis prædictis vendere; verum si ad hoc illum, aut successores ejus ingens urgeret necessitas, tenebitur Nobis et successoribus nostris, tanquam dominis suis hæreditariis, ante omnia denuntiare. Quod si Nos ipsi emere non curaverimus, aut hæredes et successores nostri non curaverint, in hoc casu postea ipse D. marchio et dux in Prussia, aut ejus legitimi feudi hæredes seu successores, cuicumque voluerint vel poterint, liberam vendendi habebunt facultatem, regalibus tamen nostris, feudi et obsequiorum juribus semper salvis remanentibus. Poterit autem ipse dux in Prussia, et ejus feudi hæredes, ubi eos necessitas urgens premeret, ex bonis prædictis, quantum opus foret, impignorare suis duntaxat vasallis et subditis, ut eadem bona unita et indivisa permaneant. Quæ omnia suprascripta et quæcumque alia, quæ vasallus et feudalis princeps erga suum naturalem, hæreditarium ac superiorem dominum præstare ac observare tenetur, debebit ipse Illustris D. marchio et dux in Prussia, ac ejus feudi hæredes, legitimi successores, firmiter et inviolabiliter adimplere, Nosque vicissim illum et successores ejus omni gratia et favore regio complecti, ac illos in juribus et immunitatibus ipsorum conservare, pro Nobis et successoribus nostris, regibus ac regno Poloniæ, pollicemur. In quorum omnium fidem et testimonium sigillum nostrum appendi jussimus, et manu nostra præsentes subscripsimus. Datum Varsaviæ in conventione regni nostri generali, die 3 mensis martii, anno Domini 1578, per manus Magnifici Joannis Zamoyski de Zamoscie, regni Poloniæ cancellarii, Belzensis, Knissinensis, Zamechensisque capitanei, sincere nobis dilecti.

Stephanus Rex.

XXXIII.

Protestatio nuntiorum terrestrium contra successionem familiæ electoralis Brandeburgicæ in ducatu Prussiæ.

85, 158 Ex orig. arch. regni, et ex Cod. dipl. Dogieli, t. IV.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Significamus nostris hisce literis universis et singulis, quorum interest. Quod posteaquam ob valetudinem afflictam Illustris principis, Domini Alberti Friderici in Prussia ducis, affinis nostri charissimi, curatorem illi et ducatus Prussiæ gubernatorem Illustrem principem, D. Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, ducis ipsius patruelem, affinem etiam nostrum charissimum, deliberatione cum senatu nostro ea de re primum Vladislaviæ, deinde in conventu Varsoviensi habita, constitueremus, atque is huc Varsaviam ad præsentem generalem regni conventum in propria persona veniens, die vigesima septima mensis februarii, in loco publico, in theatro, sub dio ad eam rem extructo, verbis præscriptis Nobis juramentum feudale præstaret, et investituram a Nobis peteret, ad eumque actum et ad contactum vexilli feudalis oratores Illustrissimi D. Joannis Georgii, marchionis Brandeburgensis, Sacri Romani Imperii archicamerarii et electoris, ejusque filii, Illustris principis, D. Joachimi Friderici, administratoris archiepiscopatus Magdeburgensis, marchionis Brandeburgensis,

quibus cum eorum masculis hæredibus jus successionis in feudo Prussico a Serenissimo rege Sigismundo Augusto, antecessore nostro, concessum fuerat, vigore concessionis ejusdem accepissent, ibi tum Nobis in præparato ad id tribunali ac sede regia cum insignibus regni considentibus, Generosi Stanislaus Przyiemski ex Majori Polonia, et Nicolaus Siemiński, succamerarius Chelmensis, ex Minori, nuntii ad præsentem Varsaviensem conventum a nobilitate una cum reliquis aliis missi, in personis propriis coram Nobis et corona assidentis Nobis senatus constituti, suo et collegarum suorum omnium terrarum regni legatorum seu nuntiorum ad præsentem conventum missorum nomine protestati sunt, se præfatæ Illustrissimi D. marchionis, electoris, ejusque filii successioni in feudum Prussicum non assentiri, imo nomine universi Ordinis equistris, quem repræsentarent, contra illam protestari. Idque eam ob causam: quod hæc ipsa successio ultra primævam feudi in Prussia institutionem, a rege Sigismundo primo factam, introducta fuisset. Nam quod jus ejus successionis ex Serenissimi regis Sigismundi Augusti nova concessione Illustrissimo D. electori et domui ipsius facta, prætenderetur, in eam concessionem Ordines, ac præsertim equestrem, nunquam consensisse, invitoque et inscio illo factam esse, ac proinde Ordinem eumdem equestrem non agnoscere, neque ratam habere velle, deque ea re in publico isto actu solenniter protestari. Quam protestationem eo modo nomine equestris Ordinis factam superius nominati Stanislaus Przyiemski et Nicolaus Siemiński petierunt a Nobis admitti, quod illis a Nobis est permissum, protestatioque eorum a Nobis suscepta et hisce authenticis literis ad futuri temporis memoriam est contestata (1). In cujus rei fidem evidentiorem literas easdem

---

XXXIII.
(1). Posłowie elektora Brandeburskiego zanieśli tegoż dnia protestacyą przeciw tej protestacyi posłów ziemskich, którzy, jak się potem okazało, lepiej przewidywali przyszłość, niżeli król i senatorowie, którzy na to przypuszczenie linii elektorów Brandeburskich po wygasłych margrabiach na Anszpachu do objęcia w lenność Prus xiążęcych po większej części zezwolili. Wobec toczącej się jeszcze wojny z Gdańskiem i wiszącej nad karkiem moskiewskiej, przymusił ich ~~do nadania Prus lenności~~ niedostatek skarbu do nadania Prus lenności margrabiemu na Anszpachu, który temu niedostatkowi przez wypłacenie summy 200,000 złotych ówczesnych (1,806,000 ~~1,710,508~~ zł dzisiejszych) poniekąd zaradził. Ale przypuszczenie linii elektoralnej z grzeczności tylko pochodzące, drogo Polska potem przypłaciła. Kto wie, czy późniejszego wzrostu ~~Prus~~ i dzisiejszej wygórowanej Prus potęgi nie jest początkiem owo dotknięcie hołdowniczej chorągwi dnia 27 lutego 1578 roku[2]. Król odpowiedział elektorowi Brandeburskiemu, że protestacya niczyich praw nie wzmacnia, ani osłabia, przez co okazał, że lekce sobie ważył zdanie Izby poselskiej. Było to jednak niemały błąd w polityce tego wielkiego króla, niczem się usprawiedliwić nie dający: bo że Zygmunt August zbaczając od woli swego ojca, który przy oddaniu w lenność siostrzeńcowi Prus xiążęcych, usunął elektorów Brandeburskich od następstwa po jego potomkach, z prywatnej chęci przypuścił tychże elektorów na sejmie Lubelskim 1569 roku do dotykania hołdowniczej chorągwi, czyli innemi słowy otworzył im expektatywę na tę lenność, to za usprawiedliwienie służyć nie może,

sigillo regni muniri mandavimus. Datum Varsaviæ in conventu regni generali, die 3 mensis martii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo. Præsentibus Reverendis, Reverendissimis, Magnificis et Generosis, Petro Myszkowski Cracoviensi, Stanislao Karnkowski Cujaviensi, Petro Dunin Wolski Plocensi, Victorino Wierzbicki Luceoriensi, Alberto Sobieinski Premisliensi, Adamo Pilchowski Chelmensi, Melchiore Giedroyc Samogitiæ, episcopis; Petro de Zborow palatino et capitaneo generali Cracoviensi, Kamionacensique et Stobnicensi, Eustachio Wołowicz castellano Trocensi, MD Lithuaniæ vicecancellario, Brestensi, Cobrinensique capitaneo, Hieronymo Sieniawski Russiæ, et capitaneo Haliciensi, Nicolao de Mielec Podoliæ, et capitaneo Novæ Civitatis Korczyn, Joanne Sierakowski Lanciciensi, Joanne Tarło de Szczekarzowice Lublinensi, et Pilsnensi capitaneo, Andrea comite in Tenczyn Belzensi, et Oswiecimensi, Zatoriensi, Hrubieszoviensique capitaneo, Anselmo Gostomski Ravensi, palatinis; Stanislao Szafraniec de Pieskowa skała ⌗ Sandomiriensi, Lelovienis capitaneo, Pauło Szczawiński Lanciciensi, et capitaneo Sochaceviensi, Gregorio Zickinski Plocensi, et capitaneo Zakrocimensi, Alexandro Łaszcz Cernensi, et capitaneo Chełmensi, Andrea Firley de Dombrovica ⌗ Lublinensi, et capitaneo Sandomiriensi, Stanislao Gostomski Sochacoviensi, et Ravensi capitaneo, Nicolao Firley de Dombrovica Biecensi, curiæ nostræ referendario, et capitaneo Casimiriensi, Stanislao Sierakowski Landensi, et capitaneo Przedecensi, Joanne Dulski Culmensi, Rogasnensi, Branscensi, Suraceviensique capitaneo, Stephano Grudziński Naklensi, castellanis; Andrea Opaliński de Bnin supremo regni marschalco, Rohatinensi, Sremensique capitaneo, Hieronymo Buzeński thesaurario regni generali, et capitaneo Brzeznicensi, Laurentio Wojna thesaurario MD Lithuaniæ, Pinscensique capitaneo, Joanne de Zamoscie cancellario regni, Belzensi, Knissinensique capitaneo, Joanne Borukowski vicecancellario regni, præposito Lanciciensi, decano Varsaviensi, et Cracoviensi canonico, Hieronymo a Rozrażew secretario majore, præposito Plocensi, Stanislao Ossowski referendario curiæ nostræ, præposito Sandomiriensi, canonico Plocensi, Laurentio Goslicki decano Kielcensi, cantore Plocensi, Cracoviensique canonico, secretariis nostris, et aliis quam plurimis dignitariis, officialibus et aulicis nostris, ad præmissa testibus fide dignis.

Joannes Zamoyski regni Poloniæ cancellarius.

⌗ ponieważ sejm tego przypuszczenia linii elektoralnej do lenności Prus nie potwierdził. Stąd ten także, jak wiadomo, pociągnął za sobą skutki, że ⌗ gdy po wygasłej wkrótce linii margrabiów na Anszpachu, elektor Brandeburski objął w lenne posiadanie Prusy xiążęce, jeden z jego następców, korzystając z dogodnej pory, kiedy wszędzie nieprzyjaciół napadło na Polskę, uwolnił się od hołdu, drugi w dwieście blizko lat po tym nieoprzezornym akcie podał pierwszą myśl rozbioru Polski. Tak się odwdzięczyli elektorowie Brandeburscy i królowie Pruscy za to dobrodziejstwo króla Stefana i narodu Polskiego.

XXXIV.

Protestatio legatorum Brandeburgensium contra praecedentem protestationem.

85, 159 Ex archivo regni, et ex Cod. dipl. Dogieli, t. IV. nec non ex Coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime et potentissime Rex, Domine clementissime!

Quum vigesima hujus mensis februarii ad expositionem mandatorum nostrorum in amplissimum Regiae Vestrae Serenitatis et regni Ordinum senatum admissi essemus, et Illustrissimorum principum nostrorum, electoris Brandeburgici, suaeque Celsitudinis dilectissimi filii, D. administratoris archiepiscopatus Magdeburgensis nomine investituram simultaneae manus ducatus Prussiae, quae Marienburgo huc per Regiam Vestram Serenitatem ex clementi suo responso istic nobis dato dilata fuit, petivissemus, vigesima sexta ejusdem ex commissione Vestrae Regiae Serenitatis per Reverendissimos et Magnificos Serenitatis Regiae senatores, D. episcopum Plocensem, et D. cancellarium, aliosque adjunctos, nobis responsum fuit, Regiam Vestram Serenitatem clementer, pro sua erga principes nostros benevolentia, et pro jure illorum, petitioni suarum Celsitudinum acquievisse, velleque sub iisdem cautionibus et formis, quae Lublini in proxima feudi ducalis collatione interpositae fuissent, investituram illam nobis largiri, debereque nos sequenti die, solennitati inaugurationis dicato, Illustrissimo marchioni Georgio Friderico adesse, et quum vexillum regium suae Celsitudini traderetur, posteriorem ejus partem ex recepto, et ad investituras ejusmodi consequendas instituto more, nomine nostrorum principum attingere.

Quum non aliae cautiones vel formae Lublini observatae nobis notae essent, quam ut a Regia Vestra Majestate in suggestu regali investituram peteremus, eam per apprehensionem vexilli consequeremur, et post debita cum observantia pro ista collatione gratias ageremus, hae ipsae formae, in libro quodam conscriptae, per Reverendissimam et Magnificas Dominationes ipsorum nobis fuerunt demonstratae, neque alicujus vel levissimae difficultatis, aut insperati scrupuli ab ipsorum Dominationibus (quae haud dubie pro sua integritate eorum, quae secuta sunt, non fuerunt consciae) fuimus admoniti. Itque de hac R. V. Serenitatis clementia, et senatorum benevolentia erga principes nostros ipsarum Dominationibus tunc gratias egimus, recepimusque nos dicto die ex R. V. Serenitatis quasi praescripto mandato simul cum Illustrissimo D. marchione R. V. Serenitati ad Majestatis Vestrae thronum adfuturos, et quae injuncta nobis fuissent, ex dignitate et majestate R. V. Serenitatis debito cum honore confecturos: Front non dubitamus, R. V. Serenitatem et Ordines omnes nostrae submissae observantiae testes maximos esse.

Quum autem in isto investiturae actu ad traditionem vexilli regii D. marchioni factam, nobis quoque posterior ejus pars a marschalco regio contrectanda daretur (quam etiam nostrorum principum nomine apprehendimus, et per intervallum juramenti praestiti, nemine ne halitu quidem, aut nutu nos impediente, retinuimus, eaque ratione juri nostrorum principum cavimus, et quod petebamus, consecuti sumus), auditos postea esse nonnullos nobis relatum est, qui nuntiorum terrestrium equestris Ordinis, et consiliariorum nomine jus Illustrissimi electoris Brandeburgici, et suae

Celsitudinis filii in Ducatu Prussiæ (nescimus qua mente) negare, et contra illud protestari au=si fuerint, quum tacentes eodem momento actum nobis mandatum et concessum absque impedi=mento per nos expediri vidissent.

Etsi autem nos istas frivolas et intempestivas contradictiones nec audivimus ipsi, et multo minus idioma intelleximus, nec protestantes vidimus; tamen quum ejus rei ab iis ad=moneremur, qui propinquiore loco mussitantibus adstiterant, et indecorum putabant esse V. R. Serenitatis voluntati, concessioni, tum et juri legitimo principum nostrorum contradicere, posseque hac confusa contradictione jus nostrorum principum a non bonis viris aliquando reddi dubium, addidimus gratiarum nostrarum actioni postremo loco hæc formalia verba. Nos istas (si quæ interpositæ fuissent) contradictiones suo loco ita relinquere, ne per eas nostrorum principum acquisito juri, pactis et concessionibus regiis præju=dicium fiat, hujusque responsi nostri memoriam R. V. Serenitati et proceribus observanter commendavimus.

Quamvis autem, Serenissime Rex, non dubitamus, R. V. Serenitatem, pro sua excellenti et regia prudentia, conatus istos inconsideratos minime probaturam, qui regiæ vestræ di=gnitati, auctoritati et existimationi, et juri legitimo principum nostrorum adversantur, neminem etiam communi sensu præditum aliter judicare nec posse, nec debere, quam ejusmodi actus nullo ordine, nec juris ratione servata interpositos, alicui privatorum non nocere, vel præjudicare, minus vero Sacri Romani Imperii electori de hoc regno bene merito, regibusque conjunctissimo, qui jus suum jam pridem acquisitum, et auctoritate regia, et omnium Ordinum regni, pactis conventis, investituris ~~pri=matum~~ tueri possit; officere debere, quum sua Celsitudo, pro sua generositate, tam æstimet, tantique faciat fidem alienam sibi datam, quam propriam, qua se ad mutua officia regno huic obstrinxit.

Insuper contradictiones istæ intempestivæ et tum factæ sunt, quum antecedenti momento actus investituræ (quam illi improbare præsumebant) plenissime et perfectissime per nos fuisset expeditus. Illud etiam nobis constat, præcipuæ auctoritatis senatores tam improbasse frivolam istam contra priora placita, quorum ex magna parte ipsi senatores et proceres auctores et testes locupletes sunt, contradictionem, ut eam nec factam esse, quum præsentes fuerint, nec audierint, nec crediderint. Unde non om=nium approbatione et consilio, sed aliquorum insusurrationibus susceptos esse conatus istos, non opinamur tantum, sed et certo constituimus.

Tamen ut multorum gravissimorum incommodorum causæ vitarentur, neque per nostram taciturnitatem mussitationes susurrantium ipsorum Celsitudinibus præju=dicium afferrent ullum, verbali nostræ refutationi scriptam hanc protestationem addere, eamque R. V. Serenitati et senatoribus insinuare necessario, pro observantia nostra ac fide erga Celsitudines ipsorum, omnino debuimus, præsertim quum ex constantia voluntatis R. V. Serenitatis, gravitateque regia facile judicare=mus, hos insusurratos conatus V. R. Serenitati minime placere posse, contrarios esse amicitiæ et conjunctioni, qua R. V. Serenitas Illustrimos nostros principes

complectendos, eosque in legitime acquisitis juribus retinendos suscepit. Ut interim nihil dicamus de superiorum regum diplomatibus, pactis, investituris et actibus similibus, quæ omnia apud Celsitudines suas religiosa fide conservantur: taceamus reverenter, quantam diffidentiam ea res non solum nostris principibus, verum etiam aliis multis, aut fortassis omnibus paritura sit, si liceret refragari paucis in hoc regno auctoritati regiæ: illuderetur concessionibus regiis, eriperetur quasi altera, quod una datur manu, beneficia certissima ex libito fierent dubia et incertissima. Quæ tamen omnia remotissima a Vestra R. Serenitate, et regni hujus laudatissimo senatu scimus, qui semper honesti decoris, constantiæ et gravitatis fuit tenacissimus, eoque nomine illustrissimæ familiæ Brandeburgicorum principum notissimus, quæ et ipsa ob has virtutes gentem hanc vicinam sibi multis ac fere perpetuis necessitudinibus conjunxit, et quibus potuit amicitiæ officiis coluit.

Proinde decenti observantia nostrorum principum nomine ac loco petimus, ut R. V. Serenitas, pro sua auctoritate et animi integritate, istos institutos conatus contradictionis acquisito juri nostrorum principum de simultanea investitura ducatus Prussiæ irritos, inanes, minime ferendos, auctoritati regiæ contrarios, pronunciet et judicet. Illos enim omnes et singulos clandestine vel publice, nobis præsentibus vel absentibus, ubicumque locorum susceptos, aut suscipiendos, nostrorum principum nomine arguimus injustos, irritos, iniquos, et diplomatibus regiis, pactis, concessionibus, investituris jam rite perfectis contrarios, nullius auctoritatis atque momenti, deque hac ipsarum refutatione hisce literis nostris apud R. V. Serenitatem et senatum protestamur omni meliori forma et modo, quibus id fieri posset ac debeat. Volumusque hanc protestationem repetitam esse, ubicumque et quotiescumque hujus rei vel in senatu, vel extra senatum mentio fiet.

Quumque perferatur ad nos, spargere aliquos, in comitiis Lublinensibus, quum ducatus Prussiæ duci Alberto Friderico, et electori Brandeburgico simultanea manus ejusdem conferretur, contra electorem, suæque Celsitudinis filium, principem inclytum, qui nunc electoratum obtinet, similem protestationem factam esse; tamen illud non fuisse factum, nec quidquam unquam contra suas Celsitudines istic non tantum non susceptum, vel institutum fuisse scimus: verum quum a principibus nostris literas et mandata primo Majestati Regiæ, tum senatoribus, demum Ordinibus regni in illorum consessu exhibuissemus et exposuissemus, ipsi regni Ordines ita benevolam præstiterunt operam (videntes primo jus et æquitatem nostrorum principum, tum et quantum interesset eorum amicitiam in regnum sartam tectamque retinere), ut non tantum consensu non deesse, sed promotione sua sedulo negotium ad debitum effectum deducere ea, qua debebant et poterant, diligentia et fide studerent, prout hoc ex literis illorum ad principes nostros, tum et responso authentico legatis, tum Lublini, nunc partim hic existentibus, dato, probari et doceri, si id necesse fuerit, quod minime existimamus, poterit. Nec defuturi essent alii multi vivi adhuc in hoc regno graves magnique viri, rei hujus testes evidentissimi. Itaque petimus,

ut siciti V. R. Serenitas principibus nostris jam ante legitime concessum et obtentum jus roborare dignata est: ita quoque suas Celsitudines in eodem jure retinere, contradictiones istas, veluti regiis pactis et auctoritati contrarias, regia gravitate rejicere, diplomata ad hanc rem necessaria suis Celsitudinibus dare, ac omnia, quæ ad R. V. Serenitatis dignitatem, et regni salutem pertinere videbuntur, ab iisdem vicissim expectare. Intelligit namque Serenissima Regia Majestas Vestra, cum senatoribus amplissimis, pro sua heroica prudentia et incomparabili rerum usu procul dubio, quantum ornamenti et decoris ex concessione hac consortii feudalis Ducatus Prussiæ in nostros principes, quorum, ceu Sacri Romani Imperii electorum, dignitas regibus ipsis æquipollet, tales, inquam, principes, quibus haud scimus an ulli finitimorum principum huic regno unquam conjunctiores exstitere, huic inclyto regno accesserit. Quantum etiam incommodorum, si quod ex maturo Serenissimæ Regiæ Majestatis Vestræ, prædecessorumque regum, omniumque regni Ordinum legitimo ac benevolo consensu partum beneficium, præcipiti quorumdam ausu in dubium vel odium trahendum esset. Quod sane ut nulla juris vel æquitatis ratione fieri posse arbitramur, ac perpetuum et exitiosum fortassis litis seminarium inter regnum Poloniæ et principes Germaniæ, qui omnes ferme huic inclytæ domui Brandeburgensi arctissime sanguinis vinculo juncti sunt, foret. Ita quoque S. R. M. Vestra auctoritate sua regia, qua omnium et singulorum regni membrorum legitime partæ concessiones, jura ac beneficia continentur, huic malo serio ac mature præveniat, iterum atque iterum officiosissime petimus. Regiæ Serenitati Vestræ nostra quantulacumque, promptissima tamen, mediocritatis studia submisse deferentes, regioque favori nos commendamus. Acta sunt hæc Varsaviæ, die 3 martii, anno 1578.

XXXV.

Regia Majestas ad Joannem Georgium, electorem Brandeburgensem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Pergratam esse amicitiam, affinitatemque mutuam nostram Illustritati Vestræ, quum antea omnibus ex rebus, quæ Nobis cum Illustritate Vestra intercesserunt, tum novissime ex sermone literarum Illustritatis Vestræ, et eo horologio, quod una cum literis ipsis ad Nos per Generosum Martinum Lesniowolski, capitaneum Losiciensem, internuntium nostrum, misit Illustritas Vestra, non vulgare optimi erga Nos animi sui argumentum abunde intelleximus. Utimur igitur eo horologio perlibenter, memoriam in horas fere singulas recitantes ejus amoris et benevolentiæ erga Nos Illustritatis Vestræ, unde hoc horologium ad nos pervenerit. Quam quidem benevolentiam Nobis esse, atque etiam semper fore longe gratissimam, Illustritas Vestra re ipsa per omnem occasionem experietur, et cognoscet. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Varsaviæ, die 4 martii, anno Domini 1578.

XXXVI.

Declaratio investiturae.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063. t. 11.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, etc. Significamus praesentibus literis nostris. Posteaquam nuperrime cum consilio senatorum nostrorum Illustrissimum principem, Dominum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, ducis in Prussia [curatorem], et totius ducatus ipsius administratorem et gubernatorem cum titulo ducis, ex auctoritate nostra regia creavimus et constituimus, prout in literis decreti latius continetur, cum tali tamen praecipue reservatione et conditionibus, ut si contingat Illustrissimum Dominum Albertum Fridericum, marchionem Brandeburgensem et Prussiae ducem, affinem nostrum charissimum, ab annis aliquot mentis aegritudine [afflictum], pristinam valetudinem recuperare, aut filios masculos procreare, quod tunc dictus Illustris Dominus Georgius Fridericus teneatur dicto Illustri Domino Alberto Friderico, vel ejusdem filiis masculis feudi capacibus, si ad legitimam aetatem pervenerint, praedictum ducatum restituere, nec non curationis atque administrationis suae rationes reddere, in quibus rationibus, si quid respectu ejus ducatus Illustritas ejus sumptuum faceret, aut erogaverit, id omne uti recte expensum suscipi debeat, prout haec omnia latius habentur in regio nostro authentico et solenni decreto subsignato manu nostra, et sigillo regni communito, cujus data Marienburgi, die 22 mensis septembris, anno Domini 1577. (Caeterum) [quum] Illustris ipse Dominus marchio, Georgius Fridericus, quod ad punctum hoc posterius de rationibus et expensis attinet, satis nobis demonstraverit, fidemque fecerit, qualiter Illustritas sua et praeterito et praesenti tempore in expensas et remunerationes, et praeterea pluribus aliis modis, respectu ducatus Prussiae et nuperrime desuper obtenti juris amplam ac maximam pecuniae summam insumpserit, et in posterum quoque insumere et expendere cogatur; ideoque summo studio a nobis petierit, rogaveritque, quoniam permittente Deo facile contingere possit, alteram ex supradictis conditionibus praecipuis, vel utramque, nempe recuperationem pristinae sanitatis, vel procreationem masculae prolis impleri, vel quod pariter in Dei voluntate consistat, ipsamet Illustritatem suam, dictum patruelem suum, Dominum Albertum Fridericum, sine haeredibus masculis feudi capacibus, praecedere: quo tunc praedictis et similibus casibus Illustritatis ejus haeredes allodiales, vel alii, ad quos hoc de jure et aequitate spectabit, in omnem eventum supradictas praeteritas et futuras quoque expensas ex ducatu et terris Prussiae effectualiter recuperare atque obtinere queant, neve impedimentum aut damnum eis in hoc ab haeredibus seu agnatis in feudo illo succedentibus inferatur. Acquiesceremus Illustritati suae etiam ultra decretum regium supramentionatum, ulteriorem provisionem et declarationem, quibus dicti haeredes allodiales tuto et effectualiter inviterentur, clementer impertiri, cui Illustritatis suae petitioni tanquam justissimae acquiescere cupientes, declaramus in praesentiarum, atque ordinamus et volumus potestate atque auctoritate regia..... ut eveniente uno aut pluribus ex supradictis casibus seu conditionibus, integrum omnino sit Illustri Domino marchioni, Georgio Friderico, vel ejusdem haeredibus allodialibus, ut dictum est, praeteritas, etiam futuras expensas factas, et in posterum faciendas (quatenus Illustritas ejus in vita sua non exiget) de et ex praedictis terris ducatus Prussiae absque impedimento Illustris ducis, Alberti Friderici,

hæredum, seu agnatorum, successorumque feudalium, ac etiam Statuum provincialium, et quorumcumque aliorum effectualiter exigere atque levare. Neque successoribus agnatis, et simultanee investitis investituram conferemus, et in possessionem immittemus, priusqu Illustrissimo principi, vel hæredibus ipsius allodialibus eo nomine satisfactum, vel idonee ca-tum fuerit, promittentes desuper Illustritati suæ et hæredibus ejusdem eo casu regium com-tentes auxilium, assistentiam et manutentionem. In quorum omnium et singulorum fidem præsentes literas manu propria subscripsimus, et sigillo regni nostri communiri jussimus. Datum Varsaviæ, die 3 mensis martii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

XXXVII.

Verba Regiæ Majestatis ad Dominum marchionem.

Nos Stephanus Rex annuentes Illustritatis Vestræ precibus, tradimus Illustritati Vestræ arces, civitates feudales Prussiæ, tanquam curatori Illustris Alberti Friderici, ducis in Pruss ac eam per hanc vexilli traditionem investimus, ipsam etiam ad simultaneam investi-ram pro parte sua admittimus, non dubitantes, quod boni curatoris et vasalli officium semper faciet, et huic beneficio nostro fide debita respondebit.

XXXVIII.

Petita Georgii Friderici, marchionis Brandeburgensis.

Primo, quum Regia Vestra Majestas in decreto suo promiserit, quod ea Illustrissimum marchionem, Georgium Fridericum, per commissarios suos regios in pacificam et quietam possessionem ducatus Prussiæ immittere velit, rogat sua Celsitudo, ut Regia Vestra Maje-stas eos, quos sua Celsitudo nominavit, commissarios ordinare, et eos mandare velit, ut omni agant, quæ ad ea, quæ Regia Vestra Majestas suæ Celsitudini contulit, consequenda spect videbuntur. Ac si Pruteni, id quod sua Illustrissima Celsitudo veretur, in hac sua inobedi-tia et contumacia perseveraverint, ut serio ipsos Regiæ Vestræ Majestatis nomine a obedientiam hortentur, et eam ipsis pro regia auctoritate mandent. [Et si] sua Illustrissima Cel-tudo ita hactenus suas hæreditarias provincias jure et justitia administravit, ut nem quod merito conqueratur habeat, ac eundem etiam tenorem in Prussia servare constitue tamen non dubitat quin pro hac hominum inquietorum, quorum non exiguus numerus in Prussia esse dicitur, petulantia, multi futuri sint, qui de sua Illustrissima Celsitudine apud Regiam Vestram Majestatem conquesturi et conaturi sint variis calumniis Regiæ Vestræ Majestatis animum a sua Celsitudine alieniorem facere. Illis ne fidem adh-beat, neve mandatis subitaneis aut præcipitatis commissionibus insolentiam hominum istorum confirmet, sed ut pro informatione quo loco, aut quo in statu singula negotia sint, primum ad suam Celsitudinem Regia Vestra Majestas scribere velit, Regiam Ma-statem Vestram sua Illustrissima Celsitudo rogat. Nam ita de omnibus rebus sua Illustrissima Celsitudo Regiam Vestram Majestatem literis vicissim edocebit, ut Vestr Regia Majestas quod in sua Illustrissima Celsitudine eo casu requirat, nihil habitur sit. Ac id ipsum non solum ad eruendam veritatem, sed ad coercendos impotentum an-morum .... affectus, et inquietorum hominum petulantiam conducet, ac ad demonstrand ipsis, quod Regia Vestra Majestas suam Illustrissimam Celsitudinem, in ea, quam ipsi

contulit, ducatus Prussiæ gubernatione tueri et conservare velit. Legati Prussici obtulerunt his diebus Illustrissimæ ipsius Celsitudini designationem quandam gravaminum (1), quibus se in decreto Regiæ Vestræ Majestatis gravatos esse conquesti fuerunt, et suam Celsitudinem rogarunt, ut apud Regiam Vestram Majestatem intercedere velit, ut ea omnia pro ratione privilegiorum suorum moderaretur. Etsi autem Illustrissima ipsius Celsitudo existimat, pleraque illa gravamina inde oriri, quod multa alio sensu a Prutenis accipiantur, quam Regiæ Majestatis Vestræ mens atque animus fuerit; tamen hæc fateri sua Illustrissima Celsitudo cogitur, si verba et clausulæ quædam ita intelligi deberent, quemadmodum Pruteni metuere videntur, quod id non parvo præjudicio suæ Illustrissimæ Celsitudini et convasallis reliquis, Illustrissimis marchionibus Brandeburgensibus, et non exiguæ etiam diminutioni privilegiorum terrarum Prussiæ cessurum esset. Ut igitur sua Illustrissima Celsitudo ea suspicione apud Prutenos liberetur, quasi aliquid in præjudicium tertii cum Majestate Vestra Regia egisset, rogat Vestram Majestatem Regiam, ut designationem illam gravaminum legere, perpendere, et æqua aliqua declaratione aut explicare, aut ita ea moderari velit, ne suæ Illustrissimæ Celsitudini, aut commissariis etiam Regiæ Vestræ Majestatis molestioribus disputationibus cum Prutenis opus sit.

Sua Illustrissima Celsitudo articulum illum de juramento subditorum non aliter intelligit, sicut etiam nos, qui tractatibus istis Marienburgi interfuimus, scimus, nunquam etiam hac in re fuisse mentem Regiæ Vestræ Majestatis, quam ut solitum antea et antiquum illud juramentum præstent, in quo juris Regiæ Vestræ Majestatis in ducatu Prussiæ etiam mentio expressa fit: ideo facilis erit ejus rei explicatio.

Verba etiam illa, quæ in juramento, quod Illustrissima Celsitudo Regiæ Vestræ Majestati præstitit, addita fuerunt: „dominis meis," si de rege et successoribus in regno intelligantur, nihil difficultatis habere videntur; si tamen ad quemlibet regni Poloniæ subditum, ac inferioris præcipue conditionis extendi deberent, Regia Vestra Majestas pro sua excellenti prudentia facile intelligit, quæ et quanta commenta ex ea re consecutura essent. Et ideo non dubitat Illustrissimus marchio, quin Regia Majestas Vestra his rebus æqua et concinna declaratione provisura sit. Ac illum articulum de locotenente et præfectis arcium, ubi Pruteni multa de indigenis disputant, ita moderatura, ne ipsi habeant, quod jure et merito conquerantur. Nam quum ante hæc tempora forma quædam gubernationis in Prussia, et privilegia non pauca constituta, et a prioribus regibus, et sua etiam Illustrissima Celsitudine jam antea confirmata sint, videt sua Illustrissima Celsitudo, quod ab eis salvo suo honore discedere omnino non possit, ac rogat sua Illustrissima Celsitudo Regiam Vestram Majestatem, ut hanc admonitionem, quam freta prudentia et clementia Regiæ Vestræ Majestatis libere et confidenter facit, non iniquo animo ferat. Ad quam quidem hoc etiam suam Illustrissimam Celsitudinem permovit, quod quum de istis articulis superius memoratis cum aliquibus et præcipuis sane Regiæ Vestræ Majestatis subditis privatim collatum esset, ipsi tam peregrinas interpretationes adduxerint, et ea, quæ in decreto posita sunt, tam nobis late et periculose etiam extenderint, ut Illustrissima sua Celsitudo de illis omnibus Regiam Majestatem Vestram

(1) Obacz te gravamina między dokumentami z końca września roku przeszłego.

admonere omnino necessarium duxerit.

Regia Vestra Majestas novit, quod sua Illustrissima Celsitudo ad consequendam curam, investi-ram et gubernationem ducatus Prussiæ hoc tempore et antea etiam respectu illius ducatus ma-gnam pecuniæ vim erogaverit, et in posterum etiam sine dubio erogatura sit. Etsi autem in decreto ipso regio provisum sit, quod in casu reconvalescentiæ ducis, aut si liberos mascu-susceperit, ac illi ad legitimam ætatem pervenerint, Illustrissimus marchio ducatui ced-rationes reddere, in quibus quod respectu ducatus erogaverit, ut recte expensum suscipi-? bet; tamen quum res humanæ mirabilibus juribus volutantur, ac sua Illustrissima Celsit-multo citius, quam ex prædictis casibus aliquis eveniret, ex hac misera vita emigrare [p]-set: sua Illustrissima Celsitudo non iniquum existimat, ut in eum casum hæredibus suæ Cels-tudinis allodialibus, ut vocamus, de recuperanda illa pecunia ex ducatu ipso Prussiæ pr-spiciatur. Ac in eum eventum sua Illustrissima Celsitudo formulam quandam assecurati-conscribi curavit, quam ut Regia Majestas Vestra legere, vel eo quo conscripta est, vel [si]-mili, qui Regiæ Vestræ Majestati videbitur, modo dare et confirmare velit, Regiam Vestr-Majestatem sua Illustrissima Celsitudo [ea] qua decet observantia rogat.

Præterea sua Illustrissima Celsitudo non tantum a Prutenis legatis hoc tempore, sed etia-antea intellexit, quod ducatus Prussiæ cum omnibus superioritatibus, privilegiis, liberta-tibus Alberto seniori, duci Prussiæ, concessus sit, quibus eas terras olim ordo Teuton-cus possedit, cujus quidem ordinis tempore nemini ex illis terris ad regem Poloniæ ap-pellare permissum fuit, quo jure etiam Albertus senior dux usus fuit. Tandem quum de ea re disputationes Lublini anno 1569 ortæ fuissent, altero tempore commodius eas explicari posse rex Sigismundus Augustus arbitratus fuit. Tunc autem illud mediu-post longos et multiplices tractatus inventum fuit, ut vivo tantum hoc duce in quibus-dam causis appellationes ad Regiam Majestatem deferrentur. Quum autem nec Illu[stris]-simus marchio, nec reliqui etiam marchiones in eam rem consenserint, quæ non exigu-superioritati et libertati ducatus præjudicium adfert, rogat Vestram Regiam Majestat[em] ut eam restrictionem de appellationibus abolere, et in pristina libertate, et jure an-quo, suam Celsitudinem, reliquosque Illustrissimos marchiones tueri et conservare veli[t].

Etsi etiam veteres transactiones et pacta vetera duci Prussiæ in comitiis regni et ali-conventibus proximum locum a rege tribuant, ac non tantum ante hæc tempora sati-deductum et probatum sit, quod ad regis dextram supremus locus ducis Prussiæ deb[e]-tur, sed etiam Sigismundus Augustus rex, felicis memoriæ, in comitiis Lublinens[i]-bus cum consilio senatorum regni decreverit, quod in senatu primus et proximus [lo]-cus a rege duci Prussiæ tribuendus sit vigore veterum pactorum; tamen iis omnibu[s] consideratis, priores duces in Prussia ab omnibus conventibus regni, et præcipue co-mitiis electicais exclusi fuerunt. Quare sua Illustrissima Celsitudo Regiam Vestra[m] Majestatem observanter rogat, ut Regia Vestra Majestas de hac re diligenter cogita-et eam eo dirigere velit, ut ducibus in Prussia et liberum votum in electione conceda-tur, et debita sessio in regni conventibus tribuatur.

De teloneis constituendis, veteres transactiones sunt a tempore Ladislai et Alexan[dri]

regum, item cum Vitoldo, Magno Duce Lithuaniæ, et magistro Cruciferorum, Paulo Rusdorf, anno 1422 initæ, quæ postea anno 1529 a rege Sigismundo confirmatæ fuerunt, quibus expresse cavetur, ne in præjudicium et damnum subditorum ducatus Prussiæ, vel in Lithuania, vel alibi, nova telonea constituantur, ac si quæ constituta sint, ut tollantur. Quod si vero teloneis opus foret, ut communicato consilio inter regem et ducem Prussiæ, ex consensu utriusque constituantur. Sed sua Illustrissima Celsitudo intelligit contra illas veteres transactiones subditos ducatus Prussiæ variis teloneis in Lithuania et Samogitia gravari, quapropter rogat sua Celsitudo Regiam Vestram Majestatem, ut tanquam justus et æquus rex non tantum telonia illa tollere, sed etiam prohibere velit, ne in posterum quoque quicquam contra vetera pacta illa attentetur.

De Lithuanicis, Samogiticis, Masoviticis finibus cum ducatu Prussiæ etiam transactiones initæ fuerunt, quæ etiam a rege Sigismundo confirmatæ fuerunt, vigore quarum Lithuanicæ et Samogiticæ controversiæ per commissarios majori ex parte determinatæ fuerunt. Sed quia in istis locis aliqua, in Masoviæ autem finibus pleraque adhuc definienda restant, rogat sua Celsitudo Regiam Vestram Majestatem, ut in illis negotiis, vel commissariis, vel aliis modis prospicere velit, quo tandem ad certitudinem aliquam perducantur.

Intellexit etiam sua Illustrissima Celsitudo nuper quosdam de jure Illustrissimi electoris Brandeburgensis, ejusque filii, agnatorum et gentilium suæ Celsitudinis charissimorum, protestatos fuisse, et non potuit non dolere, quod in sua potissimum infeudatione ea de re disputatio inciderit, ita ut jam in dubium revocari videantur, quæ firmissima sunt, et semper fuerunt. Rogat igitur sua Celsitudo Regiam Vestram Majestatem, ut illi rei ita caveri velit, ne Illustrissimis marchionibus, agnatis suæ Celsitudinis præjudicium aliquod adferatur.

Ultimo hoc quoque sua Illustrissima Celsitudo Regiæ Vestræ Majestati significandum putavit, quod magister Teutonici ordinis in Germania, qui jus in ducatu Prussiæ se habere prætendit, contra suam Celsitudinem nuper paulo ante discessum suæ Celsitudinis ex Germania protestatus sit. Sua Celsitudo quidem existimat id potissimum pro forma, ut dici solet, factum, ac eum nihil amplius tentaturum: si tamen et alia magister ille consilia suscipere deberet, sua Celsitudo Regiam Vestram Majestatem ea de re certiorem faciet, et ejus potissimum consilio, ut sane vigore veterum pactorum debet, in negotiis istis omnibus utetur.

XXXIX.

Responsum Majestatis Regiæ ad suprascripta.

Commissarios suos in Prussiam Regia illius Majestas secundum tenorem decreti sui designabit, et quidem eos, quos Illustritas ejus nominavit, Dominum episcopum et Dominum palatinum Plocenses, et castellanum Culmensem, quos etiam ejusmodi mandatis instruet, quibus Illustri Domino marchioni gubernationis suæ possessionem adeunti satisfieri posse videbitur.

Querelas hominum ad se delatas ita Majestas illa moderabitur, ut tamen exaudiendis iis, nullum parti alteræ, præsertim non exauditæ, præjudicium afferre se declaret et ostendet: quam enim in ejusmodi rebus consuetudinem pro sua prudentia semper tenuit, ab ea nec in posterum quidem temere discedet, in negotiis præsertim ad Illustrem Dominum

marchionem pertinentibus.

De Prutenorum gravaminibus propositis, vellet Regia illius Majestas, ut ipsa quoque Illustritas ipsius secum deliberet, et expendat, et sententiam suam de singulis ad Regiam Majestatem perscri-bat: sunt enim pleraque, quae tenuissimis fundamentis niti videantur.

Ad juramentum subditorum quod spectat, ita sua Regia Majestas instruet suos commissarios, ut rem totam ad id, quod hac in parte factum est, quodque fieri ex pactis debeat, moderentur, nec ul-tra metas suas longius trahant.

Sumptuum in ducatum illum factorum, aut etiam faciendorum rationem eam esse Regia illius Majestas existimat, quae partim decreto ipso Majestatis illius sit jam constituta, partim ve-ro de qua his quidem temporibus amplius tractare, et intempestivum, et parum necessarium esse videatur.

De appellationibus ad Regiam Majestatem, et loco Illustritatis ejus in senatu regni, negotia haec comitialia esse, ipsa Illustritas ipsius intelligit. Majestatem quidem Regiam daturam operam esse, ut quae Lublini de appellationibus constituta sunt, ea ad vitam ducis ser-vati conserventur.

De teloneis faciet Regia Majestas id, quod ante regibus ejus Majestatis antecessoribus fa-ctitatum est. Nunc quidem celare non potest Illustritatem suam, partem mercium Polonico-rum Elbingam deferri coeptam: quae ipsae merces ne ex ducatu vectigalibus onerentur, aequissimum et maxime necessarium esse, idque ab Illustritate ejus provideri oportere, et item teloneï pro Livonico bello his in comitiis instituti rationem haberi.

De finibus ducatus in Prussia ab aliis regni partibus definiendis, missis commissariis commode providebitur.

Protestatio adversus Illustrissimos Dominos marchiones Brandeburgenses, inscia Regia Maje-state facta, nec addat juri cujusquam, nec derogat.

Studia et conatus magistri Teutonici diligenter Illustritas ipsius observare, et ad Regiam Majestatem referre debebit, et idem facere debet ex ipsa pactorum communium ratione. Quod autem officii est Regiae Majestatis ex eorumdem pactorum ratione, et officio ac dignitate suae, et juri suo, regnique sui, Majestas illius non est defutura.

Investitura ~~Juramentum~~ Pomeraniæ ducum.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

~~Nos N. et N. juramus fidelitatem tibi, Serenissimo principi et Domino, Domino Stephano, regi Poloniæ, et successoribus tuis, ratione beneficii districtuum Lowenburg et Butow, in Pomerania ditionis regni Poloniæ sitorum, per prædecessores S. Majestatis Tuæ, reges Poloniæ, nobis concessi, promittentes verbo nostro ducali, si quid ejusmodi nocivum S. Majestati Tuæ et regno intellexerimus, et senserimus, de iis Majestatem Tuam avisaturos, et quantum in nobis est, naviter aversuros, juxta pacta conventa, et literas divorum prædecessorum tuorum, regum Poloniæ, super eodem feudo nobis concessas. Sic nos Deus adjuvet, et hoc sanctum Dei evangelium.~~

~~Investitura eorundem.~~

Stephanus, etc. Significamus his literis nostris, datam et gratiose concessam fuisse arcem et oppidum Butow, ac oppidum Lowenburg, cum omnibus et singulis eorum subditis, vasallis, fructibus, libertatibus, eminentiis, censibus, proventibus, juribus et pertinentiis universis, Illustribus Pomeraniæ ducibus, ipsorumque masculis hæredibus, agnatis tantum, in feudum a Serenissimis antecessoribus nostris, Poloniæ regibus, pro ipsorum in illos Serenissimos antecessores nostros, et Rempublicam regni hujus nostri, præclaris et multis meritis, ea tamen lege et conditione, ut iidem Ill. Pomeraniæ duces et eorum hæredes masculi, pro se quisque feudum et beneficium hoc regibus et ipsi etiam regno Poloniæ per se, vel per oratores et consiliarios suos, ac literas recognitionis acceptum ferant, et recognoscant, investituramque seu confirmationem ejusdem feudi ab eisdem petant, idque circa inaugurationem et coronationem cujusque regis, vel si id tum commode legitimis causis intervenientibus præstari non posset, brevi post temporis spacio facere ut teneantur.

Cumque Dei Opt. Max. nutu et arbitrio regni hujus amplissimi, unanimi et concordi omnium ejusdem regni nostri Ordinum et Statuum suffragio, gubernacula Nobis commissa et demandata fuissent: etsi Illustres principes Domini, Joannes Fridericus, Bogustaus, Ernestus, Ludovicus, Barnimus, et Casimirus, Stettinensium et Pomeraniæ duces, ex præscripto donationis feudi superius memorati, augustæ inaugurationi nostræ, neque per se, neque per oratores et consiliarios suos præcipuos adesse, fructumque et beneficium illud in se et antecessores suos a regibus et regno Poloniæ collatum, recognoscere, ac ejusdem renovationem petere, justis et gravibus causis intercedentibus, non poterant: ne tamen aliquid commisisse in eo viderentur, quod ab eorum officio, et conditionibus ipsius feudi alienum esset, non multo post interjecto tempore, ablegarunt ad Nos Torunium, pro comitiis regni nostri generalibus, oratores et consiliarios suos, per quos ejus ipsius feudi renovationem et confirmationem a Nobis petebant. Quoniam vero res hæc illo tempore propter gravia, eaque infinita Reipublicæ regni nostri negotia, confici et absolvi non potuit, communi omnium regni nostri Ordinum decreto et sententia, in aliud commodius et magis opportunum tempus rejiciendam et differendam esse existimavimus. Factum tandem est, ut memorati Illustres

Pomeraniæ duces, affines nostri charissimi, officio suo et conditioni, in antiquis feudi literis comprehensæ, satisfacientes, ad præsentem conventum regni nostri generalem Varsaviæ habitum, oratores et consiliarios suos, viros generosos et doctos, Henricum Ramel de Wusterwitz, judicii cameræ imperialis assessorem, Nicolaum Pichtium, juris utriusque doctorem, Antonium Critzwitz de Buckenin, capitaneum Butoviensem, cum sufficienti mandato et literis ad Nos mitterent, per eos denique publice in propatulo et disertis verbis, et per authenticas literas suas conjunctim scriptas, supradictas præfecturas, seu territoria, Butoviense et Lovenburgense, a Nobis et regno nostro jure feudi se tenere et possidere professi sunt et recognoverunt, et investituram eorumdem territoriorum, seu confirmationem feudi et beneficii supradicti, clementer a Nobis concedi Illustribus principibus suis illi ipsi oratores petierunt, spondentes et promittentes eorumdem principum suorum nominibus, ducali illorum verbo, omnia ea, ad quæ ex iis ipsis literis feudi obligarentur, summo studio, cura et diligentia esse facturos, præstaturos et ~~effecturos~~ expleturos: Nos igitur post factam hujusmodi recognitionem, justis præfatorum Illustrium principum petitionibus locum dantes, supermemoratum feudum, cum omnibus et singulis suis subditis, vasallis, fructibus, libertatibus, eminentiis, censibus, proventibus, juribus et pertinentiis universis, sicut a divo Sigismundo rege, antecessore nostro, olim constitutum est, de consilio et consensu Dominorum consiliariorum tam spiritualium, quam secularium, regni nostri, tenendum, habendum, fruendum, utendum et possidendum in perpetuum jure feudi pro Nobis et Serenissimis successoribus nostris, Poloniæ regibus, præfatis Illustribus principibus, eorumque masculis hæredibus, dedimus et concessimus, ac illos de eis ipsis arcibus et oppidis, Butov et Lovenburg, investivimus, tenoreque præsentium damus et concedimus, atque eos et eorum hæredes masculos, de ampliori gratia et benevolentia nostra ab omni servitio et juramento, nec non tributis et exactionibus quibuscunque Nobis et Serenissimis successoribus nostris, Poloniæ regibus, ratione dictarum arcium et oppidorum præstandis dimittimus et liberos facimus. Pollicemur præterea dictos Illustres principes in prædictis arcibus et eorum pertinentiis, quantum in Nobis est, tueri et defendere. Tenebuntur tamen et obligati esse debent præfati Illustres principes, et eorum successores, ad singulas successorum nostrorum regum Poloniæ, coronationes, vel venire ipsi, vel consiliarios aut officiales suos præcipuos mittere qui hoc ipsum jus feudale, de præfatis oppidis et arcibus, ad regnum nostrum pertinentibus, ita uti præscriptum est, recognoscerent, et literas ejus recognitionis, et renovationis istius feudi, quæ gratis illis dari debent, a novis regibus acciperent. Quod si aliqua legitima causa impediti, hoc officium et debitum in coronationibus successorum nostrorum non fecerint, nihil ea negligentia illis detrimenti afferre debebit, modo id tandem brevi post tempore præstare et explere curaverint. Ubi vero ipsi Illustr~~issimi~~ principes, Domini Joannes Fridericus, Bogeslaus, Ernestus, Ludovicus, Barnimus, et Casimirus, duces Pomeraniæ, sine legitimis masculis feudi hæredibus, vel eorum legitimi masculi feudi hæredes, non relicta prole virili, decesserint, stirpsque et progenies eorum mascula et legitima deficeret (1), tali casu prædictæ arces et oppida, Butov et

---

XL (1) Zdarzyło się to za panowania Władysława IV. Kiedy linia męzka xiążąt Pomorskich wygasła na Bogusławie XIV, powiaty Lemburgski i Bytowski, po długiem oderwaniu na powrót roku 1637 do Polski przyłączone zostały, pomimo usilnych starań tego

et Lovenburg, cum omnibus bonis suis, subditis, vasallis, fructibus, libertatibus, juribus, eminentiis, proventibus et pertinentiis universis, ac cum pleno jure et possessione, citra omnem difficultatem et controversiam, ad Nos et posteros nostros, reges et regnum nostrum ipsum Poloniæ redire debent. Salva tamen interim perpetuo jurisdictione, proventibus decimis seu episcopalibus, cum villis, bonis et piscaturis, ac libertatibus omnibus ad Reverendum D. episcopum et ecclesiam Vladislaviensem ex antiquo pertinentibus. In cujus rei fidem et testimonium manu nostra præsentes subscripsimus, et sigilli regni nostri appensione muniri mandavimus. Datum Varsaviæ in comitiis regni nostri generalibus, die 3 mensis martii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

(Welawskim od hołdu z Prus xiążęcych, dostał Bytów i Lawemburg w lenność, Elbląg i Drahim w zastaw, za dostarczenie 6,000 posiłkowego żołnierza na dalszą ze Szwedami wojnę.

ostatniego Piastów na Szczecinie potomka, żeby siostrzeńcowi jego, xięciu de Croye, takiemże lennem prawem puszczone były. Ale niedługo przy Polsce zostawały. Kiedy elektor Brandeburski, Fryderyk Wilhelm, korzystając z nieszczęść Polski, uwolnił się roku 1657 traktatem

XLI.

Majestas Regia duci Juliacensi.

6063.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. t. 11.

Stephanus, etc.

Illustrissime princeps, Domine affinis et vicine charissime. Ad ea, quæ ex oratore Illustritatis Vestræ, Magnifico Theodorico Knippenmeck, consiliario et præfecto Illustritatis Vestræ Hamonensi, proxime intelleximus, per eundem illum Illustritati Vestræ respondemus. Ex eo igitur Illustritas Vestra cognoscet et de nostra tum erga Illustres principes, generum et filiam suam, in Prussia duces, benevolentia, quam prolixissime sibi persuadebit. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Varsaviæ, 3 martii, anno Domini 1578.

Stephanus Rex.

XLII.

Responsum Sacræ Regiæ Majestatis ad legationem Illustris principis, Domini Guilhelmi, ducis Juliacensis et Clevensis, per Magnificum Theodoricum Knippenmeck, Illustritatis suæ consiliarium et præfectum Hamonensem, datum Varsaviæ, 3 martii 1578.

Salutabit Dominus orator Illustrem principem, Dominum ducem Juliacensem et Clevensem, vicinum et affinem Sacræ Regiæ Majestatis charissimum, Majestatis illius nomine diligenter, faustaque et felicia omnia Illustritati ejus precabitur, et benevolentiam, officiaque omnia Majestatis ipsius ad Illustritatem ejus deferet.

Deinde autem Illustritati ejus referet, Sacram Regiam Majestatem in his omnibus tractationibus, quæ Majestati ipsius cum Illustri Domino marchione ab Anspach de curatione Illustrissimi principis, Domini Alberti Friderici in Prussia ducis, sub hanc Illustritatis ejus adversissimam, et Majestati Regiæ luctuosissimam valetudinem intercesserunt, magnam semper rationem habuisse tum præclaræ suæ et vere paternæ benevolentiæ erga Illustres principes, ducem ipsum et ducissam Prussiæ, quos non alio, quam filiorum loco Majestas illius ducit, adversisque illorum casibus permovetur, tum vero etiam vel maxime præcipuam rationem habuisse Illustris ipsius principis, Domini ducis Juliacensis supradicti, cujus animum paternum erga principes Prussiæ, generum et filiam, afflictos, facile Majestas ipsius ex suo ipsius vetere paterno erga eosdem principes animo metiatur. Dedisse igitur operam Majestatem ejus ut in constituendis curationis istius conditionibus notæ exstarent hujus amoris et benevolentiæ Majestatis suæ erga principes supradictos. Quod quidem vel ex eo maxime constare potest, quod quam rationem firmandis et stabiliendis suis, totiusque regni sui juribus maxime idoneam ac sufficientem esse Majestas illius existimavit, quaque item ratione jura omnium Statuum ac Ordinum in ducatu illo sarta et tecta servavit, eadem prorsus ratione juribus Illustritatum ducis et ducissæ, conjugum, liberorumque ipsorum consultum ac provisum esse voluit, sub hoc toto curationis tempore.

Quibus quidem rebus in omnibus stabiliendis ac firmandis generaliter potius sibi esse utendum Regiam illius Majestatem existimavisse, ne, si ad partes aliquas generis descenderetur, aut

singulis quidem enumerandis rebus totum negotium difficilius redderetur, aut certe, prætermissa aliquarum rerum enumeratione, magna de juribus ipsis universis diminutio fieret: maluisse igitur semel omnia illa genere ipso comprehendi, quæ tum ad se, tum ad Illustres principes supradictos pertinerent, quam aut laborem minime necessarium de singulis suscipere, aut vero ea, quæ minime dubia haberi cuperent, in dubium vocare.

Jam vero etiam præter ea, quæ in conditionibus curationis scripto sunt comprehensa, fecisse non invitam Regiam illius Majestatem, ut coram etiam viva voce Illustritatem ipsius Dominum marchionem supradictum alloqueretur, Illustritatemque ipsius ad tuendam rebus in omnibus Illustrium principum prædictorum dignitatem et commoditatem maxime serio hortaretur. officio suo, et pro singulari Majestatis illius studio, facturam esse Illustritatem suam Majestas ipsius intelligat, omnibus in rebus eam, quam oporteat rationem, ab Illustritate sua haberi Illustrium principum prædictorum. Quam quidem Regiæ Majestatis admonitionem æquissimis Illustrissimi Domini marchionis auribus exceptam esse, ut facile appareret Illustritatem suam tum naturæ, ingeniique sui perliberalis, tum mutuæ cum Illustritatibus eorum conjunctionis ac necessitudinis, tum vero denique admonitionis ejusmodi Sacræ Regiæ Majestatis memorem futuram, ut modo in Ducatum ipsum pervenerit, et omnia subjecta oculis habuerit.

Sed et deinceps quoque, quoties opus fuerit, non gravate facturam esse Majestatem illius sive per literas, sive per internuntios suos, ut omnes Illustrium principum commoditates vitæ statusque et conditionis, eorum dignitatem curæ sibi esse maximæ declaret et ostendet, suumque erga Illustritates eorum vere paternum animum per omnem occasionem libentissime contestetur. Pro sua enim quam habet in ducatu Prussiæ directi dominii auctoritate, si quid opus fuerit, admonituram esse Illustrem Dominum marchionem prædictum, omnibus ut in rebus debita ratio dignitatis et commoditatis Illustritatum suarum habeatur. Ipsum autem quoque Illustrem Dominum marchionem, qua est humanitate et animi candore præditus, officio boni fratris et principis erga Illustritates ipsorum non esse defuturum.

Quibus quidem in rebus omnibus, ne quid Illustris princeps, Dominus Juliacensis dux dubitare possit, Majestatem Regiam Serenissimam omni benevolentia et officio suo esse perfecturam.

XLIII.

Adolphus, dux Holsatiæ, ad S. Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063. t. III.

Serenissime et potentissime Rex, Domine et affinis plurimum colende. Quum superioribus annis, defuncto Serenissimo Poloniæ rege, Sigismundo Augusto, cognato nostro, piæ ac laudandæ memoriæ, et quem amplissimus regni senatus regem surrogaverat, Henrico, nunc Galliarum rege, Poloniæ regnum pro derelicto habente, potens atque immanis Moschoviæ princeps magnis copiis Livoniæ provincias invaderet, et rapinis, incendiis atque crudeli laniena in omnes omnium hominum ordines, citra sexus et ætatis delectum grassaretur, nullo crudelitatis genere omisso: ex animo sæpe doluimus, tam uberem atque fertilem terram adeo misere devastari, et ex christianorum manibus ereptam in immanissimi [hostis] potestatem venire, nemine serio resistente. Quoniam insignem calamitatem nos, qui e regione Livoniæ partem littorum Baltici maris teneremus, et commiseratione dignam esse, et merito rationes idoneas ineundas [arbitrabamur], quibus hostis Moschus a tam perniciosa impressione prohiberi atque arceri posset: venit in animum, provinciam Trandunanam, quæ Polonici atque Lithuanici juris est, et adversus Moschos limes supererat, justis præsidiis destitui, nulla castra muniri, sed inhabitatorum supina negligentia et oscitantia, in ruinas deformes redigi atque relinqui, in prædam facilem immanissimorum hostium [venire]. Huic malo ea ratione mederi posse arbitrabamur, si limes ipse, scilicet provincia Transdunana muniretur extructis fortaliciis opportunis in locis, collocatis etiam in iisdem præsidiariis militibus, et foedere cum vicinis christianis principibus percusso, a quibus, si id necessitas expeteret, suppetiæ et auxilia possent expectari. Itaque vacante adhuc solio regali, ne major vastitas provinciæ induceretur, quum a nonnullis fide dignissimis hominibus perferretur ad nos, plurimos incolarum gemitu et suspiriis hoc a Deo precari et expetere, ut auspicio Serenissimi Poloniæ regis futuri, tutioni illius limitis præficeremur: quibusdam proceribus regni, Magnique Ducatus Lithuaniæ, animi nostri sententiam exposuimus, obtulimusque operam nostram senatui et futuro regi, si jure feudali ducatus Transdunanus nostræ fidei atque potestati committeretur. Perplacuit sane id multis, sed dum aliqui homines magis lucri privati spe, quam publica salute Reipublicæ afficiuntur, ducunturque, negotiumque proferunt, Moschus exercitu maximo Tarnaviam, fortissimum ex limitaneis castris, obsidet atque expugnat, nosque, qui tum [expeditionem] parabamus, facultate submittendorum præsidiariorum militum atque commeatus, quæque præterea usui esse poterant, excludit, eamque in limitem irruptionem, quæ periculosissima apparebat [irritam fecit]. Quum in eligendo rege novo Ordinum, senatusque

regni dissensiones comitarentur, institutum nostrum intermisimus, et in tempora magis opportuna rejecimus, ut in ipso cursu remorati.

Quum vero interjecto exiguo tempore intelligeremus, Vestram Regiam Serenitatem auspice atque ductore ipso Deo Opt. Max., in regnum vocatam, et in solium regale majorum evectam, plurimam eam felicitatem Reipublicæ Polonæ sumus gratulati. Quum hoc tempore ad regnum et conjunctas terras adversus potentissimos hostes defendendum, rege fortissimo, et ad res gerendas aptissimo, maxime opus sit. Perjucundum quoque nobis fuit cognovisse, Serenissimam Poloniæ Infantem, nunc reginam, cognatam nostram colendam, Vestræ Serenitati Regiæ matrimonio junctam, cui eam felicitatem obtigisse, jure nostræ propinquitatis gaudemus, quum illa Casimirum, Poloniæ regem avum, nos vero proavum ~~recen~~ (1) recenseamus, atque ex Jagiellonica familia uterque nostrum sit propagatio. Atque in eam spem protrahimur, futurum, ut sub imperio Vestræ Regiæ Serenitatis, quod ut bonum, faustum, felixque sit, omnibus votis a Deo expetimus, tandem succurrendi miseræ et afflictæ provinciæ Livoniæ rationes commode iniri possent.

Hæc dum animo volvimus et agitamus, a quibusdam amicis nobis suggeritur, rem bona spe non carere, si nunc in instituto nostro priore pergeremus, et peteremus a Vestra Regia Serenitate infeudationem prædicti ducatus Transdunani: confidere se voti nos æquis conditionibus compotes fieri posse. Sed quum superiore anno Moschi et Tartari in eam provinciam magnis copiis sese infuderent, et, occupatis castris, crudeliter cæsis, et in miserandam servitutem abductis hominibus, ingentique præda acta, tam tetram provinciæ faciem intulerint, ut aliquis de ea pristinæ fortunæ restituenda, et contra vicinum hostem potentem defendenda atque conservanda, merito dubitare poterat. Paulatim vero scrupulum animo nostro injectum, insignium quorumdam hominum prædicationes exemerunt, quibus nos docebant, Regiæ Vestræ Serenitati ante omnia curæ futuram Livoniæ provinciam, cujus tuendæ causa, publicis comitiis indictis, Ordinum regni consilia jam Varsaviæ expetiverit, eam manibus Moschorum recuperare, vel hoste profligato, vel ad æquas conditiones pacis adacto. Rigensem quoque civitatem, detrectatam hactenus Reipublicæ obedientiam atque fidem sedulo præstituram et accessuram provinciæ. Itaque ad pristinas instituti nostri rationes redire haud amplius dubitavimus, suffulti ea spe, si a Vestra Regia Serenitate prædicto limiti proficeremur, nos, Deo auxiliante et protegente, haud exigua ex parte (principum) christianorum, rebus consulere, et de Regia Vestra Serenitate, amplissimoque regno Poloniæ bene mereri posse. Itaque nobilem, nobisque fidum et singulariter dilectum, Osvaldum Grullium a Grabow, ad Vestram Regiam Serenitatem ablegavimus, qui Vestræ Regiæ Serenitati vasallagium nostrum offerat, et ex Vestra Regia Serenitate intelligat, quid de illa infeudatione ducatus Transdunani sperare possimus, quæque ejus vasallagii rationes Vestræ Regiæ Serenitati placeant et probentur. Huic ergo ut

XLIII. (1) Adolf, xiążę Holsztyński, był prawnukiem Kazimirza Jagiellończyka przez córkę jego Annę, wydaną za Bogusława, xięcia Pomorskiego na Szczecinie, zmarłą 1503.

Vestra Regia Serenitas Fidem habeat, seque nobis præbeat facilem et benignum, plurimum petimus.... Cupimus etiam ut Regia Vestra Serenitas sibi nostra fidissima et officiosissima obsequia polliceatur, nobisque nihil amicitia et favore Vestræ Regiæ Serenitatis fore sanctius, prius et antiquius omnino statuat. Deus Opt. Max. Vestram Regiam Serenitatem diu servet incolumem (2). Ex arce nostra Gottorpio, die 3 martii, anno 1578.

XLIX.

Legatio ejusdem.

Nos Adolphus Dei gratia, hæres regni Norvegii, Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ, Dithmarsiæque, Comes Oldenburgi et Delmenhorsti, nobili nostroque fido et singulariter dilecto, Osvaldo Grullio a Grabow, hæc mandata nostra ad Serenissimum Poloniæ regem Stephanum, Dominum et affinem nostrum inprimis colendum, perferenda dedimus. Post comprecationem salutis, et delationem officiosissimorum obsequiorum nostrorum Serenissimo regi, reverenter exhibeat literas nostras, et audiat suæ Serenitatis sententiam de ducatu Transdunano Nobis in feudum concedendo, num sua Serenitas Regia ad id beneficium, uti speramus, Nobis collocandum inclinet. Quod si ad id Serenissimum regem bene affectum esse senserit, sua Regia Serenitas, uti arbitramur, certas conditiones promissioni suæ volet adjici.

De fidelitate suæ Regiæ Serenitati juranda, et præstandis servitiis, nihil difficultabimur, modo fidelitatis illius et servitiorum ea forma constituatur, sub qua Illustrissimi principes Prussiæ et Curlandiæ suæ Regiæ Serenitati et regno Poloniæ devincti sunt. Postquam ea de re sua Regia Serenitas sententiam suam declaraverit, legatus noster de investitura ducatus, atque in omnium castrorum, civitatum, meri atque mixti imperii, realem ac actualem possessionem immissione, suæ Regiæ Serenitatis ~~et~~ voluntatem cognoscat, et a Serenissimo rege petat, ut oppidum Riga ducatui adjiciatur, ubi Nos pedem figere, et tanto commodius, ceu firmissimo propugnaculo, vim hostium reprimere possimus. In ea etiam Nos opinione esse asserat, nisi reliqua castra et oppidula accessione oppidi Rigæ roborentur, fulcianturque, non posse illa ab hostium impetu et impressione tuta esse: uti igitur Serenissimus rex operam det, quo et dictum oppidum, ceu membrum feudi, in

---

(2) Panowie Polscy, hojni na zbytki, skąpi na potrzeby Rzeczypospolitej, jak się mało przyczynili do nabycia, tak się chcieli uchylić od nakładów na odzyskanie najechanych przez Moskwę Inflant, i tym końcem szukali takiego, na kogoby ten ciężar zwalić mogli. Jeden z nich, Mikołaj Radziwiłł, wojewoda Wileński, namówił Adolfa, xięcia Holsztyńskiego, ażeby prosił króla o nadanie mu w lenności ziemi Inflanckiej, której obowiązywał się przeciw Moskwie bronić. Drugi, Jan Chodkiewicz, kasztelan Wileński, upatrzył Henryka, mistrza rycerzy krzyżackich w Niemczech, i czynił mu otuchę, że otrzyma w lenności Inflanty, jeśli o to króla prosić będzie. Co król odpowiedział pierwszemu, ~~zaraz się okaże~~ wkrótce zobaczymy (CXVIII); co drugiemu, powie się pod dniem 11 września 1579 roku, kiedy posłowie mistrza podadzą królowi o lenności Inflant żądanie.

CXXV

potestatem (nostram) veniat. Noster legatus ad impetrandam Serenissimi regis resolu-
tionem, impense et obnixe operam dabit.

Quum vero sub superioribus regibus Poloniæ, illa provincia jure hypotheca-
rum, usufructus, donationis, et aliis permultis modis, distracta fuerit, nostræ
rationes exigunt, ut Serenissimus rex Nos de omnibus castris et oppidis, quæ ad jus
regium pertinent, libere investiat, Nosque ad aliquam reluitionem privatis ho-
minibus non simus adstricti vel obnoxii.

Quod si etiam Nos, vel hæredes nostri, certa bona ex hostibus caperemus, vel etia-
titulo liciti contractus acquireremus, ut illa tanquam accessoria accederent, et esse-
annexa feudo, citra suæ Regiæ Serenitatis impedimentum, et quum illa access-
futura esset melioratio feudi, ut sua Serenitas Regia ratione illarum accessio-
num ducatus, tanquam universi feudi, æque ut feudi nunc concessi, Nos velit de-
fendere et tueri.

Petimus ad hoc a sua Regia Serenitate, ut frater noster Joannes, dux senior
simultanee Nobiscum investiatur, et si Nos sine (prole mascula) mori continge-
ut sua Dilectio de successione in feudo relicto certa esse posset. Quod si ipse
frater noster absque legitimo hærede masculo decederet, ut agnati nostri secund-
gradus prærogativa simultaneæ illius investituræ comprehendantur, eisque
exceptio de feudo novo, transversales regulariter excludendos, obstare non
possit.

Cumque intelleximus futurum, ut rex pro collocando in Nos illo beneficio certam
summam pecuniæ sibi mutuo dandam praescripturus sit, volumus ut legatus noster id su-
mo studio efficiat, ne Serenissimus rex ea in re modum excedat, sed prudenter et benigne co-
sideret, quanta vastitas per Moschos et Tartaros sit inducta, agros desertos, colonos s-
occisos, vel in servitutem perpetuam abductos, castra desolata, nullus frumenti
aliorumve fructuum proventus, mercaturæ emolumenta nulla, prædia vasallorum
igne absumpta, et partim dejecta, abacta pecora, ipsum hostem vicinum, ex Perna-
et aliis arcibus quotidianas incursiones facientem. Quibus certe rebus ut consulatur,
prospiciatur, et remedia adhibeantur commoda, magna vi pecuniæ opus fore: quam-
obrem ea fiducia ducimur, suam Regiam Majestatem æquitatis rationem habitur-
et ejusmodi mutuæ pecuniæ summam propositurам esse, qua non nimium gravem-


Præterea legatus noster Serenissimum regem admonebit, Nos aliis officiis Regiæ
Serenitatis beneficium compensare posse, nempe si sua Serenitas equitibus Germanis op-
habeat, quod velimus tria millia equitum Germanorum, et si id usus exigat, duo mill-
peditum sclopetariorum auspicio et sumptu suæ Regiæ Serenitatis in his locis co-
gregare, et suæ Regiæ Serenitati in regnum Poloniæ, aut quo alio loco sua Regia -
renitas iis uti velit, adducere: id quod in manibus nostris semper est, quum Saxoniæ
defensio ab Imperio Nobis sit commissa, atque ad arbitrium, citra consensum imp-
ratoris, milites Nobis cogere liceat, quod aliis principibus æque non est integrum.
nostri itaque legati fidei et industriæ committimus, ut regem sedulo de istis omnibus

admoneat, efficiatque, ut sua Regia Serenitas æquam pecuniæ summam postulet. Non displicebit etiam regi, ut de idonea cautione Nobis prospiciatur, suaque Regia Majestas de illa præstanda animi sui sententiam declaret. Pecunia etiam illa non prius numeretur, quam Nos investiti, et in actuali et reali possessione sæpedicti ducatus Transdunani, juncto oppido Riga, constituti fuerimus, simulque atque de debito Nobis sufficienter fuerit cautum.

Super his conditionibus et articulis exploret legatus noster animum Serenissimi regis, et, ut in literis nostris petivimus, quod respondebitur, scripto comprehensum sub Serenissimi regis manu et sigillo sibi tradi postulet. Nos, tali responso accepto, in omnibus, quæ ex dignitate Serenissimi regis, et usu Reipublicæ Polonicæ et Lithuanicæ esse possint, nihil in Nobis desiderari patiemur, et ad acceptandas æquas conditiones haud erimus difficiles, uti etiam suam Regiam Serenitatem, æquitatis amantem, nihil pergrave Nobis præscripturam confidimus: in quem eventum etiam legatos nostros insignes, cum plenissimis mandatis, ad suam Regiam Serenitatem sumus missuri, qui de omnibus rebus cum sua Regia Serenitate agant atque transigant.

Cupimus præterea, ut legatus noster omnibus Nos rationibus suæ Regiæ Serenitati commendet, et ut certo sua Serenitas sibi promittere velit, Nos ab hoc tempore, cum ob egregias suæ Regiæ Serenitatis virtutes, tum etiam propter affinitatem nostram, suæ Regiæ Serenitati addictissimos, et officia nostra, si id usus ferat, suæ Regiæ Serenitati et esse et fore paratissima.

Volumus præterea, ut sæpedictus legatus Serenissimo regi exponat, quam sit commoda per terram nostram translatio mercium ex Polonicis provinciis: Nos enim tenere isthmum Cymbricæ chersonesi, et merces mari Baltico adductas sex horarum spatio posse per illum nostrum districtum transferri in oceanum, inde sine periculo aut mora in Belgicum spatio viginti quatuor horarum. Quod si Regiæ suæ Serenitatis maritimæ urbes eo itinere cum mercibus suis uti velint, id eis licebit, edoceatque hic legatus noster ipsum Serenissimum regem, quanta commoditate eo itinere frui suæ Regiæ Serenitatis subditi mercatores possint, exhibeatque conspiciendam geographicam picturam, quam secum fert, atque situm demonstret. Quæ vero juxta inciderint, in his nostris mandatis non expressa, ea legati nostri industriæ ac fidei committimus.



XLV

Majestas Regia ad Mehmet Bassam.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Illustrissime princeps, Domine amice sincere Nobis dilecte. Superioribus diebus scripseramus ad Serenissimum et potentissimum imperatorem per Generosum Marcum Sobieski (1), aulicum nostrum, a Cæsare Tartarorum Perecopiensium legatum nostrum, Generosum Andream Taranowski, quem quum ad eum amicitiæ constituendæ causa misissemus, maligne et durissime haberi, ac in vincula conjectum esse. Quod cum nostro ac Serenitatis illius hoste Moscho conspiret, scribimus nunc ejus conspirationis jam effectus apparere: etenim hisce diebus a Moscho corruptus, ditiones nostras invasit, ac homines nostros confisos nostro cum Serenitate illius foederi ex improviso armis impiis oppressit, damnisque illatis, prædam multam abegit, magnamque vastitatem fecit: atque id sane tum, quum foedus, oratore a Nobis ad Serenitatem illius misso, a Serenitate illius recens confirmatum, et ad Nos allatum sit. Quo quidem foedere ipse quoque Tartarus a Serenitate illius inclusus est: illum vero nec hoc foedere, nec ulla humanitate moveri. Quod certe magis miramur fieri, quum de ipso Serenitati illius jam aliquoties conquesti fuerimus, et sciamus Serenitatem illius illum coercere posse, atque etiam velle, pro illius et majorum ipsius immortalis memoriæ constanti in foederibus conservandis fide. Nos sane propter Serenitatis illius amicitiam, quæ jam a tot ætatibus inter antecessores nostros et majores Serenitatis illius intercessit, multorum principum amicitiam oblatam neglleximus, inimicitiam etiam prope denuntiatam contempsimus, atque etiam contemnimus, certa spe concepta de firma Serenitatis illius erga Nos ac regnum nostrum amicitia. Cogitamus de bello adversus Moschum, communem utriusque hostem, movendo: interim Nos isti Tartari distinent, tantæque injuriæ Nobis inferuntur, quantæ nulli non modo amicorum, sed ne hostium quidem sub inducias a Serenitate illius subditis, aut foederatis inferuntur. Hac igitur de causa ad Serenitatem illius Nos mittere Generosum hunc Christophorum Dzierzek, ut Serenitas illius, misso ad Cæsarem Tartarorum majore internuntio, captivos ac prædam Nobis restitui, ac pro damnis satisfieri curet, ipsum ab hac conspiratione cum Moscho deterreat, et abstrahat, ac, restituto in libertatem legato nostro, ad pacem bona fide servandam cogat, ad bellum etiam adversus Moschum gerendum adigat. Quod si vero is nec ulla humanitate, nec imperio et mandato Serenitatis illius ad pacem servandam adduci poterit, ut saltem sciamus quomodo nostris rebus providere possimus: nam certe has injurias deinceps, nec Nos, nec Ordines regni nostri ferre poterunt, modo id non videatur contra foedus cum Serenitate illius factum. Nec certe eam molestiam conquerendo Serenitati illius exhiberemus, nisi foedus et amicitiam cum Serenitate ipsius, quoad maxime possumus, colere deliberatum haberemus, ut par pro pari reddamus, verum enim vero hæc illius conspiratio cum Moscho etiam ipsi Serenitati illius ac imperio ejus, nisi provideat, aliquando incommoda esse poterit. Hæc tempore hoc ad Serenitatem ipsius scribimus, postulamus vero ab Illustritate Vestra, ut hæc negotia nostra studio suo prosequatur, et prout æquitatem videt, diligenter cumprimis (cum Serenitate illius) de iis agat. Jussimus huic Generoso Christophoro Dzierzek, ut ad Nos quamprimum rediret. Efficiat igitur Illustritas Vestra, ut quamprimum inde expediatur. Id Nos benevolentia quoque nostra Illustritati Vestræ referemus. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum .... (2).

(1) Nie mamy tego listu przez Marka Sobieskiego do sultana posłanego. Ale go umieścił Gerlach w swoim

(2) List ten w Dzienniku Gerlacha, p. 548, jest z datą 5 marca 1578.

XLVI.

Literæ passus Christophoro Dzierzek

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Universis et singulis, cujuscunque gradus, dignitatis, status et conditionis fuerint, principibus, comitibus, baronibus, palatinis, capitaneis provinciarum, urbium, civitatum et arcium præfectis, ac eorum locumtenentibus, amicis nostris, benevolentiam nostram, subditis vero nostris gratiam nostram regiam. Proficiscitur missus a Nobis Generosus Christophorus Dzierzek, aulicus et secretarius noster, in Turciam in nostris ac regni nostri negotiis, tam per Valachiam, quam per Transilvaniam. Quamobrem postulamus a Dominationibus Vestris, ut eum una cum comitatu equitatu suo per ditiones, præfecturas ac officia sua libere atque sine ullo impedimento ire, transire, stare, morari, ac negotia nostra tuto ubique gerere permittant, favoreque suo in rebus omnibus, in quibus forte habuerit opus, prosequantur, paria et majora his officia per omnem occasionem a Nobis expectantes. Quod speramus libenter Dominationes Vestras facturas esse, subditis vero nostris serio mandamus ac edicimus pro gratia. Datum Varsaviæ in comitiis regni, anno 1578, regni nostri secundo.

XLVII.

Instructio legationis data Generoso Christophoro Dzierzek, S. Regiæ Majestatis aulico et secretario, ac ad potentissimum Turcarum imperatorem internuntio.

Internuntius noster diligenter incumbet, ut hæc quæ in extremo literarum nostrarum ad imperatorem continentur, perficiat, hoc scilicet ut is czausium aliquem primarium ad Tartarum mittat, qui Nobis captivos sub hoc tempus captos, ac prædam remitti, et pro damnis satisfieri curet, eum ad servandam Nobiscum pacem, et bellum cum Moscho gerendum adigat: id vero his argumentis, ac prope verbis agere poterit, quibus ipsæ literæ tam ad imperatorem, quam ad supremum Bassam conceptæ sunt, cujus rei causa earum exemplum ipsi dentur, atque hæc erit ipsius legationis summa.

Quum vero procul dubio Bassa objecturus sit tumultus Valachicos, id ipsi ad respondendum paratus et instructus esse debet, ut dicat, eos non modo volentibus, sed insciis Nobis concitatos esse, facile Serenissimo ac potentissimo imperatori apparere posse, quod jam ante ex oratore nostro cognoverit, Nizovios, quorum ope concitati sunt, eos esse, qui ex improborum hominum ac diversarum gentium colluvie collecti, campos ultra Borysthenem viciniores Tartaro, quam Nobis inhabitant, nec Nos, nec alium dominum agnoscunt. De quibus coercendis, quam primum in Prussia subditos nostros Germanicæ nationis ad officium reduxissemus, Nos cogitaturos esse, tum vero quum accepissemus ab ipsis de palatino novo in Valachiam inducendo cogitari, dedisse operam, ut eum ipsum latronem (1), quem Valachiæ dominum imponebant, vivum caperemus, idque non sine difficultate Nos consecutos esse. Misisse nunc etiam Nos ex comitiis insignis auctoritatis senatorem, Illustrem ac Magnificum Kiioviæ palatinum, qui alios quosque ac eos item, si qui ex ditionibus nostris se ipsis admiscuissent, comprehendi, ac puniri curet, id quod eum sine dubio executurum esse. Quod ad Nizovianos pertinet, ad Borysthenem

---

dziennika, p. 442, z datą 15 grudnia 1577 roku.

(1) Jest tu mowa o Podkowie, którego pojmanego, gdy z Mołdawii uchodził, gdzie się utrzymać nie mógł, (król ściąć we Lwowie kazał 16 czerwca 1578) Ko...

XLVIII)

arces paucas nostras esse, exiguis, centum aut ducentorum militum, præsidiis impositis, qui pauci tanto numero Nizoviorum coercendo sufficere non possunt. Propterea nunc mittere Nos justis cum copiis eundem Illustrem et Magnificum palatinum Kiioviæ versus Borysthenem, ut curet, ut illos deleat, vel inde prorsus pellat. Nos sane in iis rebus, quæ ad officium boni amici et fœderati pertinent, Serenissimo imperatori satisfacturos esse, quemadmodum hoc ab ipsius Serenitate quoque expectamus, ut Nobis in his rebus Tartaricis ex parte ejus Serenitatis satisfiat, vel ut saltem, si ulcisci hostem hunc, et injurias vindicare cogimur, ne quid contra fœdus commissum ipsius Serenitas arbitretur. Nam et Serenitatis ejus, et nostros hostes, dum hæc vident, magnam inde lætitiam capere, et Nobis in amicitia tuenda cum sua Serenitate studium exprobrare, non sine ipsius quoque Serenitatis indignitate.

a, wobec posłów nowego hospodara Jankuły, który zajął miejsce w Jassach wypędzonego przez Podkowę Petryłły.

Tel. 81/160 ex oficio Hosius 6 Marca [illegible] [illegible]

Hozjusz do ~~[illegible]~~ Pols. [illegible] brat Krol

Zachęca aby się [illegible] wszystkie [illegible] jako [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

XLVIII.

Libellus supplex a nuntiis Terrarum Prussiæ Regiæ Majestati in comitiis Varsaviæ habitis traditus.

Teka Naruszewicza 92. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 28, p. 72

85, 161

Serenissime Rex, potentissime princeps et Domine, Domine noster clementissime.

Sacræ Majestati Vestræ Regiæ eam, quam debemus, subjectionis fidem et obsequentiam, studio, quo possumus, humillimo ac promptissimo deferimus. Et quum intelligamus, iis, quas proxime Sacræ Majestati Vestræ Regiæ pro necessitate totius Terræ Prussiæ obtulimus, precibus, nullum locum apud inclytos regni Ordines relictum, verum hæc omnia, quæ ad asserenda jura libertatesque dilectæ patriæ (1) nostræ a nobis humiliter allata sunt, verborum asperitate et sarcasmis, præter expectationem nostram, excepta et elevata esse. Non possumus nos quidem non vehementer eo nomine dolere, ac infelicitatem patriæ nostræ ex animo deplorare, quæ annis abhinc vixdum centum et viginti elapsis, cum multo sudore ac sanguine, excusso injusto ac tyrannico dominatu, in libertatem se vindicans ægre, cumque eadem sua libertate sponte ac summa voluntate in fidem, tutelam ac subjectionem serenissimorum regum, adeoque ipsius regni Poloniæ unionem, certis conditionibus concedens, et ab iisdem tum quidem benigne et alacriter suscepta, adde etiam defensa, et in ejus possessione usque ad hæc iniquissima tempora perdurans, nunc denuo de eadem libertate sua conservanda laborare cogitur. Quocirca quum nos quidem in ea regni unione, in quam semel sponte recepti sumus, per Dei gratiam, debita semper fide et constantia hactenus perstiterimus; ex adverso autem ab iis libertatem nostram oppugnari, jura et privilegia nostra negligi, omniaque nostratum dicta, tum facta, quæ pro iis astruendis et asserendis suscipimus, vel contemni, vel in sinistram partem ab iis rapi videamus, a quibus ex pacto convento et fide firmata potius defendi nos nostraque æquum erat. Aliud jam, quod hoc quidem tempore agamus, habemus nihil, nisi ut ad S. Majestatis V. R. eximiam clementiam, æquitatem et justitiam, tanquam ad sacram quamdam ancoram, confugiamus. Quam quidem nobis non minus in propugnanda totius Prussiæ libertate ac jure præsidio fore confidimus, quam eam quotidie in discutiendis ac disjudicandis æqua lance etiam privatorum quorumcumque controversiis magna cum laude et admiratione omnium elucere conspicimus, etiam atque etiam humillime orantes et obsecrantes, ut S. M. Vestra Regia, tanquam communis patriæ tam Polonæ, quam Pruthenorum parens ac præses summus, in quam jus omne ac potestatem regni populus communibus suffragiis et inauguratione solemni contulit, quæque non minus nobis Pruthenis, quam reliquo totius regni corpori libertatum, jurium ac privilegiorum conservationem sub verbo ac jurejurando suo regio clementissime confirmavit, dignetur nostri in hoc afflictissimo satis alioquin rerum statu, rationem clementissimam

---

XLVIII. (1) *Patria*, ojczyzna tych ludzi nie była Polska, z którą nic spólnego prócz króla i dostojeństw mieć nie chcieli, tylko ich prowincya. Byliż ci ludzie Polakami, którzy ze zjazdu swego tego roku w Lubawie uskarżali się na to, że przychodziły do nich z kancellaryi królewskiej pisma w języku polskim, i domagali się żeby odtąd pisano do nich po niemiecku, a przynajmniej po łacinie.

habere, nec permittere, ut ad eum modum contra jus fasque nobiscum agatur: quin potius arbitrium auctoritatemque suam regiam apud inclytos regni Ordines interponere, eisque persuadere dignetur, ut cogitent et animo paulisper recolligant, quo pacto et quibus conditionibus ad regnum hoc inclytum accesserimus, quod illorum majores una cum Serenissimis Poloniæ regibus nobis vicissim sancte permiserint, quid denique literis, sigillis, fide ac religione summa nobis confirmaverint, utque contenti ea, quæ semel inter regnum hoc inclytum et Prussiæ Terras bona fide et egregia utriusque gentis voluntate ac studio, pro voto constituta et conflata est, unione in qua quidem etiam nos perpetuo fideliterque permansuros sancte spondemus, ne quod nobis gravius onus, terminos antiquos movendo, imponere nunc tentent, neve verborum asperitate eos præsertim, qui causam communem nomine nostro agunt, adorientes, animos nostros porro exulcerare ac moerore majori complere velint, potiusque benevolentia, studio et obsequio nostro voluntario ex sponsione veteri, cum summa fidei, æquitatis et mansuetudinis laude, ut hactenus, ita deinceps quoque uti, quam novam aliquam auctoritatem vi ac minis conciliatam, quæ diuturna esse non solet, in nos usurpare præsumant. Nos quidem pro fide ac jurejurando eisdem Terris Prussiæ præstito, salva tamen fide et obedientia S. Majestati V. R. debita, aliter facere non possumus, quam ut jura et libertates ejusdem nobis de meliori nota commendatas habeamus, easque, nihil contra præscriptum ac duciam fratrum nostrorum committentes, sartas tectas, pro viribus, quantum quidem in nobis est, tueamus et conservemus. Neque existimamus id nobis vitio verti a quoquam hominum, nec a regni prudentissimis Ordinibus posse, si ipsorum etiam exemplo privilegia et libertates nostras vita ipsa et fortunis omnibus cariores habeamus et illibatas ad posteros transmittere studeamus. Neque vero nos decretum Lublinense, quod asserunt et tanquam Ajacis clipeum nobis subinde objiciunt, in hac gravissima Pruthenorum causa, afficere potest. Etenim qua tandem ratione et quanam æquitate, sub nudo decreti titulo, nobis invitis, obtrudi potest, quod contra pacta conventa, literisque ac sigillis multipliciter firmata, ac sacramenti religione roborata, denique contra id, quod semel utrinque placuit, hucusque ratum, gratum et firmum habitum fuit, nobis semper contradicentibus, protestantibus ac repugnantibus, nulla nostra præcedente culpa aut meritis, nulla denique æquabili ratione ac modo, in nos volentes nolentes statutum, nec unquam a nobis receptum est. Certe quidem quod semel in aliquem recte atque ordine, ex merito præsertim collatum est, ejus auferendi nulla est honesta ratio. Et quid tandem firmum ac stabile in rebus humanis sit futurum, si ea, quæ semel pactis conventis firmata sunt, quocumque quæsito colore aut prætextu, altera parte invita, retexi debeant? Non usque adeo urgent nos Dominorum Lithuanorum exemplo, neque enim factum illorum nobis legem imponere potest. Habuerunt illi fortassis suas rationes quibus moti, novam eam unionem tandem post multas controversias volentes receperunt, et tamen ita receperunt, ut ipsis interim de juribus ac prærogativis suis semper salvis conservandis idonee caveretur. Terrarum autem Prussiæ longe diversa est ratio, diversus omnino, qui contra eas usurpatur, actionis modus, denique integra nobis merito esse debebat voluntas et arbitrium, in eo præsertim, quod non ab aliis precario accepimus,

sed sanguinis ac fortunarum nostrarum profusione partum, ad regnum hoc jure proprio attulimus.

Precamur itaque Sacram Majestatem Vestram Regiam humillima animi cum affectione ac demissione quam possumus maxima, ut supplicationis literas nuper exhibitas clementissime expendere et miseræ Prussiæ jam a sola Majestatis ~~Regiæ~~ Vestræ clementia, justitia et fide pendentis, causam, summa quidem æquitate subnixam, verum temporum iniquitate prope jam inclinatam, benignissime amplecti, erigere ac fulcire dignetur, atque hæc a nobis nullo sinistro proposito, sed bono ac fideli studio, urgente summa nostra ac Terrarum Prussiæ necessitate, justissimoque exprimente dolore, pro juribus ac privilegiis earumdem, adeoque pro honore, fide, salute ac incolumitate nostra, omniumque Prussiæ incolarum, breviter ac simpliciter proposita, serenissimo vultu animoque inoffenso suscipere, et in meliorem partem, una cum inclytis regni Ordinibus, interpretari, ac denique pro officio suo regio in laudem ac gloriam nominis sui perpetuam, ita rebus omnibus benigne prospicere dignetur, ut Prussiæ juribus ac privilegiis salvis, libertate nostra, quam hactenus tam circa judiciorum ordinem, in quo etiam, uti ceteris, nobis liberam facultatem relinqui humillime petimus, quam contribuendi rationem, et cetera, illibatam conservare semper studuimus, porro sub auspicatissimo ac justissimo Majestatis Vestræ regimine integre gaudere, subjectissima ac fidelissima nostra servitia, studia ac obsequia tanto alacriori animo, tum Sacræ Majestati Vestræ Regiæ, tum inclyto huic regno exhibere possimus. Etenim ut hactenus in conferendis et contribuendis, ad postulata Serenissimorum regum Poloniæ, facultatibus nostris, fidele semper nostrum ostendimus studium, ut affirmare possimus, nos hac in parte regni incolis pro virium nostrarum proportione nunquam fuisse secundos: ita tum in hoc, tum aliis in rebus omnibus eidem Majestati Vestræ porro fidem et obsequendi promptitudinem, salvis nostris juribus, ex animo et pro viribus sumus declaraturi, ut nihil in nobis, quod fideles subditos decet, sit desideratura. Si vero contra has æquissimas petitiones, jura ac privilegia nostra, quid constitutum aut decretum fuerit, nihil aliud facere possumus, quam ut vigore mandatorum nostrorum, contra ea omnia submisse et solenniter protestemur. Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ fideles et humillimi subditi, consiliarii et internuntii Terrarum Prussiæ.

XLIX.

Protestatio in dictis comitiis a nuntiis Terrarum Prussiæ facta.

85. 16 c   Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, № 9. p. 76.

Sacra Majestas Regia, Domine, Domine noster clementissime.

Supplicavimus multoties, ea qua decuit subjectione, Sacræ Majestati Vestræ Regiæ, uti nos in possessione privilegiorum, libertatum, jurium et laudabilium consuetudinum nostrarum clementer conservare, manutenere ac defendere dignaretur, in quarum possessione ab eo felici tempore, quo in potestatem regum Poloniæ cum iisdem

libertatibus et juribus nostris spontanee et libere concessimus, et continua serie temporum sine interruptione hucusque exstitimus. Quae quidem privilegia, jura et libertates a Dominis prædecessoribus Sacræ Majestatis Vestræ Regiæ, regibus Poloniæ, nobis confirmata et amplificata sunt, eo quod majores nostri sanguine suo hanc gratiam et præmium eximiæ suæ fidei erga reges et regnum Poloniæ sibi pepererint, a ceteris vero regibus rata et grata habita, et ad hæc usque turbulenta tempora clementer nobis conservata sunt. Allegavimusque verba manifesta eorundem privilegiorum nostrorum, in præcipuis gravaminibus nostris, multisque rationibus deduximus alium esse statum provinciæ Prussiæ, quam quod ab eisdem libertatibus, juribus et consuetudinibus, salvis nostris rebus, declinare et novis judiciis et contributionum modis nos subjicere possemus; sperabamusque tot precibus nostris humillimis aliquando tandem S. Majestatem V. R. pro sua innata clementia, benigne locum daturam, nosque ab æmulorum nostrorum impetitionibus auctoritate sua regia clementer vindicaturam esse. Verum quum non sine dolore nostro videamus, nobis justissimis et æquissimis modis repugnantibus, varie libertatibus et juribus nostris vim fieri, et ab iis sane qui pro pactorum nostrorum conventorum foedere nos fraternis studiis sublevare debeba[nt]. Proinde coram S. Majestate V. R. subjecte profitemur, nos pro personis nostris et tanquam mandatarii fratrum nostrorum, ad hæc comitia cum limitata facultate missi, in nullu[m] tribunal novum extra Prussiam consentire posse, sicuti quoque non consentimus, qu[um] ex aliis causis, tum ex iis, quas subjicimus.

Primum quod longe alia sit ratio legum et jurium provinciæ nostræ, quam palatinatuum regni. Deinde vero dispar quoque ratio judicum utriusque instantiæ, ita ut absurdu[m] videatur tot senatorum spiritualium et secularium sententias per inferiores judices denuo cognosci, judicari sive etiam retractari. Tertio, quod controvertendi diversus juris Culmensis in Prussia sit modus, quodque lingua Germanica omnes causæ in prima et secunda instantia plerumque controvertantur et conscribantur. Quarto, quod multis privilegiis regum Poloniæ judicia dignitariis et consiliariis Terrarum Prussiæ confirmata sunt et expresse nobis Prutenis cautum, ut jure Culmensi a nostris indigenis judicibus judicemur. Inde sane factum est, ut a judicio senatorum regni exempti fuerimus, id quod ante aliquot annos idem senatus regni in comitiis Varsaviensibus agnovit, ut etiam fateretur, conventus nostros semestres, judiciis, qui in Prussia quotannis habentur, potissimum deberi, quum articulum privilegii nostri capitalis de notabilibus causis in alienum sensum pertrahere cuperent. Quum itaque a summo judicio regni, sicuti etiam usus obtinuit, exempti simus, non videmus quo jure, quave injuria in minus tribunal præcipitari debeamus. Quinto, quod in possessione libertatis illius nostræ a tempore, cujus non est memoria, imo sub ipsis etiam Cruciferis exstiterimus. Postremo, quod judicia, caput et fundamentum omnium nostrarum libertatum sint, quo fundamento loco suo moto et avulso, omnes reliquas libertates nostras labefactari necesse foret. Quum etiam omnibus regni Poloniæ palatinatibus constituendi tribunalis libera facultas concedatur, ab ea libertate nos repelli minime possumus, neque debemus, quum ex pactis conventis ad

omnem libertatem regni nos admissos et incorporatos esse sciamus, quumque per se æquissimum sit, nostram conditionem non deteriorem et magis servilem, quam est fratrum nostrorum, Dominorum Polonorum esse oportere. Ita enim verba privilegii sonant: Eosdem ad usum, participationem omnium honorum, jurium, libertatum et prærogativarum, sicut prælati, barones, nobiles regni Poloniæ hactenus potiti sunt, etc. admittimus. Ideoque et nobis eamdem facultatem et libertatem tribunalis ejusmodi in Prussia constituendi pro usu et necessitate nostra totiusque provinciæ Prussiæ integre solenniterque reservamus.

Ceterum contributionem quod attinet, libere profitemur, Serenissime rex, nos necessitatibus Reipublicæ nunquam defuisse, neque nunc etiam, salvis privilegiis, juribus et libertatibus nostris, pro rerum nostrarum præsenti conditione defuturos esse, si modo ea ratione, qua Serenissimi antecessores S. Majestatis Vestræ consueverunt, atque usus et consuetudo hactenus obtinuit, id a nobis requiretur. Quum vero Domini Poloni, in gravissimum præjudicium nostrum et derogationem libertatis nostræ antiquissimæ, novum modum, quem majores nostri et nos hucusque nunquam cognovimus, introducere cupiant, subjecte coram Majestate V. R. fatemur, fratres nostros eamdem rationem novam contributionum, salvis libertatibus et privilegiis suis, recipere non posse, fiduciam indubitatam in æquitate et constantia R. Majestatis V. reponentes, se, juxta jurisjurandi formulam a Majestate V. præstitam et declarationem suam regiam Thorunii Pruthenis factam et aliquoties postea reiteratam, in privilegiis et libertatibus supradictis conservatum iri.

De quibus supradictis omnibus, tam judicia commemorata, quam contributionem concernentibus, omni meliori via, ratione, modo ac stilo, quo de jure debent ac possunt, nulla alia intentione et animo, nisi retinendorum jurium, privilegiorum et libertatum suarum, ea, qua decet et par est, humilitate, subjectione et reverentia, humillime et demississime solenniter protestantur, sicuti et nos pro nobis et tanquam mandatarii eorundem, pari subjectione et reverentia, solenniter protestamur, supplicantes S. Majestati V. R., ut protestationem hanc nostram actis cancellariæ suæ clementer ingrossari et insinuari jubeat, gravaminumque nostrorum clementem rationem habeat, deque eisdem emendandis et abrogandis, prout legalem principem et memorem jurisjurandi sui decet, paterne et benigne tandem rationes aliquando ineat. In quem finem ratio rerum nostrarum nobis protestandi necessitatem imponit. Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ fideles et humillimi subditi, consiliarii et nuntii Terrarum Prussiæ.

L.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Chodkiewicz.

Teka Naruszewicza 92. Ex orig. arch. Sapiehani (22)

85 163

Illustris ac Magnifice, sincere Nobis dilecte. Intelleximus ex literis Magnificentiæ Vestræ arcem Vendam ab hoste Moscho, temeraria quidem cupiditate depopulandæ istius provinciæ incenso, obsidione cinctam esse, et quæ deinceps pericula inde subsecutura sunt. Etsi multotiens a Vestra M. admoneremur, et Nos ipsi prævideamus, temere quoniam sperabamus

aliquam Nos illius defendendæ provinciæ in istis comitiis rationem inituros, hactenus Nos id non potuisse assequi, etsi tempus diversis extraheretur consultationibus, moleste ferimus. Antequam vero aliquid investigetur, optaremus ut Vestra M. in eam rem totis viribus incumbendum sibi statuat, ne et hostis insolentius intumescere, et pessimi propositi sui compos fieri possit. Dabit igitur Vestra M. omnem operam, ut, quotquot sint milites, conjunctis viribus arci illi Vendensi opem et auxilium ferant, prout etiam ad Magnificum pocillatorem M. D. Lithuaniæ scripsimus, ut numerum omnem militum quemcunque secum habeat, ad subsidia isti arci subministranda, una cum his militibus, qui nondum sub Illustri et Magnifico palatino Vilnensi sua emeruerunt stipendia, cum vicario suo in Livoniam quamprimum mittat. Speramus quoque Magnificum capitaneum Grodnensem illuc jam appulisse, quem ibi nunc non inopportune posse versari, si in unum cum copiis Magnifici pocillatoris coierit, certo persuasum habemus: quibus quidem omnibus in Livonia copiis, et vicario Magnifici pocillatoris, in absentia M. Vestræ, Magnificum capitaneum Grodnensem præficimus. Non diffidimus autem Vestram M. pro sua animi magnitudine, et in Nos et Rempublicam prompta voluntate ac studio, officium suum ea in re minime desiderari passuram. Quam etiam diutissime bene ac feliciter valere cupimus. Datum Varsaviæ, die 9 martii, anno Domini 1578.

Stephanus Rex.

10 Marca Lith. Sch. do Chodkiewicza 164.

41.

Responsum Sacræ Regiæ Majestatis ad legationem marchionum Brandeburgensium, Joannis Georgii, electoris S. R. Imperii, patris, et Joachimi Friderici, filii, in quo refellitur protestatio facta a nuntiis terrestribus.

85   165

Ex Cod. dipl. Dogieli, t. IV.

Quam benevolentiam et studium suum erga S. Regiam Majestatem Illustrissimi principes Domini marchiones Brandeburgenses, omnibus in rebus declarant et ostendunt, ea semper huic Majestati Serenissimæ accidit gratissima: id quod ipsum cognitum esse et perspectum Illustritatibus eorum Majestas illius non dubitat. Neque enim ullam unquam occasionem Majestas illius temere prætermittit declarandæ gratiæ et benevolentiæ suæ erga Illustritates eorum, quo eodem animo Majestatem suam Regiam etiam in posterum semper esse facturam Illustritates eorum certissime possunt sibi persuadere.

Quod attinet ad homagium et investituram ducatus in Prussia, ea res per Dei gratiam eventum habuit exoptatum. Nam et Illustris princeps, D. Georgius Fridericus marchio, in hac tristi invaletudine Illustris D. Alberti Friderici ducis, uti curator ipsius et gubernator ducatus illius, cum titulo et præeminentia ducis investitus est, præstito fidelitatis homagio, et Illustrissimi Domini marchiones, elector et administrator prædicti, in persona oratorum suorum admissi sunt ad contactum vexilli, more et consuetudine usitata: quemadmodum ex ipsis oratoribus suis, atque adeo literis ipsis investituræ cognoscent

Illustritates eorum. Duo enim exempla ejus investituræ confici mandavit Majestas illius, quorum alterum Illustri D. Georgio Friderico, alterum Illustritatibus suarum oratoribus traderetur.

Ac facta quidem est præter voluntatem Regiæ Majestatis protestatio quædam contraria de his, quæ tunc per S. Regiam Majestatem agerentur. Verum protestationum omnium jus non arbitratur Majestas illius ignotum esse Illustritatibus eorum, quibus quidem protestationibus nec minuitur jus cujusquam, nec amplificatur. Itaque quum oratores Illustritatum suarum vellent cum regni hujus Ordinibus de protestatione hujusmodi tractationem in re præsenti suscipere, non visa est ea res Regiæ Majestati aut tempestive fieri, aut etiam necessario, quum Majestatis sane Regiæ benevolentia omni in re ipsis Illustrissimis Dominis marchionibus probabitur.

Gedanenses ea, quibus civitatem gravatam superioribus temporibus contra jura dicebant, ut Mariæburgi receperant, legitime non probant. Ut tamen eos Regia Majestas semel in gratiam recepit, ita benigne cum illis agit et aget. Qua in re, ut naturæ ac ingenii sui, ita commendationis Illustritatum suarum rationem habet et habebit.

Quod postremo loco Illustritates eorum, de oratoribus suis humaniter Mariæburgi acceptis, agunt Regiæ Majestati gratias, id Majestas illius magis ex abundantia amoris erga se Illustritatum suarum, quam ex necessitate ulla profectum esse intelligit. Quem enim animum Majestas illius gerit erga Illustritates illorum, ejus profecto declarandi occasionem non existimavit se tunc sine ~~sua~~ reprehensione posse prætermittere.

Quod ad Wartæ et Oderæ navigationem liberam constituendam attinet, qua de re Majestas ipsius cum Illustrissimo D. electore per internuntium suum proxime egit, amplectitur Majestas illius studium Illustritatis ejus ad negotium hoc primo quoque tempore conficiendum, ex usu et utilitate communium ditionum, postulatque ab Illustritate ejus, ut quum Majestas illius Regia non sit in mora futura designandorum ad eam rem commissariorum suorum, ipsa quoque Illustritas ipsius maturet, quantum potest, commissarios suos designare, et de his omnibus, quæ pertinebunt ad eam rem accelerandam, Majestatem ipsius Regiam, aut vero saltem Magnificum Andream Opaliński, supremum regni Poloniæ marschalcum, et Majoris Poloniæ capitaneum generalem, faciat certiorem. Datum Varsaviæ, die 11 mensis martii, anno Domini 1578.

166 nie ważny

Responsum a Sacra Regia Majestate Illustrissimi principis, ducis Curlandiæ, oratori, Generoso Michaeli Brunavo, ejusdem cancellario, datum die 10 mensis martii, anno 1578.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Gratum S. Regiæ Majestati fuit Illustrissimi ducis studium atque officium, quod quo in statu Livoniæ res essent, diligentissime declararit, et quæ ad illius provinciæ defendendæ ac liberandæ rationes facerent, de eo consilium fidelissimum communicarit.

Quod ad defensionem attinet, quæ S. Regia Majestas his comitiis ea de causa egerit, et decreverit publico communi regni Ordinum scitu, Illustritas sua ex Regiæ Majestatis literis, tum ex oratore ac consiliario suo cognoscet.

De investitura quæ Illustritas ejus petit, quum Regia Majestas non ignoret, illa cum homagio Illustritatis suæ conjuncta esse, necessario hæc res in eam temporis opportunitatem rejiciatur, qua utrinque juri publico et feudali satisfieri possit. Quod vero interea Illustritas sua caveri petit, ut ne ea investituræ prorogatio, aut sibi præjudicio, aut liberis suis, si quid humanitus sibi evenisset, fraudi ac detrimento sit, S. Regia Majestas hoc ipso responso declarat, hanc feudi inaugurationis moram, ut nulla Illustritatis suæ culpa adhuc intercesserit, ita ei liberisque ejus nullo præjudicio, fraudi ac detrimento futuram esse.

Captivorum a S. Regia Majestate, quæ maxime poterit, ratio habebitur, et de eo præfecto generali militiæ, et commissariis, qui a Regia Majestate propediem in Livoniam pervenerint, mandata dabuntur.

Exulibus quoque S. Regia Majestas clementissime prospiciet, et qui militiæ idonei fuerint, iis munera militaria commendabit, aut ut sub signis stipendia faciant, curabit. Aliis vero de annona militari, quantum de ea poterit decidi, præberi jubebit, et de eo mandata ad campiductorem atque alios præfectos mittet.

LIII. Curlandiæ duci.

Stephanus, etc. Illustris princeps, sincere Nobis dilecte. Non possumus non gravissime commoveri acerbissimis et afflictissimis Livoniæ provinciæ rebus, quam Illustritas Vestra scit pessimis hominum distractorum studiis, et ducis Magni consiliis, huc exitii pervenisse. Nostrum studium, cum summa illius provinciæ liberandæ et conservandæ cura conjunctum, iis in regni nostri comitiis præcipuum exstitisse, Illustritatis Vestræ oratores haud dubie significabunt: et consecuti quidem omnium Ordinum consensione eos bello rerum gerendarum nervos sumus, ut a Nobis suscipi aliquid cum dignitate atque fiducia præclari eventus possit. Sed quando neque contributionem pecuniæ subito cogi, neque exercitus justi militum non vulgarium, sed lectissimorum, repente existere, et gnari apparere possunt, etsi mora Nobis ea jure molesta est; tamen necessitati rerum suum temporis intervallum requirenti omnino est obtemperandum, quo hanc belli expeditionem, cui Nos ipsi præesse et interesse volumus, ab omni et copiarum, et rerum bellicarum apparatu instructi, pro dignitate nostra regia administrare possimus. Interea vero temporis dum ista moliuntur, ad illum numerum, quem antehac in Livoniam

traduci curavimus, novas copias quamprimum submittere studebimus, atque arces et propugnacula, quæ adhuc nostra in fide et potestate permanserunt, ita præsidiis, commeatu et omni instrumento bellico munivimus, ut confidere possimus, eas hisce rebus contra Moschoviticam vim firmas esse posse. Illustritatem Vestram hortamur, atque ab ea clementissime postulamus, ut quicquid ab ea consilii, auxilii, opis, operæ, ad publicam provinciæ salutem proficisci potest, id sedulo conferre ne prætermittat, et cæteros in fide et officio, quantum potest, retineat, consilia autem cum iis, quos illis locis rei militari præfecimus, et (cum) Rigensibus atque aliis, quibuscum videbitur oportere, communicata habeat. Nos primo quoque tempore nostros in Livoniam commissarios mittere cogitamus, qui cuncta cognoscant, et quæ ad publicam utilitatem, defensionemque requiri videbuntur, comparent, et omnibus de rebus constituant, quoad Nos sequi possimus. Ex iis commissariis nostris Illustritas Vestra de nostra voluntate et consilio explicatiora omnia cognoscet, quam bene et diutissime valere exoptamus. Datæ Varsaviæ, die 12 martii, anno Domini 1578, regni vero nostri secundo.

Stephanus Rex.

LIV.

Sacra Regia Majestas ad consulatum Rigensem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Famati, fideles Nobis dilecti. Quale nostrum in his regni nostri comitiis exstiterit ad publicam provinciæ nostræ Livoniæ salutem, defensionemque studium, scribere non attinet: etenim ex internuntiis suis, qui hic adfuerunt, cuncta Fidelitates Vestræ cognoscent. Atque est tandem omnium Ordinum consensione hoc genus auxilii decretum, quod confidimus Livoniæ universæ certissime ex immanissimi hostis truculentissima tyrannide liberationi ac saluti futurum esse. Sed quando et contributionum et expeditionum magnarum (qualem suscipere cum dignitate nostra, et fiducia rerum bene ac præclare gerendarum studemus) ea conditio est, ut subito ista confieri nullo modo possint, sed justum temporis spacium necessario requirant, est ea a Nobis mora perferenda. Interea temporis tamen, dum nostram Nos expeditionem, et milite lecto, et omni bellicarum rerum apparatu conciliamus, constituimus omnia, quæ nostra adhuc in potestate sunt, præsidiis, commeatu, instrumento bellico, et rebus omnibus necessariis ita firmare, et ad eas copias, quæ ante in Livoniam a Nobis pervenerunt, novas primo quoque tempore adjungere, ut contra hostilem vim comparata ac tuta esse possint. Hortamur vero et postulamus a Fidelitatibus Vestris, ut hoc potissimum tempore totis animis, studiis, opibus, rebus omnibus, pariter in publicam rem provinciæ ac suam summo opere incumbant: consilia autem quæque Fidelitates Vestræ agent inprimis cum iis, quos rei militari Livoniæ præficeremus, et cum Illustri duce Curlandiæ communicata habeant. Hoc Nobis gratissimum erit, atque ad vestram utilitatem apprime accommodatum. Nos mittere in Livoniam commissarios nostros, viros præcipuos cogitamus, qui omnia quo in statu res sint, a vobis, cæterisque cognoscant: ex iis de nostra voluntate atque instituto omnia penitus Fidelitates Vestræ intelligent, quas bene valere cupimus (1).

LIV. (1) List ten bez daty jest niezawodnie z tego samego dnia co i poprzedzający, lub z mu pobliz-kiego.

LV.

Consiliariis et reliquis Ordinibus ducatus Prussiae.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus etc.

Generosi, Nobiles, Spectabiles et Famati, grati et fideles nobis dilecti. Quod felix, faustum, fortunatumque sit, contulimus die 27 februarii, more ceremoniaque solenni, de consilio senatus nostri, et reliquorum Ordinum, quorum ea res interfuit, assensu, investituram feudi ducatus in Prussia Illustri principi, Domino Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, etc., contulimus autem uti curatori ducis ipsius valetudinarii, uti ei proximo genere Illustritati suae, et denique uti ei, qui alioquin ex simultanea investitura jus habet proximum successionis in ducatum supradictum. Postremo vero sic contulimus, ut jus omne Illustris principis valetudinarii, Illustrisque ipsius conjugis, atque adeo omnium ducatus illius Ordinum integrum omni ex parte sit per nos conservatum. Nunce igitur ~~cum~~ quum intelleximus hunc ipsum Illustrem Georgium Fridericum recta hinc a nobis ad ducatum ipsum proficisci, curationis et administrationis suae exercendae gratia, faciendum nobis esse existimavimus, ut Fid. et G. Vestras admoneremus, eisque pro auctoritate nostra mandavimus, ut pro officio suo advenientem Illustritatem ejus convenienter excipiant, omnibusque in rebus, quae ad functionem et munus [pertinent], Illustritati ejus ita pareant, ut intelligi possit, quem nos auctoritate publica tam curatorem ducis aegroti, quam ducatus ipsius gubernatorem interea esse voluimus, ejus vobis dignitatem, existimationem, auctoritatem, non solum integram atque inviolatam, sed etiam charissimam et acceptissimam esse. Interim autem quoniam Illustritas ipsius praemittere dicitur istuc nobilem virum Georgium a Wanbach, consiliarium suum, qui ea, quae istic Illustritati suae necessaria sunt, opportune gerat atque administret, mandamus serio Fid. et G. Vestris, ut eum consilio operaque sua adjuvent in

in conficiendis tanto facilius rebus illis, quas ipse ad ea, quo sibi ab Illustri suo principe mandata sunt, judicaverit expedire. Secus Fid. et G. Vestra pro officio suo non factura. Datum Varsaviae, 11 mensis martii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

LVI.

Georgio Friderico in Prussia duci.

Stephanus, etc. Illustris princeps, affinis Nobis charissime. Rogavit Nos majorem in modum per literas Illustris Dux Wirtembergensis, affinis noster charissimus, ut nostra auctoritate et commendatione apud Illustritatem Vestram nobili Sebastiano a Partheim, familiari suo, clementer adesse dignemur, quo jus duorum colonorum, quod pater ejus suae tantum atque conjugis vitae spatio circumscriptum sua pecunia quaesivit, una cum fratribus germanis haereditarie consequi possit, quam causam omnem Illustritas Vestra uberius ex literarum exemplo Illustris ducis Wirtembergensis, hisce nostris addito, cognoscet. Qua de re Illustritati Vestrae eam rem plurimum commendamus, atque ab ea benigne postulamus, ut Sebastianum a Partheim, cujus Nobis eximia virtus, atque rei militaris usus praedicatur, hoc beneficii genere a se auctum esse velit, et quod hoc Nobis gratissimum futurum sit, et quod ejus virtus Nobis ab Illustri Duce Wirtembergensi plurimum commendata hoc mereri videatur. Illustritatem Vestram recte valere quam diutissime cupimus. Varsaviae, die 11 mensis martii anno Domini 1578.

Stephanus Rex.

LVII.

Rex Stephanus ad summum pontificem, Gregorium XIII.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Beatissime Pater. Quum nominarem ad episcopatum Chelmensem Reverendum Adamum Pilichowski, præpositum Varsaviensem, volui ut is præposituram suam Varsaviensem, fructibus aliquanto uberiorem, Venerabili Patricio Nidecki, custodi ejusdem ecclesiæ, dimitteret, ab eoque vicissim custodiam ipsam, quæ est fructuum tenuiorum, in modum permutationis caperet, (ad) quod quidem Adamus præfatus non gravate est assensus. Quod quum ita sit, a Sanctitate Vestra etiam atque etiam peto et quæso, ut in retinendis Adamo ceteris ~~sac~~ sacerdotiis cum hoc episcopatu Chelmensi, quæ quidem sacerdotia retinere ipsi per Sanctitatem Vestram magnopere percupio, eam unam cautionem adhiberi Sanctitas Vestra jubeat, ut pro præpositura Varsaviensi custodia Varsaviensis ei retineatur, præpositura autem ipsius ad Patricium deferatur. Quum enim utrumque eorum gratia mea pro singularibus eorum erga regnum meum et Ecclesiam meritis prosequar, utrumque sane beneficio meo ad eam, quam dixi rationem, frui percupio, eique rei, ne quem istic errorem Sanctitas Vestra obrepere patiatur, qui propositum hoc meum aliqua ratione labefactet et evertat, majorem in modum a Sanctitate Vestra iterum atque iterum quæso. Commendo me Sanctitati Vestræ. Datum Varsaviæ, die 12 martii, anno Domini 1578.

Stephanus Rex Poloniæ Romanorum Imperatori.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissimo et excellentissimo principi, Domino Rudolpho Secundo, divina favente clementia, electo Romanorum Imperatori semper augusto, etc. affini ac vicino nostro charissimo ac honorandissimo Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, etc. salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime et excellentissime princeps, Domine affinis et vicine charissime et honorandissime.

Accepimus literas Majestatis Vestræ, ex quibus cognovimus Majestatem Vestram ab Ordinibus Bohemiæ admonitam fuisse, ut quo animo erga regnum istud essemus, Majestas Vestra intelligeret. Id sane unde profectum sit miramur, nam statim postquam gubernacula regni hujus prehendimus, dimissis per regni nostri partes vicinas ditionibus Majestatis Vestræ literis, subditis nostris mandavimus, ut cum subditis Majestatis Vestræ bonam amicitiam et vicinitatem colant: qui questi sunt, qui tamen pauci admodum fuere, illis jus redditum est. Quod autem attinet ad ea, quæ subditis nostris interim a subditis Majestatis Vestræ contingant, jam Majestas Vestra ex literis nostris cognovit, quibus de injuria Magnifico Andreæ comiti a Gorka, castellano Miedzirzicensi, regni nostri senatori, homini illustri in regno nostro familia orto, illata conquerebamur: variæ enim querelæ aliorum ac inprimis Illustris ducis Ostrogiensis et nobilium Majoris Poloniæ de aliis injuriis ad nos delatæ sunt, et de iis nobiscum hoc in conventu ab Ordinibus hujus regni actum. Confidimus tamen Majestatem Vestram omnibus sine mora jus redditaram et provisuram, ut deinceps inter subditos nostros tranquillitas et vicinitas mutua conservetur, id quod ex nostra parte et adhuc fecimus, et deinceps etiam facturi sumus atque effecturi, ut nemo subditorum Majestatis Vestræ de nostris queri possit, qui non statim jus suum consequatur. Benevalere Majestatem Vestram cupimus. Datum Varsaviæ, die 12 mensis martii, anno Domini 1578.

LIX.

Rex Stephanus Jacobo Boncompagni.

Illustris Domine, amice charissime. Literæ Illustritatis Tuæ, quas se ad Nos gratulatorias misisse significat, nullæ sunt aliæ Nobis redditæ præter eas, ad quas hoc tempore respondemus, datas Romæ ad diem duodecimam decembris: neque tamen obscurum Nobis fuit studium ipsius erga Nos, et sermonibus nostrorum, qui isthinc ad Nos veniebant. Quod quidem studium, sive antea hominum sermonibus, sive nunc ab ipsis Illustritatis Tuæ literis ad Nos allatum, fuit Nobis et est profecto gratissimum, gratius autem etiam aliquando futurum, si illud ab ipsa, ita uti se facturam recepit, conservari porro videbimus. Ad id autem alendum et augendum, si quid in Nobis esse potest, quod ulla ratione pertinere videatur, id totum ad Illustritatem Tuam libenter deferimus, parati modis omnibus ipsi declarare benevolentiam nostram, quam ipsi volumus esse commendatissimam. Bene valeat Illustritas Tua. Datum Varsaviæ, die 12 martii, anno Domini 1578, regni nostri anno secundo.

LX.

Idem eidem.

Illustris princeps, amice sincere Nobis dilecte. Quum literas Illustritatis Vestræ accepissemus, quas ea plures jam ante menses ad Nos dedit, plenissimas studii atque observantiæ erga Nos suæ, et quæ significationem continerent amicissimæ cujusdam familiaritatis, quæ Illustritati Vestræ cum nepote nostro, Illustri Stephano Bathori (1) in Italia intercessit, cepimus iis legendis voluptatem plane singularem, de qua atque animi vicissim nostri erga Illustritatem Vestram propensione, literas paulo post dedimus, quas quidem redditas nondum esse, et ex literis nostrorum familiariorum, qui Romæ versantur, cognovimus, et ferimus moleste, eoque has iterum dari voluimus, quibus Illustritati Vestræ confirmamus Nobis animi sui erga Nos studia pergrata esse, Nosque de eo animo plurimum eam amare, atque omni vicissim benevolentia libenter complecti: cui, quoties dabitur gratificandæ, atque propensionis nostræ re ipsa declarandæ occasio, faciemus ut intelligat, Nos isti nostræ voluntatis confirmationi cumulate respondisse. Illustritatem Vestram bene valere optamus. Datum....

LX. (1) Ten Stefan Batory, brat Andrzeja i Baltazara, był synem Andrzeja Batorego, drugiego brata królewskiego.

LXI.

Ad equestrem Ordinem Livoniæ

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus Rex Poloniæ, etc. [Generosi, fideles nobis dilecti.)

(Non potest Nobis non permagno dolori esse, tristis atque afflictissimus provinciæ nostræ Livoniæ status, quem quid principio labefactarit, ~~fides nostra~~ Fidelitates Vestræ non ignorant. Constat sane omnibus magna consiliorum partiumque varietate, atque inprimis perniciosis Ducis Magni ac sociorum studiis, Livoniam hoc in exitium adductam esse. Quod verum fuerit his comitiis regni nostri in rebus omnibus, quæ ad illius provinciæ nostræ statum salutemque pertinerent, studium, id ex legatis vestris rectissime cognoscetis. Etsi vero ea decreta sint, quæ ad bellum justum requiri videantur, tamen ~~cum~~ quum facile perspiciamus, neque eam pecuniæ summam e contributionibus subito cogi, neque tales exercitus repente conflari posse, quales regia nostra dignitas, et belli ac nostri instituti magnitudo flagitat, et hæc suum temporis intervallum necessario requirant: ...... – ut ne quod detrimenti amplius ea provincia nostra capiat, tantisper quoad vos ipsi nostris omnibus cum copiis consequamur; ad illum numerum militum, qui jam ante a Nobis in Livoniam missus est, eam copiarum accessionem faciemus, et arcibus, commeatu et omni propugnationis apparatu ita prospiciemus, ut hæc cum studiis atque ope Fidelitatum Vestrarum conjuncta, facile iis locis, quæ adhuc nostra in potestate sunt, contra vim hostilem præsidio atque deffensioni esse possint. Hortamur vero atque a Fidelitatibus Vestris postulamus, ut omni cura et summa fide, ac voluntatum consensione maxima in publicam salutem incumbatis, ac consilia omnia diligentissime ~~consequamini~~, et cum iis, quos rebus præficiemus, et cum Illustri principe, Curlandiæ Duce, ac civitate nostra Rigensi ~~conveniatis~~ communicetis. Quo vero recte atque ordine omnia administrentur, primo quoque tempore nostros in Livoniam commissarios mittere instituimus, qui coram omnia et cognoscant, et quæ pertinere ad omnia probe constituenda et defendenda videbuntur, decernant. Per quos Fidelitates Vestras de nostra voluntate, consilioque in hoc bello

bello administrando ~~verbis~~ uberius reddemus certiores, quas bene valere cupimus. Datum Varsaviae, die 12 mensis martii anno Domini 1578.

LXII.

Ad marchionem Brandeburgensem, electorem.

Coll. Faur. 6063, t. I.

Stephanus etc. Illustrissimo principi, etc. Ad omnia, quae ex legatis Illustritatis Vestrae intelleximus, quae pertinebant partim ad Illustritatis Vestrae erga Nos studium declarandum partim etiam ad nostram erga illam benevolentiam testatam faciendam, respondimus non magis verbis, quam rebus ipsis legatis Illustritatis Vestrae, qui istuc revertuntur. Non dubitamus eos locupletes testes atque interpretes fore apud Illustritatem Vestram amoris et benevolentiae nostrae erga illam. Eos igitur Celsitudo Vestra audiet, Nosque, quod fa[cit], magis ac magis diliget. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Varsaviae, die 12 mensis martii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

LXIII.

Ad administratorem episcopatus Magdeburgensis.

Illustris princeps, Domine affinis et amice noster charissime. Respondimus legato Illustritatis Vestrae non solum verbis, sed etiam multis magis rebus ipsis ad ea omnia, quae a Nobis Illustritatis Vestrae nomine postulare videbatur. Ex eo igitur abunde quae volet intelliget Illustritas Vestra, et de nostro erga se amore atque benevolentia omnia si[bi] etiam in posterum pollicebitur, quae ab rege amicissimo et cognatissimo sperari ac expectari posse videbuntur. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Varsaviae, d[ie] 12 mensis martii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

LXIV.

Ad regem Galliarum.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime et Christianissime Rex, Domine amice, frater charissime et honorandissim[e]. Quum Generosus vir, Joannes Taube, liber baro in Firo et Sepurgia, subditus noster ex Livo[nia], filium suum, Vilhelmum Fridericum, pro sua erga Serenitatem Vestram Christianissimam ob[ser]vantia, servitio aulae Serenitatis Vestrae Christianissimae applicare instituisset, petiit a [No]bis, ut eum Serenitati Vestrae Christianissimae literis commendaremus. Quod Nos quum hom[ini] de Nobis ac regno hoc nostro egregie merito negandum non putaremus, hunc eumdem adole[scen]tem, Vilhelmum Fridericum Taube baronem Serenitati Vestrae Christianissimae diligente[r] commendandum existimavimus. Petimus igitur, ut non tantum eum in numerum aulae su[ae] familiarium recipere, sed etiam singulari sua gratia et benignitate per omnes occasio[nes] commendatum habere dignetur. Nos vicissim dabimus operam, ut paribus officiis eam [Sere]nitatis Vestrae Christianissimae benevolentiam demereamus. Felicissime Majestatem Vest[ram] Christianissimam valere, ac rebus ex animi sententia succedentibus frui optamus. Va[r]saviae, die 12 martii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

LXV.

Sacræ Regiæ Majestatis responsum ad legationem Illustrium principum, Dominorum ducum Pomeraniæ, datum Varsaviæ die 12 martii, anno Domini 1578.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Salutabunt S. Regiæ Majestatis nomine Illustres Dominos duces Pomeraniæ oratores Illustritatum suarum, faustaque ac felicia omnia Illustritatibus eorum precabuntur, et omnia benevolentis regis officia ad Illustritates suas deferent, affines et amicos S. Regiæ Majestatis charissimos. Deinde dicent:

Non obscuram, neque ignotam esse S. Regiæ Majestati Illustritatum suarum cum regno ipso, et antecessoribus Majestatis ejus, regibus Poloniæ (conjunctionem), non obscurum etiam, neque ignotum studium erga se, quod compluribus officiis per hæc tempora Majestati illius declararunt. Quamobrem Majestatem quoque ipsius dedisse operam, ut omnibus in rebus, quas ex se ab Illustritatibus eorum postulari Majestas illius intelligeret, singularis gratia et benevolentia sua erga Illustritates eorum appareret.

Itaque quod ad recognitionem præfecturarum Lovenburgensis et Butoviensis attinet, Majestatem quidem Regiam et paratam fuisse jam pridem ab Illustritatibus ipsorum eam accipere, et quod certis atque legitimis de causis dari ab Illustritatibus eorum non potuerit, excusationem benigne accepisse, et ad hoc usque tempus in gratiam Illustritatum suarum libenter distulisse. Quod si qua etiam in re deinceps benevolentia sua regia utendum sibi esse Illustritates eorum existimaverint, profecto Majestas illius nequiequam in se eorum, quæ a rege amantissimo expectari possent, desiderari patiatur.

Quod ad renovationem seu confirmationem præfecturarum, oppidorum et arcium prædictarum, Lovenburgensis ~~et~~ et Butoviensis, attinet, quæ hoc demum tempore per oratores Illustritatum suarum recognoscendo et acceptum ferendo feudum seu beneficium ejusmodi Regiæ Majestatis regnique Poloniæ, a Regiâ Majestate illius petebatur, datus locus est, volente maxime et libente Majestate illius, postulationibus in hoc genere ac petitionibus Illustritatum suarum. Tradita est enim Illustritatibus suis confirmatio et renovatio feudi supradicti, literis consignata, et de veteribus literis in recentem nomine Majestatis conceptam, in confirmationem totidem verbis translata: quandoquidem Majestas illius Illustritatibus eorum, uti fore non dubitat, ita vero etiam cupit esse gratissimam, nam quum ipsa Majestas illius conscia sibi sit, eam confirmationem et renovationem optimo animo Illustritatibus eorum se concessisse, tum vero eodem prorsus animo hoc suum beneficium cupit ab ~~Illustratibus~~ Illustritatibus eorum per omnem decursum regni sui recognosci.

De pecunia credita per Illustritates eorum divo Sigismundo Augusto regi, antecessori nostro, incubuit etiam hoc tempore Majestas illius in eam rem aliquanto impensius, quam fere temporibus superioribus, ut ea res tandem ad aliquem Illustritatibus eorum exoptatum exitum deduci potuisset. Visæ obligationes sunt, expensæ sunt, senatoribus expositæ sunt, fidejussores admoniti sunt, rationes omnes quæsitæ sunt, quibus Illustritati=

LXV

Literae Regiae Majestatis responsoriae ad Illustrissimos principes, Dominos Duces Pomeraniae,

Datum Varsaviae die 14 martii, anno Domini 1578.

Coll. Varr. Dubs. t. III.

Salutabant [illegible] Regiae Majestatis nomine Illustres Domini duces Pomeraniae oratores Illustritatum vestrarum, tradiderunt [illegible] litteras omnino Illustritatibus vestris [illegible] animi benevolentes regio officio [illegible] Illustritatibus vestris [illegible] offerre et amicos [illegible] Regiae Majestatis [illegible] Vicent:

Non dubitavam, neque [illegible] Regiae Majestati Illustritatum [illegible] et antecessoribus Majestatis ejus, regibus Poloniae [illegible] neque ipsius [illegible] quod [illegible] per hoc tempus [illegible] Illustritatibus [illegible] Majestatem [illegible] in [illegible] ad Illustritatibus [illegible] Majestas illius [illegible] singularis [illegible] et benevolentia [illegible] Illustritatis eorum [illegible].

Itaque quod [illegible] et [illegible] attinet, Majestatem [illegible] regiam et [illegible] ad Illustritatibus [illegible] eam accipere [illegible] ad Illustritatibus eorum non [illegible] gratulationem benigne accepisse, et ad hoc reliquo tempore [illegible] Illustritatum [illegible] quod [illegible] Illustritatis eorum [illegible] Majestas illius [illegible] eorum, quam [illegible] amicitiae [illegible] praesertim [illegible].

Quod ad [illegible] confirmationem [illegible] et [illegible] Pictarum, [illegible] et [illegible] attinet, quae hoc omni tempore [illegible] Illustritatum [illegible] Regiae Majestatis [illegible] Poloniae, a Regia Majestate illius [illegible] Illustritatibus [illegible] Illustritatum [illegible] est enim Illustritatibus [illegible] litteras [illegible] et [illegible] Majestatis [illegible] confirmationem [illegible] Illustritatibus eorum [illegible] Majestatis illius [illegible] confirmationem et [illegible] animi Illustritatibus eorum [illegible] Illustritatibus eorum [illegible].

De [illegible] Illustritatis [illegible] Regiae Majestatis illius [illegible] Illustritatibus [illegible]

hoc eorum maxime satisfieri patiuntur desideratur. Verum quod ad senatores quidem attinet [illegible] quorum operam interveniente, ac[illegible] accepta esse in literis memoratur, quum [illegible] patriae ipsius solum in tantum tribue non agnoscunt, necessarie ad praestanda [illegible] eventum quidem sit, ut de ipsius Majestas Regia Illustritatibus eorum [illegible] [illegible] dicere sit [illegible] [illegible] [illegible], ut petiit [satisfacere], ab ipse etiam [illegible] [illegible] [illegible] quibusdam [illegible] commodis et [illegible] [illegible] ornatis sint, ut [illegible] iis, que sua eorum ab Illustritatibus eorum [illegible] [illegible] sunt, plenissime Illustritatibus eorum respondere, [illegible] quum ita sit, existim[illegible] [illegible] Regia Majestas, Illustritates eorum hanc rationem quoque ab iis, quod summum est, [illegible] illis necessarius.

De [illegible] autem hoc ipso modo, ubi [illegible] legitime in praesenti fuerit, [illegible] [illegible] Majestas illius jus dicere eorum Illustritatibus, et quicquid erit, quod sibi [illegible] [illegible] [illegible].

Petunt [illegible] pro Illustritatibus suarum injuriam exponendi [illegible] [illegible] ipsius, de quo etiam quidem Regia Majestas non habet dicere, quum commun[illegible] de [illegible] esse, qui tam de finibus, quam de controversia [illegible] [illegible] [illegible].

Atque haec quidem de his, quae erant [illegible] Illustritatum eorum [illegible] jam vero sunt etiam, de quibus ipsae [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] eorum[illegible] esse cum Illustritatum [illegible] [illegible] [illegible] etiam ex [illegible] [illegible] regni [illegible].

[illegible] etiam regni Principes [illegible] [illegible] Regiam [illegible] [illegible] ex iis ipsis [illegible], quae Illustritatibus suis beneficio Majestatis illius, et [illegible] illius, obtinent, [illegible] et de [illegible] prohiberi, contributiones etiam [illegible] [illegible] ex iisdem [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] atque utilit[illegible] [illegible], et quidem [illegible], quibus dominis nihil neque juris, neque ratio[illegible] cum [illegible] [illegible] intercedit.

[illegible] Regia Majestas [illegible] [illegible] [illegible] Illustritatis eorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ita, si quid [illegible] [illegible] et [illegible] Illustritates [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Illustritatum [illegible], non minus quam [illegible], ut velle [illegible] [illegible] ab [illegible] [illegible] [illegible], et ad privatos quosdam [illegible] [illegible] in [illegible] regni [illegible] manent, in quo semper fuerint, et in quo sunt [illegible] communibus [illegible] [illegible].

LXVI.

[illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

bus eorum maxime satisfieri potuisse videretur. Verum quod ad senatores quidem attinere quorum assensu interveniente, ea pecunia accepta esse in literis memoratur, quum senatus ipse se conscio id factum fuisse non agnosceret, necessario ad fidejussores deventum quidem sit, ut de ipsis Majestas Regia Illustritatibus eorum conquerentibus jus dicere sit parata. Fidejussores isti locupletes sunt, ut possint [satisfacere], ab ipso etiam divo Sigismundo Augusto quibusdam ejusmodi commodis et prærogati[vis] propterea ornati sunt, ut debeant de iis, quæ fide eorum ab Illustritatibus eorum [ac]cepta sunt, plenissime Illustritatibus eorum respondere. Quod quum ita sit, existim[at] jam Regia Majestas, Illustritates eorum hac ratione posse ad id, quod suum est, fa[ci]lius pervenire.

De Loysiis eodem hoc ipso modo, ubi scilicet legitime in jus vocati fuerint, para[ta] erit Majestas illius jus dicere eorum Illustritatibus, et quisquis erit, qui jus sibi de i[is] dici postulaverit.

Reliqua legationis pars Illustritatum suarum injuriam exponebat finitimorum [in]ter ipsos, de quo aliud quidem Regia Majestas non habet dicere, quam commissa[rios] se designaturam esse, qui tam de finibus, quam de controversiis finitimorum ~~[...]~~ cognoscant.

Atque hæc quidem de his, quæ erant legatione Illustritatum suarum comprehens[a]; jam vero sunt etiam, de quibus pæne ante confirmationem et renovationem dictarum præfe[ctu]rarum agendum esse cum Illustritatum suarum oratoribus videbatur, etiam ex ipsoru[m] Ordinum regni admonitione.

Adfertur enim ad ipsos etiam regni Ordines, appellationem omnem ad Regiam hanc Ma[je]statem ex iis ipsis præfecturis, quas Illustritates suæ beneficio Majestatis illius, et an[te]cessorum illius, obtinent, studiose et de industria prohiberi, contributiones etiam sæpe[nu]mero ex iisdem præfecturis ad aliorum quorumdam dominiorum usum atque utilita[tem] exigi, et quidem eorum dominiorum, quibus dominiis nihil neque juris, neque ration[is] cum prædictis præfecturis intercedit.

Quæ omnia S. Regia Majestas quemadmodum pro sua erga Illustritates eorum b[ene]volentia a malevolis hominibus excogitata esse existimat, ita, si quid ejusdem sit, ro[gat] et hortatur Illustritates suas peramanter, ut id totum tollatur e medio pruden[]tia et officio Illustritatum suarum, non minus quam illud quoque, ut villæ recentissim[is] temporibus ab episcopo Vladislaviensi avulsæ, et ad privatos quosdam devolutæ in eo jure regni Poloniæ maneant, in quo semper fuerunt, et in quo sunt pactis ipsi[s] communibus relictæ ac retentæ.

LXVI.
Gravamina præfecturarum Lovenburgensis et Butoviensis.

Ordini equestri a Celsitudine sua, quum acciperet homagium, severe sub amissione vitæ [et] facultatum, omnis appellatio ad Regiam Majestatem aut quemvis alium est prohibita.

Consiliarii suæ Celsitudinis tum demum, quum eis visum fuerit, jus dicunt, quorum sententia atque judicio stare oportet. Cui autem sunt minus affecti, eorum controversiæ libellum in academias ad longiorem interponendam moram, prolationis causa mittunt. Si quis autem eorum contra suæ Celsitudinis subditum, qui extra illas sit præfecturas, jus suum obtinuerit, liberum ei est ad cameram imperialem provocare. Quum his qui sunt ex præfectura Lovenburgensi et Butoviensi, minime liceat ad Regiam Majestatem [appellare], ea sunt conditione, ac si proprii hæreditarii essent subditi, emptam esse utramque præfecturam a regno Poloniæ affirmans.

Principes Imperii quum contributiones imperatori conferunt, illi etiam ex his præfecturis, nulla habita ratione, quod Imperio non sint subjecti, conferre coguntur, quum multo justius illud Regiæ Majestati contribuere adversus Moschorum ducem debeant.

Causæ nobilium, quæ antea jure Culmense definiebantur, secundum cæsareum decernuntur jus.

Quum quis, nulla masculina prole relicta, decedit, tum exclusis uxore, filiabus, aliisque propinquioribus, consiliariis suis (a) Celsitudine bona ac facultates ejus conferuntur.

Venationes nobilibus sunt prohibitæ.

Ne quis in regno Poloniæ conqueri audeat, pœna amissionis vitæ et bonorum cautum est.

Episcopo redituum pars ex episcopatu adempta.

Illi qui ex illis sunt duabus præfecturis, jus suum obtinere, justitiamque consequi contra suæ Celsitudinis subditos non possunt, verum sententiam cameræ imperialis expectare coguntur, quum illis secum subita administretur justitia.

Tres hæ villæ, Lubencz, Garbesrum et Osek, quæ antea ad episcopatum Cujaviensem pertinebant, nunc vero Domino Ernesto Weiher jure legitimi contractus, seu permutationis sunt acquisitæ. Quum sint in pactis regno Poloniæ relictæ, merito et nunc cum omni jure eidem adhærere, jureque suo gaudere debent.

LXVII.

Rex Stephanus Ducibus Pomeraniæ.

Illustres principes, Domini affines, vicini atque amici nostri charissimi. Ad legationis ejus capita, quam interim Illustritates Vestræ ad Nos ablegarant, respondimus non solum verbis per legatos Illustritatum Vestrarum, sed multo etiam magis rebus ipsis, ut ex ipsis legatis suis Illustritates Vestræ cognoscent. Omnibus sane in rebus conati sumus benevolentiam nostram Illustritatibus Vestris declarare: quod si forte non æque in singulis rebus elucescere hoc tempore potuit, id Illustritates Vestræ alii tempori reservabunt, et [si] de constantia amoris erga se nostri sibi quam prolixissime persuaserint, dabimus operam, ut eam opinionem Illustritatibus Vestris omnibus officiis nostris tueri videamur. Bene valeant Illustritates Vestræ. Datum Varsaviæ, die 13 mensis martii, anno Domini 1578.

LXVIII.
Duci Saxoniæ

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t.1.

Stephanus etc. Illustrissimo principi Domino Augusto Duci Saxoniæ, Sacri Romani Imperii archimarschalco et Electori, etc. ~~Lantgravio Turingiæ, Marchioni Misniæ et Burgrabio Magdeburgensi~~, Domino amico et affini charissimo salutem et benevolentiæ commendationem.

Illustrissime princeps, Domine affinis et amice noster charissime.

Quum antea semper jam inde ab ipso hujus regni nostri initio eo animo erga Illustritatem Vestram fuerimus, ut voluntati Illustritatis Vestræ rebus in omnibus quam plurimum tribuendum esse existimaremus, tum profecto omnia, quæ hactenus consecuta sunt, tempora ejusmodi fuerunt, ut neque Nos quicquam Illustritati Vestræ postulanti negavisse, et Illustritatem Vestram, sive postulantem illa a Nobis, sive etiam grato animo acceptantem, optimi plane principis et ducis benevolentissimi officio functam semper fuisse appareat. Ex qua ipsa quasi mutua studii atque amoris nostri contentione quadam gratissima, non minimæ quotidie ad conjunctionem mutuam nostram accessiones fieri videntur. Quem sane cursum ac progressum benevolentiæ nostræ nobis alioqui suavissimum, ipsi quoque Illustritati Vestræ non insuavem esse, nec ingratum arbitramur, quum aliis quidem ex rebus, tum vero ex literis, et multo etiam magis ex legatis et consiliariis Illustritatis Vestræ, quorum Nobis præsentia fuit hoc tempore, et semper etiam, quoad res tulerint, futura est jucundissima. Itaque quod negotium antea non infeliciter cœptum erat Mariæburgi de gubernatione ducatus Prussiæ ad Illustrem Dominum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, deferenda, id nunc plane felicissime et ex animi Illustritatis Vestræ voluntate confectum esse, ex ipsis legatis suis Illustritas Vestra cognoscet. Equidem in ea quoque re summa cum nostra voluntate tantum studio et voluntati Illustritatis Vestræ tributum per Nos est, quantum vel res ipsa requirebat, quam sibi Illustritas Vestra magnæ curæ esse ostendebat, vel per senatum atque

reliquos

reliquos Ordines regni nostri, qui omnes Illustritatis Vestræ studiosissimi sunt, licitum Nobis fuit, omnino res ad optatissimum exitum est deducta. Si quid est eritve præterea, in quo deinceps nostra erga Illustritatem Vestram constantissima benevolentia perspici posse videbitur, omnem profecto ejus demonstrandæ rei occasionem libenter, quoties opus fuerit, arripiemus, arreptam ad ejusdemmodi exitum deducemus. Quo animo vicissim Illustritatem Vestram erga Nos futuram esse, magnopere Nobis pollicemur. Gedanensem etiam civitatem, uti semel in gratiam nostram recepimus, ita porro auctoritate atque clementia nostra libenter tuebimur. Nunc autem quo in statu sint res ejus civitatis, ex ipsis legatis suis, viris optimis et Illustritatis Vestræ consiliario dignissimis, Illustritas Vestra cognoscere poterit. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus, eique benevolentiam nostram etiam atque etiam commendamus. Datum Varsaviæ, die 13 martii, anno Domini 1578.

LXIX.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Chodkiewicz.

Teka Naruszewicza 92. Ex orig. arch. Sapiehani. (23)
85. 167

Illustris, Magnifice, sincere Nobis dilecte. Quoniam arx nostra Dinemonda in Livonia nullos vel admodum paucos subditos et colonos habeat, quibus magnopere indiget, nam parietes arcis, uti ad nos perfertur, instauratione opus habent, et prorsus arci illi melius prospectum esse a Nobis permagni interest. Quum vero post interitum Landmarschalsci nuper ex clade illa Moscovitica subditos ejus multos superstites esse ad Nos perferatur, quos tentarius Troidenensis, Kitlicz, usurpare ad arcem Troidenensem coepit: volumus itaque uti Magnificentia Vestra subditos illos omnes landmarschalci, quotquot illi fuerint, ad arcem nostram Dinemondensem adjiciat, capitaneoque arcis illius parere eosdem jubeat, per quos ille et partem eam arcis, quæ instauratione indiget, repararet, et ad ceteras operas semper in arce necessarias, eosdem una cum aliis subditis arci illi prius adhærentibus, præsto assidue habere possit. Cum his M. Vestram bene ac feliciter, quam diutissime valere cupimus. Datum Varsaviæ, die 17 martii, anno Domini 1578.

LXX.

A Gothardo Duce Curlandiae.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Sacra ac Serenissima Regia Majestas, Domine Domine longe clementissime: obsequiorum meorum studia, qua par est fide et veneratione humillime defero. Afflictum Livonicarum rerum statum, tam ex literis meis antehac ad Sacram Regiam Majestatem Vestram datis, quam ex internuntii mei, aliorumque fide digna relatione, eundem cognovisse dubium non est. Sacram autem Regiam Majestatem Vestram ex praesenti rerum facie non lateat, Moscorum principem non ita pridem satis numerosum exercitum circiter octies mille equitum et quatuor millia peditum in has terras expedivisse, qui ut primum adventarent, statim arcem et oppidum Vendam arctissima obsidione cinxerunt, murisque ad longitudinem circiter viginti quinque ~~öiggarum~~ spatium continentem, cum duabus turribus magnorum tormentorum vi, per aliquot dies duriter quassatis, et ad solum usque dejectis, magnis conatibus expugnationem tentavere; attamen obsessis strenue ac fortiter repugnantibus, hostiumque insultus reprimentibus, non sine magna jactura, et clade militum suorum (quo nomine Deo sint gratiae agendae maximae) in cassum laboravere. Durante enim obsidione hac, quae tamen in dies magis ac magis propter penuriam frumentorum commeatusque inter oppidanos in periculum vocari videbatur, Magnificus ac Generosus Dominus Alexander Chodkiewicz cum instructis aliquot equitum cohortibus obsessis Vendanis in subsidium accurrit, quibus etiam manum equitum meorum, qui ex Lemvardensibus stativis absque periculo desiderari poterant, conjunxi, quo majoribus viribus hostium castra aggrederentur, ipsorumque agmina, Deo juvante, aut penitus opprimerent, aut ab obsidione arcerent. Verum hostes horum adventum animadvertentes, terrore perculsi, circa mediam noctem praecedentem ejus diei, quo nostri de mane ad castra venirent, fuga salutem quaesiverunt, omniaque tormenta, quorum decem et sex, octo nimirum grandiora, vulgo chartauni, reliqua minutiora fuisse affirmantur, secum, uti dicitur,

in

in proximam arcem Rumburgum avexerunt. Quod sic decima hujus mensis die obsidionem istam infecta re solutam relinquere coacti sunt. Oppidani vero, quorum nemo adhuc, Deo sint gratiæ, desideratur, bono semper fuerunt animo, sed interim magnam propter inediam et famem, quam tandem equina carne explere necessitas eos docuit, miseriam pertulisse cernitur. Præ ceteris autem militibus, Generosi Mathiæ Dembinski, regni equitum præfecti, singularis virtus et magnanimitas in erigendis sociis, repellendisque hostibus, haud postremam gloriam consecuta est. Quemadmodum et Illustrissimus princeps, Dominus Christophorus Radziwil non modo ad liberandam hanc Vendanorum obsidionem, una cum Magnifico Domino Alexandro Chodkiewicz, missis aliquot equitum centeris, spontaneam operam suam præstitit, verum etiam nunc temporis aliquem equitatum nostris hominibus in stativis Lenvardensibus libenter conjunxit, quo majoribus viribus hostes oppugnare, eademque arce, Deo auxiliante, eo facilius potiri possent. Successum rerum tempus dabit, quem Deus beneficus provehere, et ad felicem exitum perducere dignetur. Tanta autem omnis generis commeatus et frumentorum non modo in ultra Dvinanis agris, sed et in meis ~~pas~~territoriis ex ingentibus hostium præsidiorumque populationibus, penuria et inopia undique cumulata est, ut deinceps neque in arcibus, seu munitionibus, multo minus in campis victus, seu alimentorum aliquam necessitatem miles habere omnino posset, nisi Sacra Regia Majestas Vestra ex Magno Ducatu Lithuaniæ ~~ensi~~ aliisque vicinis locis ejusmodi rerum usum et copiam nobis suppeditare dignabitur. Quorum vero ergo, Sacram Regiam Majestatem Vestram humillimis verbis iterum atque iterum nostri ut clementissima paternaque cura ac ratio habeatur, vehementer oro atque obtestor. Ceterum Sacræ Regiæ Majestati Vestræ proximis literis meis Ducis Magni discessum ab hoste humillime significavi, illius vero ~~ex~~ con-
jux ex Moscorum principis familia oriunda, paucis ante diebus maritum suum secuta parvo cum comitatu, versus diœcesin Curlandicam iter fecit. Fertur a nonnullis eam ante discessum suum in arce Helmetensi, quo iter suum eo tutius adornare posset, neve Moscorum principi prode-

retur, aliquot ministros a Mosco ei adhibitos trucidari jussisse. Quod autem an re vera ita se habeant, dies monstrabit. Nos vero in hisce angustiis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ consilia, coeptaque omnia sic fortunare (a Deo precamur), ut in nominis sui gloriam, et Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ dignitatem et splendorem, utilitatemque totius Reipublicæ, inprimis vero afflictæ hujus provinciæ salutem cedant, cujus divinæ protectioni eandem longæva vita superstitem, omnibusque regiis fortunis florentem, et ab hostibus suis gloriosis victoriis perpetuo triumphantem, fideliter commendo. Datum Rigæ, 20 die mensis martii 1578.

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ
obsequentissimus vasallus.

Gothardus in Livonia Curlandiæ
Semigalliæque dux. ~~manu propria~~.

LXXI.

Responsum Sacræ Regiæ Majestatis ad oratorum ~~Ducatus~~ ducis in Prussia (et Ordinum) legationem datum.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Quæ Domini oratores Illustris ducis in Prussia, atque Ordinum illius ducatus verbis exposuerunt, Sacra Regia Majestas clementissime cognovit.

Ac quod ad gubernationem attinet, Sacra Regia Majestas statuit esse neminem, qui non perspiciat illius ducatus res, ob istam Illustris ducis invaletudinem et temporum iniquitatem, diutius statum suum sine metu gravis detrimenti tenere non potuisse.

Faciendum igitur sibi Sacra Regia Majestas, pro sua in provinciam suam, et Illustrem ducem, ipsamque ducissam cura, existimavit, ut quæ a periculo non minimum procul abesse viderentur, quam commodissimis modis fulciet, cujus rei alias ante rationes quæsivit, de quibus cum oratoribus ex illo ducatu Torunium missis contulit, inde etiam suum ipsa [Majestas] internuntium misit: sed hæ rationes, quibus tum sibi consulendum illi provinciæ Regia Majestas putavit, non admodum dissimiles præsentibus illorum postulationibus, nullum locum habuerunt, ut etiam nuntio illius facultas verba faciendi ad Status eriperetur. Deinde vero eam causam in conventu Vladislaviensi retulit, et e frequentissimi senatus consilio, pro suo jure directi in illum ducatum dominii, decrevit Illustris ducis curator~~em~~iam et rerum ducalium administrat~~orem~~ionem alicui commendare oportere, qui auctoritate, prudentia, fide, provinciæ illi ita præesset, ut Sacra Regia Majestas inposterum graviori sollicitudine vacua, et provincia ea atque Illustres dux et ducissa detrimenti alicujus majoris expertes esse possint.

Ut vero in commendanda hac curatura et gubernatione, in Illustrem principem Georgium Fridericum potissimum consilio et voluntate propenderet, fecit explorata ejus Illustritatis sinceritas et in gubernando prudens moderatio, et agnationis necessitudo, qua Illustrem in Prussia Ducem propius attingit, [ita ut propior agnatus] nemo est, et juris feudalis in isto ducatu ratio, quod, ut pacta loquuntur, illi cum ducibus in Prussia indivisum est

est. Quod quum Sacra Regia Majestas justissimis et gravissimis de causis, et pro jure suo fecerit, atque Illustri Domino marchioni omnia clementissime ita commendavit, ut ea Illustri duci in Prussia, atque etiam ipsi ducissæ certissimo præsidio, securitati atque utilitati, universæ vero provinciæ, saluti, bono, felicitati, Deo hæc adjuvante, haud dubie futura sit, neque ejus quicquam non modo sine publico ducatus atque earum Illustritatum incommodo verum etiam Sacræ Regiæ Majestatis indignitate, imprimis quum tot Sacri Romani Imperii electorum et principum commendatio accesserit, commutari [possit, pro] fide et officio, justissimæ Majestatis suæ voluntati, ad eorum utilitatem institutæ, acquiescant, et existiment, quemadmodum pacta cum ducatu, et jura sua a Sacra Regia Majestate salva et servata cupiunt, ita ejus Majestatis juri in casibus potissimum, qui pactis minime expressi sunt, eoque ad alium neminem, quam Majestatem suam, tanquam principatem in eo feudo dominum, de jure spectare possunt, nihil derogare oportere.

Quod ad Ordinum petitionem attinet, qua rogant ut quædam in decreto emendentur, Sacra Regia Majestas rebus ~~sibi~~ omnibus diligenter perpensis animadvertit, nonnullis ejus petitionis capitibus generalibus, in decreto clausulis ad prospiciendum juribus et regni et ducatus et Illustris ducis ac ducissæ accommodatis, abunde cautum esse, quorundam vero uberiorem ab Ordinibus illis demonstrationem afferri oportere: visum vero est Sacræ Regiæ Majestati quatuor tantum generalia capita in decreto concipi, ut illis generaliter quicquid ad commemorata superius jura pertineret, comprehendi posset, quod rectius atque tutius esse putavit quam singula specialibus persequi. Etsi vero Illustris Dominus marchio, qua est singulari sinceritate atque bonitate, nihil eorum, quæ ad conservationem jurium omnium, ac Illustris ducis et ipsius ducissæ dignitatem utilitatemque spectare videbuntur, in se desiderari passurus esse videatur; tamen si quid ~~propter~~ præter expectationem eveniret, Sacra Regia Majestas et provinciæ suæ et Illustri duci ac ducissæ semper in iis moderandis auctoritate et paterno studio suo affutura est, et omnibus declaratura

eorum

eorum dignitatem, utilitatemque sibi regiæ et permagnæ curæ fuisse. Nunc etiam commissariis suis, quos eo designatura est Sacra Regia Majestas, illud nominatim injungit, ut de omnibus rebus ejusmodi, in quibus jura et privilegia, tum Illustrium principum, ducis et ducissæ, tum Statuum quoque et Ordinum reliquorum et ducatus ipsius, lædi videantur, diligenter inspiciant et cognoscent, ut quæ pro temporis ratione petierunt, instaurare [curent]: nihil enim æque Majestas illius cupit, quam tranquillitatem illius ducatus, bonumque et commodum tam Illustrium principum ipsorum, quam Ordinum atque ducatus illius universi. Datum Varsaviæ, die 20 martii, anno 1578.

Stephanus Rex.

168 nie

LXXII.

Commissariis in Prussiam, in negotio Anspachi suscipiendo, episcopo Plocensi, palatino Plocensi, castellano Culmensi.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus etc.

Reverende sincere Nobis dilecte. Ad conficienda negotia, quae publico decreto cum Illustri principe, Domino marchione ab Anspach sunt cepta de curatione Illustris ducis in Prussia, et de administratione ducatus illius, plane necessarium est, ut commissarios nostros Regiomontum ablegemus. Quamobrem quum Sinceritas Vestra non procul inde absit, et negotium ipsorum cognitum habeat, hortamur eam, ut se ita componat, ut Regiomonti ad Dominicam conductus Paschae una cum reliquis collegis esse possit. Collegas autem Sinceritati Vestrae adjunximus Magnificum palatinum Plocensem, et castellanum Culmensem. Instructio ejus commissionis per aliquem secretarium idoneum alias mittetur. Bene valeat. Datum Varsaviae, die 22 martii, anno Domini 1578, regni nostri anno secundo.

LXXIII.

Epistola archiepiscopi Gnesnensis Jacobi Uchański ad cardinalem Sirletum.

Teka Naruszewicza 92. Ex cod. Vatic. inter Vatic. 6193.

85 169 p57

Illustrissime ac Reverendissime Domine fautor observandissime.

Quum in Reverendissimæ ac Illustrissimæ Dominationis Vestræ gratia et auctoritate plurimum esse positum intelligam ad legationem Serenissimi regis nostri ex animo Suæ Majestatis ~~et~~ cum patriæ nostræ decore isthic perficiendam, nepotem meum, ~~cujus~~ cui amplissimæ hujus legationis munus impositum est, absque meis literis ad Illustrissimam Dominationem Vestram datis nolui dimittere. Quamobrem Illustrissimam Dominationem Vestram majorem in modum peto, ut, peculiari Dominationis Vestræ favore et auctoritate intercedente, Serenissimi regis nostri, vere pii et catholici principis legatio isthic in ejusmodi finem dirigatur, qui Suæ Majestatis animum, hoc nomine exhilaratum, ad Ecclesiam Dei alacrius juvandam concitare, nostræque Reipublicæ decus et ornamentum afferre possit. Qua in re procul dubio Illustrissima Dominatio Vestra, pro insigni pietate ac prudentia sua, primum Ecclesiæ Dei patriæque nostræ præclare consulet, tum quoque me ac meum nepotem, qui hujus legationis munere fungitur, reddet sibi perpetuo devinctissimos. Quod superest, mea et nepotis obsequia paratissima in gratiam Dominationis Vestræ sedulo commendo, cui optimam valetudinem et cuncta prospera a divina majestate opto ex animo. Datum Lovicii, die 25 martii, anno Domini 1578.

2

LXXIV.

Alberto Friderico in Prussia Duci.

1 Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. II.

Stephanus etc.

Illustrissime princeps, Domine affinis noster charissime. Quę Illustritatis Vestrę oratores apud Nos exposuerunt, clementer omnia cognovimus, atque ex iisdem, et responso nostro illis dato Illustritas Vestra intelliget, quod Nobis de rebus omnibus, quę ad Illustritatis Vestrę et Illustris conjugis suę, affinis nostrę charissimę, dignitatem et commoda, atque universi ducatus tranquillitatem et statum pertinent, fuerit consilium, quod scimus erga Illustritatem Vestram, Illustrem conjugem suam, atque provinciam illam, + pro ea ac Nobis maxime in hac temporum iniquitate esse debuit, ++ regia clementia ac paterna in omnem partem cura, plenissimum fuisse. Quę porro ad testificandam erga Illustritatem Vestram, et Illustrem ejus conjugem, et omnes illius ducatus Ordines, singularem nostram regiam voluntatem, benevolentiamque, facere videbuntur, in iis Nos nihil unquam prætermissuri sumus. Illustritatem Vestram optime diu valere exoptamus. Datum Varsavię, die 26 mensis martii, anno Domini 1578, regni nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

LXXV. Statibus Ducatus Prussiæ.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, (t. II.

Stephanus Rex etc.

Spectabiles, Generosi, Famati, fideles Nobis dilecti. Accepimus clementissime quæ internuntii Fidelitatum Vestrarum Nobis exposuerunt. Ex quibus vicissim hoc tempore, de nostra voluntate atque consilio pernecessariis de rebus, pro tranquillo et commodo statu Illustrium principum, ducis et ducissæ, affinium nostrorum charissimorum, et Fidelitatum Vestrarum omnium suscepto, cognoscetis. Non dubitamus vero quin omnia a Nobis ex clementissima erga Illustres principes, ducem et ducissam, et Fidelitates Vestras cura profluxerunt. Fidelitates Vestræ illud (quod pro fide atque officio suo debent) obsequens studium accomodaturæ, atque Illustris principis, Domini Georgii Friderici, marchionis Brandeburgensis, et affinis nostri charissimi (cui Nobis gravissimis et provinciæ universæ ducatus, pariterque Illustrium ducis et ducissæ utilitatis de causis, curationem gubernationemque commendare visum est) dignitatem atque auctoritatem diligenter observaturæ sint. Si quid erit, quod a Nobis Fidelitates Vestræ desiderabunt, de eo commissarii nostri, quos in ducatum illum mittimus, cognoscent, Nosque reddent certiores. Nos clementissime semper faciemus, ut Fidelitates Vestræ prospiciant, nihil Nobis fidelium subditorum nostrorum salute, jure, commodo, commendatius chariusque fieri posse. Fidelitates Vestras benevalere poscimus. Datum Varsaviæ, 26 martii, anno 1578, regni vero secundo.

LXXVI. Stephanus Rex.

A Georgio Friderico, marchione ab Anspach ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Serenissime et potentissime Rex. Regiæ Vestræ Majestati salutem dicimus, et studia et operam nostram in omni officiorum genere promptissimam prolixe pollicemur. Domine clementissime et affinis charissime et observande. Intelleximus ex eis, quos Varsaviæ post

discessum nostrum reliquerimus, electoris et Magdeburgensis administratoris legatis, et nostris quoque consiliariis, Regiam Vestram Majestatem ad ea, quæ per ipsos Regiæ Vestræ Majestati proponi volueramus, clementer et benigne respondisse, quod quidem pro eo ac debuit longe gratissimum nobis accidit, ac quam de Regiæ Vestræ Majestatis erga nos ~~[illegible]~~ benevolentia certam spem jam antea concepimus, plane confirmavit: et quum Regia Vestra Majestas responsum id suum scripto comprehensum nobis mittere constituerit, illud sane ea qua decet observantia expectamus. Quia autem inter cætera de commissariis regiis huc mittendis actum fuit, qui, si opus esset, in possessionem plenam et quietam ducatus Prussiæ nos mitterent, ac Prutenos ad debitam obedientiam hortarentur, necessarium existimavimus Regiam Vestram Majestatem de hoc admonere. Nos quum 2 ante paucos dies præcipuos ex nobilitate huc vocassemus, ut deducendo funeri charissimæ nostræ conjugis defunctæ, piæ memoriæ, præsto essent, oblata ea occasione ipsis postea judicandum curasse, quid inter Regiam Vestram Majestatem et nos actum, quæ in iis rebus omnibus Regiæ Vestræ Majestatis mens, quis noster animus, quæ voluntas esset: ac proinde hortatos fuisse ut ita sese gererent, quo Regia Vestra Majestas et nos etiam intelligeremus, eos rebus communibus potius, quæ Illustrissimi in Prussia ducis, agnati mei, calamitate eo jam redactæ essent ut alio nomine capite indigerent, quam privatæ quorundam ambitioni aut cupiditatibus consultum cupere. Illi, quæ hactenus gesta essent, ut potuerunt commodius excusarunt, ac ita responderunt, ut in posterum officium se facturos, ac a voluntate Regiæ Vestræ Majestatis, fideque ac obedientia nobis debita nunquam se recessuros testarentur. Monuerunt etiam ut quamprimum reliquos Status omnes convocaremus, ac eadem ipsis indicaremus, nec dubitare se quin omnes eodem quo ipsi modo affecti essent. Constituimus igitur ad 16 aprilis (nam ante id tempus pro consuetudine hujus regionis id fieri non posse existimant) omnium Statuum conventum huc indicare, qui quidem si ita sese gerent ut illi, qui hic jam fuerunt, de sese polliciti, et de aliis sperare visi sunt, existimaremus facilem omnium rerum explicationem fore, et ita quidem, ut quod antea in eventum nominavimus, Regiæ Vestræ Majestatis commissariis non opus futurum esset, iter hoc et molestiam tractandi cum Prutenis suscipere. Quod si vero tamen res aliter caderent, omnino judicamus auctoritatem ipsorum necessariam nobis futuram: ac ideo Regiam Vestram Majestatem qua decet observantia rogamus, ut quos jam sæpe diximus commissarios mandare velit, ut ad iter quidem hoc sese parent, illud tamen non ingrediantur, antequam a nobis, ut id faciant, certiores fiant; ita enim has res instruere cupimus, ne, si opus non sit, Regiæ Vestræ Majestati et ipsis quoque commissariis molesti simus: si autem negotia id postulabunt, ne etiam nobis desint, quæ ad ea, quæ Regia Vestra Majestas nobis benigne contulit, re ipsa consequenda spectare videntur.

Porro, Serenissime Rex, fuerunt nobis hisce diebus literæ redditæ ab affine nostro Magno Duce Holsatiæ, etc., quibus liberum transitum per nostras regiones a nobis petiit, ut ad Regiam Vestram Majestatem proficisci posset. Quum vero existimaremus Regiæ Vestræ Majestati nec gratum, nec commodum fore, ut hoc rerum statu ad eam veniret, quantum potuimus, ne eam jam profectionem susciperet, dehortati eum sumus, literas etiam ministri ipsius, Christiani, in eamdem sententiam, ut intelleximus, Varsavia scriptas, ipsi transmisimus,

prout hæc omnia Regia Vestra Majestas ex literis ipsius ad nos, et nostro responso, quorum exempla Regia Vestra Majestas una cum his accipiet, plenius intelliget. Nam quum hoc negotium res istas Livonicas concernat, omnino necessarium putavimus Regiam Vestram Majestatem de eo facere certiorem: ac rogamus Regiam Vestram Majestatem, ut ea, si ipse fortassis ulterius ad nos scriberet, quid nos hac in re facere cupiat, nobis significare velit. Regiam Vestram Majestatem recte valere, ac omnia de animi sententia ipsi evenire optamus, Regiæ Vestræ Majestatis favori et gratiæ qua decet observantia commendantes. Datum Regiomonti, 31 martii, anno 1578.

Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis.

LXXVII.

Rex Daniæ ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Fridericus secundus Dei gratia Daniæ, Norvegiæ, Vandalorum Gothorumque Rex, Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ ac Dithmarsiæ, comes in Oldenburg, Serenissimo principi, Domino Stephano, Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, etc. amico nostro charissimo, salutem et continuum felicitatis incrementum.

Serenissime ~~Rex~~ princeps, amice charissime. Quum primum esset nuntiatum Nobis, inter Serenitatem Vestram et civitatem Gedanensem esse transactum, accidit id Nobis vel eo nomine cumprimis gratum, quod confideremus hac ratione bene ac caute prospectum iri commerciorum usui publico..., in quo hactenus antiquitus fuerit, et in posterum perseveraret, statu tranquillo. Quod etiam Nobis solum modo fuit, et deinceps erit curæ, quum vel maxime ob bonum commune, cujus sumus studiosissimi, tum etiam quod id ipsum simul in nostrum, ac regnorum, ditionumque nostrarum redundet emolumentum. De eo igitur voluimus et Serenitati Vestræ hisce gratulari amanter, ut autem perpetuo sit constans ac diuturnum, cupimus, precamurque ex animo.

Deinde, quoniam generosis equis haud delectemur vulgariter, Nobis vero constet, Vestram Serenitatem ejus generis apud se maximum habere delectum, pro eo, qui inter principes receptus est, more, noluimus intermittere, quin et Serenitatem Vestram eo nomine jam una compellaremus amice, ne Nobis de uno atque altero prospicere, eosque cum hoc homine nostro ad Nos transmittere gravetur. Quod si edocti fuerimus, Vestram Serenitatem expetere quid in regnis, ditionibusque nostris situm, vicissim re præstabimus, ut eamdem gratificandi promptitudinem et in Nobis experiatur. Quam Serenitatem Vestram diu incolumem florentemque esse optamus. Datæ e regia nostra Fridrichsburgensi, die 29 martii, anno 1578.

LXXVIII.

Guilhelmus a Nassau ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Quum non sit incognitum Serenissimæ Regiæ Majestati Vestræ quantis bellorum æstibus hoc universum Belgium concutiatur, non dubitat illa, quin Hispanorum importunitate coacti, undique ea nobis accersamus auxilia, quæ nobis universæque patriæ videntur esse necessaria. Sed quoniam ad peregrinas etiam gentes nobis vicinas confugere cogimur, ut ab illis aliquod levamen in summis nostris difficultatibus et periculis accipiamus; æque tamen et Reipublicæ nostræ utilius judicamus, si, quando tum fieri potest, nostro utamur milite, atque eo maxime, qui jam diuturna armorum consuetudine aliquam in bellicis rebus, sive apud nos, sive apud exteros, gloriam est consecutus. Hinc fit, ut, quum nobilem virum Philippum Hertenium, qui has Majestati Vestræ Regiæ literas est redditurus, eum esse cognoscamus, qui hoc tempore rebus nostris magnum allaturus esset adjumentum, doluimus illi apud nos militare non licere. Nam quoniam bello captus a Vestra Majestate, non nisi fide se ad eam rediturum data, veniam accepit, ad nativum usque solum convolare, pactis stare, ut virum bonum decet, voluit, nec in animum induxit, sacrosancti jurisjurandi religionem violare. Itaque quum ad Regiam Vestram Majestatem esset rediturus, ut de sua libertate recuperanda cum ea ageret, existimaretque meas ad illam literas sibi adjumento esse posse, a me petivit, ut se Vestræ Regiæ Majestati suppliciter commendarem. Quod quoniam æquum visum est, ut, si quo possem, viro quidem bono et patriæ amanti, cæterumque non ita diviti, aliquid afferrem auxilii, a Vestra Regia Majestate enixissime contendo, ut in malam partem accipere nolit, si ab ea suppliciter postulo, ut liberalem suum animum erga illum velit patefacere, quo minima cum rei familiaris jactura ad suos redire possit, salvus et incolumis, nostræque Reipublicæ futurus utilis et necessarius, Majestatique Vestræ placeat agnoscere, ex quo in potestatem illius pervenit, quos et quam difficiles sustinuerit sumptus. Si quid autem erit, in quo Regiæ Majestati Vestræ possit mea tenuitas præstare obsequii, me ad omnia intelliget paratissimum. A Deo peto, ut Regiam Vestram Majestatem sub sua clementissima tutela velit diutissime conservare. Datum Antverpiæ, kal. aprilis, anno Domini 1578.

LXXIX.

Ab Ordinibus Belgicis ad Majestatem Regiam.

Serenissime Rex. Quum bellicam Philippi Hertenii virtutem et singularem rei militaris peritiam, his miseris et luctuosis temporibus, quibus hæc nostra inferior regio Belgica calamitosissimo bello ardet, magnopere utilem Reipublicæ nostræ judicaremus: cupimus ab eo contendere, ut maximis rebus nostris interesset, et operam suam laboranti et afflictæ patriæ navaret. Cæterum quum is cupide se quidem id profiteretur facturum, sed in præsentia religione impediri, quod fidem suam Tuæ Majestati astrinxisset, eade causa freti divina illa humanitate et pietate tua, Majestatem Tuam etiam atque etiam rogare non dubitavimus, ut ipsum ad nos redire permittat. Quod si nos beneficio tuo non indignos judicabis, omnibus officiis efficiemus, ut [nos] memores

et gratos Tua Majestas experiatur, quam omnibus ornamentis florentissimam diu valere, cupimus.(1). Datum Antverpiæ, die 17 aprilis, anno Domini 1578.

LXXIX.
(1) Ten Filip Herten, za którym się tu Wilhelm, xiążę Nassau i Oranii, tudzież Stany Belgijskie do króla wstawiają, wzięty był w niewolą pod Gdańskiem, dokąd przybył Gdańszczanom pomagać, chociaż ojczyzna jego w wojnie z Hiszpanią potrzebowała jego pomocy. Król go bez okupu na wolność puścił.

LXXX.

Commissio Sacræ Regiæ Majestatis data Dominis commissariis Regiomontum ablegatis.

Bibl. cesarska w Paryżu. coll. Faur: 6063.
tudzież bibl. Kórnicka. (F. 11.

Stephanus etc. Universis et singulis, quorum interest, Statibus et Ordinibus cujuscunque dignitatis et eminentiæ in ducatu Prussiæ existentibus, sincere et fidelibus Nobis dilectis gratiam nostram regiam. Quod quum antea jam magnis causis adducti, inprimis autem afflicta ipsa mentis ægritudine Illustris principis, Domini Alberti Friderici in Prussia ducis et affinis nostri charissimi, faciendum Nobis esse de consilii nostri sententia existimavissemus, ut Illustrem principem, Dominum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem et affinem etiam ipsum nostrum charissimum, quem alioquin et Illustri Domino Alberto Friderico genere proximum esse, et propter simultaneam ad ducatum Prussiæ investituram, proximum successionis jus ad eum ducatum habere, Nobis etiam regnoque nostro optime velle ac cupere intelligebamus, curatorem præfati principis, Domini Alberti Friderici, gubernatoremque ducatus Prussiæ cum titulo ducis et præeminentia ex auctoritate nostra constitueremus, quemadmodum sane ea omnia abunde literis nostris Marienburgi super ea re Illustri Domino Georgio Friderico marchioni datis extant comprehensa: quumque ea curatio et gubernatio, conditionem eam inter ceteras adjunctam haberet, ut Nobis Illustritas ejus juramentum feudale verbis præscriptis solennibus præstare teneretur, ejusque juramenti præstandi gratia, ipsa coram in hisce regni nostri comitiis proxime Varsaviæ habitis, in propria persona adesset, ac die certo ad rem constituto, qui fuit vigesimus septimus mensis februarii, in loco publico et theatro sub dio ex tempore excitato investituram a Nobis petivisset, juramentumque Nobis solenni ritu ac ceremonia præstitisset: Ideo Nos, ut ejusmodi curationis

et

et inaugurationis executio debitum suum sortiatur effe=
ctum, et omnia literarum nostrarum, concessionisque hujus=
modi contenta debite ac legitime terminentur, commissarios
nostros istuc ablegandos esse duximus, videlicet Reverendum,
Magnificos, Generosos, Venerabilem, Petrum Dunin
Wolski, episcopum Plocensem, Petrum a Potulice, palati=
num Plocensem, Joannem Dulski, castellanum Culmensem,
Branscensem ~~Branscensem~~ Rogosnensem et Durasensem capitaneum, Laurentium
Goślicki, canonicum Cracoviensem, secretarium no=
strum (1), qui nostro nomine ea omnia a Nobis de consilio
senatorum regni nostri hoc in negotio constituta, ad finem
suum debitum perducerent, ac alia etiam, quæ tum ad
negotii istius rationes, tum ad provinciæ quoque illius salu=
tem et incolumitatem (qua nihil Nobis antiquius est) perti=
nere viderent, summo studio et cura juxta datam sibi
a Nobis informationem, conficerent. Ad quæ omnia perfi=
cienda Nos ipsis integram et absolutam potestatem con=
junctim et divisim dedimus, et per præsentes quoque damus,
et sane ea omnia, quæ ab hisce illis in negotiis acta, con=
stituta et definita fuerint, suscipimus Nos rata et grata
semper habituros esse, perinde ac si a Nobismetipsis acta
et constituta essent. Hortamur itaque Sinceritates et Fideli=
tates vestras, ut ad ea quæ memorati commissarii nostri
nomine nostro agenda sibi esse putaverint, benevolos, faciles
et promptos sese præbeant, sibique persuadeant in hoc toto
negotio, non alium scopum et finem Nos spectare, nisi
salutem et incolumitatem Sinceritatum et Fidelitatum
vestrarum, totiusque ducatus Prussiæ. Quæ omnia abun=

LXXX.

(1) Dwie były komissye w Królewcu do oddania opieki nad obłąkanym xięciem Pruskim wraz z rzą=
dem xięstwa Pruskiego Jerzemu Fryderykowi, margrabiemu Brandeburskiemu na Anszpachu. Pierwszéj,
do któréj należeli, Piotr Potulicki, wojewoda Płocki, Andrzej Firlej, kasztelan Lubelski, i Jan Dymitr
Solikowski, sekretarz królewski, żaden ślad w aktach nie pozostał, tylko wspomnienie u Bielskiego i Soli=
kowskiego. O drugiéj, złożonej z wyżéj wymienionych osób, nawet Bielski nie wspomniał, chociaż będąc
dworzaninem Piotra Dunina Wolskiego, biskupa Płockiego, powinien był wiedzieć, że pan jego był na téj
drugiéj komissyi w Królewcu. Żaden dokument zaświadczający jéj czynności nie znajduje się w Dogielu
i wiadomość o niéj byłaby stracona dla dziejów, gdyby się nie dochowały jéj akta w kollekcyi Faurjańskiéj
tudzież w bibliotece Kórnickiéj
znajdującéj się w bibliotece cesarskiéj w Carskiem Siole, z nich się dowiemy jakie trudy podjęli ci komissarze
odpowiadając na kilkakrotne żądania Maryi Eleonory, małżonki obłąkanego Alberta Fryderyka,
i Stanów xięstwa Pruskiego. Ich czynności blizko półtora miesiąca trwające zawarte są w powy=
żéj umieszczonych aktach, które są zbiorem mów tych komissarzów do margrabiego na Anszpa=
chu, do obłąkanego xięcia, do jego małżonki, do Stanów xięstwa Pruskiego, tudzież odpowiedzi
na ich zapytania, i replik na repliki.

x ...ski mógł takie o sobie jako o komissarzu w Królewcu wraz z Firlejem i Potulickim. Wom +

abunde ex iis commissariis nostris Sinceritates et Fidelitates vestræ cognoscent. Fecerint pro officiis in Nos suis et gratia nostra. Datum Varsaviæ, die prima mensis aprilis, anno Domini 1578, regni vero nostri secundo.

Stephanus Rex.

LXXXI.

Instructio Sacræ Regiæ Majestatis ad Illustres principes, D. Georgium Fridericum marchionem Brandeburgensem, et ducem ac ducissam in Prussia, atque reliquos Ordines ducatus ejusdem, data Reverendo in Christo Patri D. Petro Dunin Wolski episcopo, et Magnificis Petro de Potulice palatino, Plocensibus, et Joanni Dulski castellano Culmensi et Branscensi, Rogosnensi Surasensique capitaneo, atque Laurentio Goslicki decano Plocensi et canonico Cracoviensi.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur 6063, t. 11.
tudzież bibl. ~~Kórnicka~~.

Commissarii Regiæ Majestatis, salutatis Illustribus Dominis, marchione, et duce ac ducissa in Prussia, affinibus Sacræ Regiæ Majestatis charissimis, delatisque ad Illustritates eorum officiis Majestatis illius, Statibus etiam ac Ordinibus ducatus illius gratiam et benevolentiam Majestatis illius nuntiabunt.

Deinde hæc agent:

Dabunt operam omnem, ut curatio Illustris Domini ducis in hac ipsius invaletudine, itemque administratio ducatus illius, quæ utraque ad Illustrem Dominum Georgium Fridericum, marchionem, omnium Ordinum consensu jam delata sunt, ex auctoritate Sacræ Regiæ Majestatis effectum suum sine mora et procrastinatione ulla consequantur.

Multas fuisse causas dicent, cur eo S. R. Majestas adducta fuerit, ut Illustri Domino marchioni curationem et administrationem eam decerneret, quas ipsas causas ut et alias Majestas

~~ski mówi także o sobie jako o komissarzu w Królewcu, wraz z Firlejem i Potulickim. Komu tu wierzyć? czy Bielskiemu z Solikowskim? czy temu i następnym dokumentom? Heidenstein nic o tej kommissyi nie wspomina. U Dogiela niema o niej żadnego pisma. Nie mając nic na poparcie dokumentu biblioteki cesarskiej przeciw świadectwu Bielskiego i Solikowskiego, wątpliwość tę bieglejszym od siebie do rozwiązania zostawiamy.~~

Majestas ejus Statibus et Ordinibus illis exponi jussit, ita non dubitat omnibus notas esse ~~eas~~ et perspectas.

Præter enim invaletudinem Illustris Domini ducis, quæ certe curatore indigebat, malignitas etiam ipsa superiorum temporum (ut fere fit in rebus humanis) tanta fuit, ut nisi in rebus ducatus illius prudentia Regiæ Majestatis consultum fuisset, paululum admodum a gravissimo incommodo abesse viderentur.

Quum igitur de curatore et administratore cogitatio necessario Majestati Regiæ suscipienda esset, non difficulter deinde descensum est ad ipsum potissimum Illustrem Dominum marchionem, et curæ atque administrationi præficiendum. In quo quidem hæc inesse animadvertebantur, quæ causam ipsam magnopere adjuvabant: unum quod Illustri quidem Domino duci ipsi nemo esset, sanguine conjunctior, neque proximior, alterum quod feudo quoque ipso, atque adeo jure succedendi in feudo ipso facile omnes, qui ad simultaneam illam investituram pertinerent, unus ille anteiret, quando quidem feudum haberet ita cum Illustri ipso duce indivisum, ut proximum successionis jus ad ipsum potissimum et ad neminem alium attineret.

Quæ omnia sane tanto majorem vim habebant, quanto magis erant senatusconsulto Vladislaviensi, quod iisdem pæne temporibus anno superiore Vladislaviæ factum fuit, non solum agnita in Illustritate ipsius, sed etiam roborata.

Jam vero posteaquam Marienburgum legationes illæ ad Majestatem Regiam advenissent, præcipuorum fere Germaniæ principum, non magis affinium Sacræ Regiæ Majestatis, quam agnatorum et consanguineorum Illustris Domini in Prussia ducis, quæ legationes nomine Illustrium suorum principum, curam et administrationem ducatus illius Illustri Domino Georgio Friderico, marchioni, a Majestate illius efflagitabant: tum vero Regia illius Majestas intensum pridem ad eam rem animum celerrime eo appulit, ut quod necessitate, et afflictæ ducalis valetudinis, et imminentium ducatui ipsi periculorum [causa] faciendum sibi esse aliquando existimaret, idem illud faceret tanto celerius.

Ibi igitur statim literæ curationis et administra

tionis ejusmodi Illustri Domino Georgio Friderico datę sunt Regię Majestatis nomine, quę deinde curatio et administratio universa hic Varsavię omnium consensu Ordinum regni publice in comitiis approbata est, tum quum Illustritas ipsius Sacrę Regię Majestati solenne homagium ejus ducatus nomine prestaret, investituramque a Regia Majestate acciperet.

Ac quod ad ipsas curationis et administrationis literas attinet, eas ita perscriptas esse ostendent commissarii, ut tribus quasi quibusdam, quatuorve generibus pernecessariis, tota illa curationis et administrationis ratio includeretur. Nam et juribus regni prospectum est, et Illustribus ipsi duci ac ducissę generatim in omnes propemodum casus consultum, et denique jura ipsa ac libertates Statuum ac Ordinum ducatus illius sarta ac tecta sunt omnia conservata, et quidem conservata nihilo aliter, neque verbis minus efficacibus, quam fuerint conservata ibidem jura ipsa et prerogativę regni. Quod quidem cautionis genus merito multo tutius atque firmius Sacrę Regię Majestati videbatur, atque nunc etiam videtur, quam si ad singulas partes illorum generum descensum tunc fuisset; generum enim universalitas omnia continet, singulę autem res ipsę ęgerrime se tuentur.

Atque in illo sane cautionis genere, etsi Majestas ejus intelligit quędam requiri ab Ordinibus ducatus illius, de quibus ipsis ipsos etiam commissarios suos admonitum istic iri ab Ordinibus Regia Majestas existimat; tamen [sic] de iis ejusmodi propositum istic ab Ordinibus fuerit, quod citra prejudicium regni et Regię Majestatis emendari posse a commissariis videbitur, consensu quidem Illustris Domini marchionis accedente, id emendent commissarii, verum in eo illam diligentem cautionem adhibeant, ne, dum Ordinum efflagitationibus omni ex parte consultum cupiunt, aliquod juribus regni vel Majestatis Suę Regię prejudicium afferant, et contra, dum nimis perfracte jus regni ac Majestatis Regię tueri conantur, provideant ne acerbe negandis omnibus animos provincialium illorum, et a se ipsis, et a Domino marchione, et ab ipsa quoque Regia Majestate abalienari videantur; sed potius ita se gerant, ut quod recte concedi non posse videbitur, quodque negatum multorum animum offensurum esse videatur, id ad Regiam Majestatem ipsam potius deferant, quam precise negando spem hominibus adimant: fieri fortassis posse,

ut

ut quædam eorum ab regia æquitate impetrentur.

Ac exstat quidem scriptum quoddam ejusmodi, ex quo intelligi possit, quænam tandem ~~fuerit~~ sint illa potissimum, quæ in illis curationis et administrationis literis ab Ordinibus desiderentur: verum quoniam singula percensere nimis longum esset, idcirco a Venerabili Laurentio Goślicki, secretario, qui cum hac Regiæ Majestatis instructione ad commissarios proficiscitur, de singulis eorum sententia Regiæ Majestatis est explicata, ex quo commissarii omnia commodius intelligere poterunt.

Atque hæc fere quidem summa est, quæ commissarii cum Ordinibus ipsis et Statibus agendum sibi existimabunt. Quum Illustris autem ducissæ, et Illustritatis ipsius dignitatem, ornamenta et commoda etiam omnia Sacræ Regiæ Majestati summæ curæ esse, ut sunt, omni ratione persuadeant. Nam et interea, quæ Majestas illius putabat ad Illustritatem ejus pertinere, ea literis suis diligenter scriptis Illustri Domino marchioni commendavit, uti exemplo ipso literarum, quod secretarius habebit, cognosci poterit, et deinceps quoties opus fuerit, nulla unquam in re Illustritati ipsius auctoritate, officio, benevolentia sua Majestas illius est defutura.

Itaque tunc etiam nomine Regiæ Majestatis Illustrem Dominam ducissam ipsam Illustri Domino marchioni diligenter commendabunt, idque ipsammet Regiam Majestatem, præsenti Domino marchione hic Varsaviæ, facturam fuisse dicent, nisi acerbus ille casus obitus Illustris Dominæ marchionissæ impedivisset. Equidem pertinere dicent ad pietatem et humanitatem Illustritatis suæ ipsius ducissæ dignitatem salvam esse, ipsamque eodem jure, eademque prærogativa, qua antea frui. Ad hæc commemorabunt, Illustris Domini ducis Juliacensis orator, quantis precibus apud Regiam Majestatem, principis sui nomine, contenderet, ut Regia Majestas auctoritate et commendatione sua perficeret, quo filia ejus Illustritatis, ducissa Prussiæ, Domini marchionis aliquo beneficio, in hac sua acerbitate, propter infelicem mariti sui statum, sublevaretur. Maxime vero ad mæstitiæ ipsius Illustritatis sublevationem pertinere, si alterutram præfecturarum Risenburgensem nempe, vel ~~Fraun~~ Preusmarcum, ad vitæ ipsius ducissæ tempora, supra dotem constitutam, Illustritas ejus ex sua benevolentia ducissæ ipsi concederet. Neque esse cur Dominus marchio existimet illam præfecturam hoc modo abalienatum iri, quum non in potestatem

~~potestatem~~ extraneæ personæ perveniat, sed, ipsa Domina Ducissa extincta, iterum cum reliquis propter nuptias assignatis bonis, Ducatui coalescat. Quibus ex causis persuasum habet Regia Majestas Illustritatem suam in hoc genere beneficii difficultatem facturam esse nullam, præsertim si Illustritas ejus diligenter perpendat, quos et quantos labores atque molestias, in hac afflicta conjugis sui valetudine, ipsam Ducissam sufferre oporteat. Itemque si secum cogitet, se hoc beneficio non modo apud omnes principes clarum pietatis et munificentiæ nomen sibi conciliaturam, verum etiam Illustrem familiam Juliacensem, quæ in Germania late patet, plurimum sibi esse devincturam, et denique apud Regiam Majestatem magnam gratiam esse inituram.

Curabunt igitur commissarii, ut Illustritas ejus Illustri Dominæ ducissæ in ea re gratificetur, quantum maxime potest. Nam si forte non posse viderint, aut si Illustritas ejus non posse se dixerit, rem ipsam ad Majestatem ejus deferent, nec ob eam Illustri Domino marchioni ~~minus~~ nimium molesti erunt, Illustrem autem Dominam ducissam interea solabuntur spe gratiæ atque benevolentiæ regiæ, in qua ~~Illustritati~~ Majestati ejus × sive in hoc, sive in alio genere pertinere videbitur.

× nihil est unquam defuturum, quod ad gratificandum Illustritati ejus,

Cum Illustri etiam Domino marchione agent, ut proximo die Pentecostes, quo quidem die constitutam partem unam pactæ pecuniæ Majestati Regiæ Posnaniæ ~~at~~ Illustritas ejus numeratura est, duas partes eodem illo tempore Majestati Regiæ repræsentet, et pro quinquaginta millibus florenorum, centum millia Majestati ejus numerari jubeat, maxime propter apparatum imminentis belli adversus Moschos instituti, quod quidem vel maximo nervo indiget.

Prænerum etiam jurisconsultum Illustritatis ejus admonebunt, ut obligationem novam super pacta ea pecunia universa ducentorum millium florenorum, ad illum, qui Marienburgi præscriptus est, modum, conficiat nomine Illustritatis ejus, et ad Majestatem ejus mittat. Prior enim obligatio, quæ antea missa fuit, mendis aliquot scriptoris conspersa fuit (1).

Repetent etiam ab Illustritate ipsius obligationes Thorunensium et Elbigensium, quibus fidem suam apud Illustritatem ipsius interposuerant de assignanda Illustritati ipsius per Majestatem Regiam possessione ducatus illius.

LXXXI.)

(1). Zobacz to zobowiązanie dane w Malborgu 7 grudnia, 1577 roku.

De

De portorio etiam Elbingensi illud exponent Illustri Domino marchioni, constitutum esse in proximis Varsaviensibus comitiis, ut certa pars mercium illarum, quae alioquin Gedanum superioribus temporibus mitti a nostris hominibus solebat, Elbingam deinceps mittatur. Quum igitur ab ejusmodi mercibus nullum Illustritati ejus teloneum debeatur, quum Illustritas ipsius ex pactis, ultra consueta vectigalia, nihil exigere praeterea possit, debeatur autem teloneum hoc regno, et Regiae Majestati ipsi, quae hoc tempore ejusmodi vectigali ad varias regni necessitates sublevandas inprimis opus habet, postulabunt ab Illustritate ejus, ut ipsa ab exigendo altero ab ejusmodi mercibus vectigali ex portorio Elbingensi recens constituto plane abstineat, nec mercatores ipsos onere illo minime tolerabili, bis pendendorum vectigalium, premi ac gravari jubeat. Atque hoc pridem principio modis omnibus agent, quod si forte conficere non poterunt, commissarios ejus constituendae rei causa edi ab Illustritate ejus postulabunt, qui cum commissariis Regiae Majestatis de re tota quam primum constituant.

Illud autem Illustritati ejus ob oculos ponere studebunt, si res aliter teneri non posset, Majestatem Regiam vel ipsam tandem Neringam in loco proprio suae ditionis esse perfossuram, stabiliendi hujus Elbingensis portorii causa. Quae quidem ex re quum ad Majestatem Regiam impensa perveniat et labor minime necessarius, atque adeo et Habo ipsi periculosus, propterea quod tunc pluribus ex partibus hostium incursioni redderetur obnoxius, curabunt ut Illustris Dominus marchio non patiatur hos sumptus atque labores supervacaneos, et Habo periculosos Majestatem Regiam suscipere, constituendi istius emporii causa; patiatur vero regnum et Majestatem ejus uti libere debito sibi vectigali. ~~Datum Varsaviae, die 1 aprilis anno Domini~~ 1578.

Agent etiam cum Illustritate ejus, ut chronicon quoddam vetus, quod in archivo ducatus illius extare dicitur, Majestati Regiae exhibeatur, sive ipsum ut est, sive etiam descriptum ex ipso exemplari (1). Datum Varsaviae, die prima aprilis, anno Domini 1578.

Stephanus Rex.

---

(1) Były jeszcze inne pomniejsze żądania króla, które zostały przedłożone margrabiemu Jerzemu Fryderykowi przez komisarzów w artykułach 7–10 pisma: Capita reliqua legationis commissariorum S. R. Mtis D. marchioni exponenda, podanem dnia 11 maja

LXXXII.
Alberto Friderico in Prussia Duci.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. II.

Stephanus etc.

Illustris princeps, affinis noster charissime. Quę de ratione ducatus Prussię tractata superioribus temporibus sunt, jam ea et ante a Nobis Illustritati vestrę sunt significata. Mittimus igitur istic commissarios nostros, Reverendum, Magnificos et Venerabilem, Dominum Wolski episcopum, Petrum de Potulice palatinum Plocensem, Joannem Dulski castellanum Culmensem et capitaneum Branscensem, Rogosnensem ac Surasensem, Laurentium Goslicki, cantorem Plocensem et canonicum Cracoviensem, secretarium. Quibus, ut omnibus in rebus Illustritatis vestrę commoditatum, dignitatis et utilitatis curam haberent, in mandatis dedimus, atque etiam Illustritatem Vestram nomine nostro salutarent, commisimus. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Varsavię, 4 aprilis, anno Domini 1578, regni vero nostri secundo.

LXXXIII. Stephanus Rex.
Ducissæ Prussiæ.

Stephanus, etc.

Illustris princeps, affinis nostra charissima. Quæ de ratione ducatus Prussiæ tractata superioribus annis sunt, notum est Illustritati Vestræ. Mittimus igitur istic commissarios nostros, Reverendum, Magnificos et Venerabilem, etc., quibus ut Illustritas Vestra fidem adhibeat, et de rebus spectantibus ad commoditates, utilitatem et dignitatem suam, ac Illustris ducis, mariti sui, cum illis communicet, Illustritatem Vestram hortamur: iis enim hoc in mandatis dedimus, ut ii in omnibus rebus operam suam Illustritati Vestræ præstent. Deo commendamus Illustritatem Vestram. Datum Varsaviæ, 4 aprilis, anno Domini 1578, regni nostri secundo.

LXXXIV.

Georgio Friderico Marchioni Brandeburgensi.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus etc.

Illustris princeps, affinis noster charissime. Quemadmodum cum Illustritate Vestra constituimus, mittimus in ducatum Prussię commissarios nostros, Reverendum, Magnificos et Venerabilem, Petrum Dunin Wolski, episcopum Plocensem, De Potulice, palatinum Plocensem, Joannem Dulski, castellanum Culmensem et capitaneum Branscensem, Rogosnensem ac Suracensem, Laurentium Goslicki, cantorem Plocensem et canonicum Cracoviensem, secretarium nostrum. Iis utque Illustritas Vestra in omnibus fidem adhibeat de rebus, quibus opus fuerit, libere cum illis communicet, ac opera illorum utatur, ab Illustritate Vestra postulamus. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Varsavię, die 4 aprilis, anno 1578.

LXXXV.

Ad Status Ducatus Prussiæ.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus Rex etc.

Magnifici, Generosi, Nobiles, Famati, sincere et fideles dilecti. Mittimus Reverendum, Magnificos et Venerabilem, Dominum Wolski, episcopum, Petrum de Potulice palatinum Plocensem, Joannem Dulski castellanum Culmensem, et capitaneum Branscensem, Rogosnensem et Surasensem, Laurentium Goslicki cantorem Plocensem et canonicum Cracoviensem, secretarium nostrum, commissarios nostros in Ducatu Prussiæ. Qui ea omnia Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris nomine nostro exponent, quæ superioribus temporibus ad Illustrium principum vestrorum salutem et dignitatem, veramque utilitatem, pacem et securitatem pertinent. Hos igitur Sinceritates et Fidelitates Vestræ audiant, et fidem illis in omnibus, non secus quam Nobis ipsis habeant, eas hortamur. Benevaleant. Datum Varsaviæ, 4 aprilis anno Domini 1578, regni nostri secundo.

Stephanus Rex.

LXXXVI.

Ad regem Sveciæ.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Stephanus etc. Serenissimo principi, Domino Joanni tertio, eadem gratia Svecorum, Gothorum et Vandalorum regi, affini et amico charissimo, salutem atque omnis felicitatis augmentum.

Serenissime princeps, Domine affinis, et amice noster charissime. Quum hic homo Serenitatis Vestræ, qui huc non ita pridem a Serenitate Vestra venerat, ad Serenitatem Vestram revertetur, aliquid literarum ad Serenitatem Vestram per eum dandum existimavimus, non loco quidem responsi, sed modo ne prorsus vacuis literis nostris a Nobis recederet. Quod enim attinet responsum ipsum, tam ad ea, quæ hic per Serenitatis Vestræ legatum nomine Serenitatis Vestræ proponebantur, quam ad ea, quæ literis suis Serenitas Vestra repetiit; id non prius quam post dies quatuor decem ipsi legato Serenitatis Vestræ a Nobis dari adhuc poterit, quam moram ut Serenitas Vestra in meliorem partem accipere velit, ab ea fraterne postulamus. Deo Opt. Max. Serenitatem Vestram commendamus. Datum Varsaviæ, die 4 mensis aprilis, anno Domini 1578, regni nostri secundo.

LXXXVII.

Przywilej dany Kalmanowi, żydowi Lubelskiemu, na drukowanie xiążek w Hebrajskim języku, w Warszawie na posiedzeniu ogólnem Stanów, w piątek przed niedzielą Laetare roku 1578.

LXXXVIII.

Instrukcya do Machmet Gereja, cara Przekopskiego od JKMci Urodzonemu Marcinowi Broniewskiemu, sekretarzowi i dworzaninowi króla JMci, do tegoż cara posłowi, dana w Warszawie dnia 4 kwietnia, roku 1578 (1).

(1) Oba te pisma są w Pamiętnikach do historyi króla Stefana Albertrandego dodanych przez Edwarda Raczyńskiego, Kraków, 1849.

LXXXIX.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Chodkiewicz.

85, 170 Ex orig. arch. Sapiehani. (24.)

Illustris et Magnifice, sincere Nobis dilecte: gratiam nostram regiam. Constat Sinceritati Vestræ Illustrem Ducem Magnum, ob maximum vitæ suæ periculum, a principe Moschorum se proripuisse, ac in partes nostras concessisse, quem Nos ad flagitationem ipsius in patrocinium nostrum suscepimus. Quare si Illustritas sua ope et præsidio Sinc. Vestræ indiguerit, ei præsidio, consilio atque auxilio adesse et opitulari velit, præsertim si aliquam vim et periculum a Moscho illi, aut arcibus ejus imminere cernet. Factura eo Sinc. Vestra rem Nobis gratam, illique ac provinciæ afflictæ utilem ac necessariam. Datæ Varsaviæ, die 4 aprilis, anno Domini 1578.

Stephanus Rex.

XC.

List Anny królowy Polskiey do Jana Chodkiewicza.

85 171 Ex orig. arch. Sapiehani.

Spectabilis et Magnifice, sincere Nobis dilecte. Nie iedno od tego dobrego człowieka, Fromholda Gdańszczanina, ale y od wielu innych zacnych osób za nim proszeni iesteśmy o przyczynę do Waszey Miłości, aby z miłości chrześciańskiey więźniem go iednym Moskiewskim, którego on Waszey Miłości mianować będzie, na okup żony y dziatek jego ratować raczył: co iż zda się nam rzecz słuszna, pobożna y powinna, Waszey Miłości za nim pilnie prosimy, aby to uczynić raczył, za co odniesiesz Wasza Miłość od Pana Boga odpłatę, u ludzi dobrych sławę, y od nas też niemałe pochwalenie. Któremu od Pana Boga zdrowia ze wszystkiem dobrem na czasy długie żądamy. Dan z Warszawy, dnia 5 kwietnia, roku 1578.

Waszey Miłości życzliwa, Anna Królowa Polska.

XCI.

Regi Stephano Joannes Chodkiewicz.

85, 172 Ex mss. arch. St. Aug. regis, et ex arch. Chodkieviciano.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine, Domine summa et perpetua observantia mihi semper colendissime. Quod ad instantiam meorum servitiorum antehac oblatorum Sacra Majestas Vestra Regia metam ponere clementi ac regio responso dignata sit, id ea qua par est observantia humillimis votis intellexi. Quis autem interim status hujus miserrimæ et omnino derelictæ provinciæ sit, nimis longa narratione indigeret. Eadem enim proh dolor! imo magis abhorrenda et detestanda conditio (etsi veritatem odium parere non ignorem) in defensionem nostram missorum atque apertissimorum hostium tyrannum, quoque truculentiora ad absumendas omnium reliquiarum partes decernere non posse, ingenue fateor, quam quæ a nostris defensoribus undique, nullo habito respectu Dei atque hominum, nunc temerario quodam motu impudenter committuntur. Aedificia a Moscho sana relicta in propugnaculis et arcibus recuperatis omnino devastantur. Rustici profligantur, abducuntur atque omni substantia residua ab amicis ad extremum usque exuuntur, quo nonnulli ad desperationem coacti, ultro se submergant, alii variis modis pereant, ita ut nulla mihi spes conservandæ hujus provinciæ relinquatur, nisi aut ex mirabili quodam divino decreto id fiat, aut Sacra Regia Majestas Vestra alio severiori constituto regimine et vera disciplina militari inobedientes quamprimum coerceat. In summa, omnia absque ordine singulis simul et semel imperantibus hic procedunt, quod non immerito condolendum taceo, quæ ex proposito dispersis consiliis negligantur commodissimæ occasiones hostem invadendi, et divino auxilio vires ejus infringendi, de quibus omnibus exempla, si odiosa non essent, proponi possent. Spero autem Sacram Regiam Majestatem Vestram per commissarios minime suspectos, et huc nobis destinatos brevi hæc omnia mutaturam fore, quod si absque procrastinatione factum non fuerit, actum de salute totius provinciæ erit, quum hostis ex proditione nonnullorum profugorum militum et aliorum quorumdam iterum vires ad invadendam hanc provinciam primo quoque tempore, nisi Deus clementer averterit, Plescoviæ et Derpati colligat.

Deinde ut de meo quoque statu et inevitabili necessitate aliquid referam, peto submissis votis ut Sacra et Serenissima R. Majestas Vestra existimet, ne tertiam partem quidem adhuc pecuniæ mihi in milites meos ante comitia a S. Majestate V. R. destinatæ ex thesauro numeratam esse: imo quæ servitoribus meis pro faciendo sumptu ex gratia S. Majestatis V. R. concessa erant, pro majori parte a thesaurario retenta sunt. Taceam injurias intolerabiles hactenus cum meis a militibus Polonicis hic perpessas, et quod miserrimi omnium illarum a me possessarum arcium rustici et incolæ ex mera invidia .... ita depopulati sint, ut vix respirare queant. Quæ quum ita se habeant, S. ac Serenissima R. Majestas V. tandem efficiet, ut certis et legitimis mediis, adhibita fide meis adversariis, quorum numero plurimos esse novi, finem laborum meorum et compensationem condignam sumptuum factorum habeam, ne quum honestati studeam,

per inopinata et minus tolerabilia illa mala aliud mihi invito (quod tamen Deus avertat) suscipiendum veniat propositum.

Postremo quum in expediendis arcibus et aliis hujus provinciæ relictis familiis rusticanis, ut vulgo dicuntur multi propter strenua sua videlicet præstita officia aliorum intercessione vigilantissimi erint, ex fide mea hoc obiter præcavendum duxi, ne quid in detrimentum Reipublicæ minus commodi permittatur; satius enim erit militem justo stipendio contentare, quam, ut hactenus factum, bona divino auxilio recuperata, et adhuc nobis reservata, in tot partes distrahere, quum parum aut nihil utilitatis Respublica inde capiat. Ego quoque, si aliter S. Majestati V. R. non placuerit, eadem ratione contentari cupio, modo Respublica tota sit incolumis, et meorum laborum ac factorum sumptuum, si non sufficientem, saltem honestam et æquam compensationem habeam. In servitiis vero S. ac Serenissimæ R. Majestatis V. si mihi persistendum erit, honesta nihilominus conditione et vitæ statu prospiciar. De reliquis ex relatu privatarum nonnullarum personarum, quæ in mandatis habent, S. Majestas V. R. certior esse poterit, quam in felici omnium rerum successu prosperrimoque regimine ad longa tempora incolumem a Deo Opt. Max. precor. Datæ raptim Troiden, die 8 mensis aprilis, anno Domini 1578.

Sacræ ac Serenissimæ Majestatis Regiæ Vestræ servitor humillimus,

8 Joannes Chodkiewicz.

XCII.

Rex Stephanus ad Ernestum Ludovicum, ducem Pomeraniæ.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Illustris princeps, Domine affinis et amice charissime. Accepimus literas Illustritatis Vestræ, quibus a Nobis postulat, ut ipsi quopiam generoso equo gratificeremur. Nos sane qui in cæteris rebus singulari sumus erga Illustritatem Vestram benevolentia, etiam hac in re libenter expectationi ipsius satisfaceremus, nisi hoc tempore tot equorum distributiones fecissemus, ut tali equo, quali vellemus gratificari Illustritati Vestræ, non possemus. Expectamus autem brevi ex Turcia et Ungaria præstantes aliquot equos, qui ubi advenerint, postulationis Illustritatis Vestræ dignam rationem habituri sumus. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Varsaviæ, die 8 aprilis, anno 1578, regni nostri secundo.

[XCIII.] Ducibus Pomeraniæ.

Illustres principes, Domini affines et amici charissimi. Remittimus ad Illustritates Vestras legatos ipsarum, quos Illustritates Vestræ ad nos miserant. Per quos Illustritatibus Vestris ad ea omnia, quæ Illustritatum Vestrarum nomine ab illis proponebantur et agebantur, respondimus. His igitur ~~quam~~ omnem fidem Illustritates Vestræ adhibebunt, et de Nobis nostraque erga se optima voluntate sibe prolixe omnia pollicebuntur. Illustritates Vestras recte valere optamus. Datum Varsaviæ, die 8 aprilis, anno 1578, regni nostri secundo.

Papa Gregorius XIII ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. 1.

Charissime in Christo fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Mittimus successorem Venerabili fratri Vincentio, ecclesiæ Montis Regalis episcopo, quo hactenus nuntio apud Majestatem Tuam usi sumus, dilectum filium, Joannem Andream Caligarium, utriusque nostræ signaturæ referendarium, virum prudentem, et multis gravibus in rebus, in quibus ipsius opera usi sumus, integritate et fide spectatissima. Habebit Majestas Tua eum ad recta atque honesta omnia, quæ tibi summopere cordi esse certo scimus, paratissimum. Gratissimum Nobis facies, si hunc ea, qua soles nostros atque Apostolicæ Sedis nuntios, humanitate amplecteris, omnibusque in rebus, de quibus tum in adventu ipso, tum in posterum tecum aget nostro nomine, non minorem ipsius verbis, quam nostris fidem tribueris. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 9 aprilis 1578, pontificatus nostri anno sexto.

XCV.

Literæ universales, quibus conceditur Anglicis mercatoribus libera in Polonia negotiatio.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhiniæ, et Princeps Transylvaniæ.

(London, State-paper-office: correspondence with Poland.)

Universis et singulis, cujuscunque tam spiritualis, quam politici status magistratibus, prælatis, palatinis, castellanis, capitaneis, eorumque vicesgerentibus, nobilibus, militum et teloneorum præfectis, passuum custodibus, civitatum burgrabiis, proconsulibus, consulibus, judicibus et scabinis, communitatibus, ceterisque subditis nostris omnibus, ubique in regno et dominiis nostris existentibus, significamus præsentibus. Expositum esse Nobis per certos consiliarios nostros nomine Anglicorum mercatorum, in regno et dominiis nostris negotiari solitorum, merces eorum, quando in regnum et dominia nostra easdem ferunt, ac in publicis nundinis venum exponunt, aliquibus in locis per capitaneos et ceteros officiales nostros arestis subjici et detineri, donec tantum, quantum arestantibus istis libet, et pecuniæ ipsis extortum sit: hoc nimirum prætextu, quasi ipsis regni statuto exclusis, non sit liberum in regno et dominiis nostris iter facere et negotiari, supplicatumque Nobis fuit, ut præfatorum Anglorum indemnitati, auctoritate nostra regia, hac in parte consulere dignaremur. Nos itaque quum certi simus ejusmodi statutum in regno nostro nunquam exstitisse, nedum nunc exstare, et manifestum sit, eos, qui Anglos ad præfatum modum gravare audent, publico commodo, dum suo student, nocere, et nostrum ac universæ Poloniæ gentis nomen apud exteras nationes in sinistram suspicionem adducere, non possumus non ejusmodi insolentiam hominum, avarumque institutum improbare, rationesque inire, quo Anglos, repressa eorum cupiditate in posterum securos præstemus.

Quapropter omnibus in universum, cujuscunque dignitatis, status, præeminentiæ seu conditionis existentibus, auctoritate præsentium serio interdicimus, ne quisquam eorum quoscunque Anglicos mercatores in regno et dominiis nostris iter facientes et negotiantes, ulla in re in posterum

gravare

gravare, vel ultra constitutum, consuetum, atque merito debitum vectigal quicquam ab ipsis exigere audeat. Verum in universo regno et dominiis nostris, tutos et securos, una cum comitatu, mercibus, rebusque suis omnibus, quandocunque et quotiescunque ipsis placuerit, ire, redire, merces suas quascunque in publicis nundinis venum exponere, vendere, commutare, et pro arbitrio suo distrahere, alias vicissim emere, et quo velint asportare, permittant, securos transitus, receptus et commorationes ubique ipsis praebeant, nullam prorsus molestiam exhibeant, vel difficultatem pariant, sub gravissima indignatione nostra regia secus non facturi. In cujus rei fidem praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo regni nostri signari jussimus. Datum Varsaviae die nona mensis aprilis, anno Domini 1578.

Stephanus Rex.

XCVI.

Ad Rudolphum, Romanorum imperatorem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Fanr. 6063, t. 1.

Serenissimo et excellentissimo principi, Domino Rudolpho Secundo, divina favente clementia electo Romanorum Imperatori, semper augusto, etc. affini et vicino nostro charissimo et observandissimo, Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, etc. salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime et excellentissime princeps, Domine affinis et vicine noster charissime et honorandissime. Proficiscitur mandato nostro ad summum pontificem Illustris Paulus Uchański de Stużewo, capitaneus Drohobiciensis, orator noster, cui mandavimus, ut Majestatem Vestram nomine nostro salutet diligenter. Petimus etiam a Majestate Vestra, ut, quoniam illi per Majestatis Vestrae ditiones proficiscendum est, literas illum salvi conductus sui Majestas Vestra provideri jubeat, uti et oratorem nostrum, et ut eum, qui Nobis tum sua, tum familiae suae causa magnopere est commendatus. Bene valere Majestatem Vestram optamus, eique benevolentiam et studium nostrum commendamus. Datum Varsaviae, die 10 mensis aprilis, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

8r, 173 List Stef. do Chodkiewicz. 10 kwiet.

XCVII.

Rex Poloniæ ad regem Sveciæ.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Stephanus etc. Serenissimo principi, Domino Joanni tertio, eadem gratia Svecorum, Gothorum, Vandalorumque Regi, affini nostro charissimo et honorandissimo, salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime princeps, Domine affinis noster charissime et honorandissime. Quum allatum ad Nos esset de ea victoria, quam proximis temporibus Serenitas Vestra præclaram admodum de profligato principe illo errorum et tenebrarum omnium est per Dei gratiam consecuta, magnopere et ex animo sumus Serenitati Vestræ gratulati: hoc magis quod Serenitatem Vestram, vitatis omnibus ejus hostis insidiis, laqueis etiam ipsius contritis et (ad) nihilum redactis, in tutissimam se arcem recepisse cognovimus, obedientiæ et professionis catholicæ in Ecclesia sancta, adversus quam nulla vis est portarum infernarum. Hanc igitur tam insignem victoriam nunc quoque iterum atque iterum Serenitati Vestræ gratulamur, quæ Nobis vel dignitate atque præstantia sua, vel usu et utilitate omnes totius mundi victorias facile videtur anteire. Atque hanc quidem ejusmodi victoriæ gratulationem nostram ominis etiam optimi loco accipi a Serenitate Vestra volumus, fore, ut hanc tam excellentem ipsius victoriam, multæ aliæ de cœteris etiam inferioribus hostibus per Dei gratiam partæ victoriæ consequentur, si modo Serenitas Vestra, quod non minus speramus, quam optamus, arcem hanc obedientiæ catholicæ, quam semel est amplexa, fideliter teneat, institutumque hoc, laudis iter et gloriæ sempiternæ, ita urgeat, ut decus hoc semel partum, novis quotidie accessionibus augere ac cumulare ne desistat, ad parandam primum sibique regnoque suo salutem, et deinde ad universam Rempublicam christianam singularibus lætitiis ac gratulationibus complendam ac perfundendam (1). Optime valere Serenitatem Vestram cupimus. Datum Varsaviæ, die 10 mensis aprilis, anno Domini 1578, regni vero nostri secundo.

(1) Obacz notę do listu króla do papieża z dnia 10 czerwca 1579 roku.

XCVIII.

Rex Stephanus ad Adolphum, ducem Holsatiæ.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Illustris princeps, Domine amice et affinis charissime. Studium et benevolentiam erga Nos Illustritatis Vestræ, quam Nobis per literas declarat, amoris plenissimas, accidit Nobis gratissima. Dabimus operam per omnem occasionem, ut vicissim mutuus noster animus constet semper erga Illustritatem Vestram in omni genere officiorum. Nunc dum eas res consideremus, de quibus ad Nos scribit Illustritas Vestra, magnopere doleamus, eas literas non esse aliquanto Nobis ante redditas, vigentibus regni comitiis, et præsentibus consiliariis nostris. Potuisset tum fortassis res confici ex nostra Reique publicæ dignitate, et desiderio Illustritatis Vestræ: verum eo nunc sumus, [quo] nihil habemus, quid de his Illustritati Vestræ respondeamus, illo excepto, quod si Nos Illustritas Vestra de iis rebus iterum admonuerit, et quodnam ex eo facto operæ pretium Respublica hæc regni nostri ferre possit, Nobis perscripserit, poterimus suo tempore de hoc toto negotio ad senatum [referre], [qui, si] fieri poterit, non est Illustritati Vestræ defuturus. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Varsaviæ, die 13 aprilis, anno Domini 1578, regni nostri secundo.

XCIX.

Ad quosdam articulos nomine Illustris principis Holsatiæ propositos, responsio ex sententia S. Regiæ Majestatis.

De ea fidelitatis jurandæ, et præstandorum officiorum forma, quæ constitui debet, sub [qua] Illustrissimi principes Prussiæ et Curlandiæ S. Regiæ Majestati sunt devincti: hoc non magnam difficultatem habere judicat S. Regia Majestas, si cætera conveniant.

De investitura ducatus, atque in omnium castrorum et civitatum, meri atque mixti imperii, realem et effectualem possessionem immissione, utque Riga ducatui adjiciatur: in hoc illud videndum est, quod investitura, quæ fortassis non negabitur, nequaquam tamen comprehendere [posset] Rigam, aut Dunemundum, aut Duneburgum, aut denique Kokenhausen, quæ arces, vel propter sumptus magnos, qui in eas facti sunt, vel propter opportunitatem riparum Dunæ fluminis, quod videtur nostros et hostiles limites discernere, necessario a Regia Majestate videntur esse retinendæ.

Ut Serenissimus rex de omnibus oppidis et castris, quæ ad jus regium pertinent, verum hactenus jure hypothecarum, ususfructus, donationis, et aliis modis distracta [sunt], Illustrem ducem libere investiat, ne ad aliquam reluitionem privatis hominibus sit obstrictus et obnoxius: de hoc etiam fortassis non magno negotio conveniri posset, positis certis fundamentis.

Quod S. Regia Majestas velit Illustrem ducem in iis, quæ vel bello, vel transactione aliqua in Livonia recuperari contingeret, non minus ac in feudo, nunc concesso, defendere, siquidem ista accessio futura, sit melioratio feudi: ducenda

est æqua ratio partium, et ejus quæ petit, et ejus unde petitur.....

Ut frater Illustrissimi ducis, senior dux Joannes, simultanee cum sua Celsitudi investiatur, et casu deficientis eorum prolis, ut agnati secundum gradus prærogat simultaneæ investituræ comprehendantur, non obstante exceptione de novo feudo: de duobus fratribus non fore difficultatem fortassis magnam Regia Majestas existimat, de cæteris agnatis fieri non posse putat.

Summa, quam S. Regia Majestas pro collatione ejusmodi feudi postulaverit ut sit æqua, et quantitas ejus exprimatur, habito condigno respectu facienrum in devastata provincia gravissimorum suæ Celsitudinis ex novo sumtuum; de cautione idonea super summa fiat declaratio; pecunia non prius numeretur, quam sua Celsitudo investita, et in actuali, realique possessione Transdunani ducatus, juncto oppido Riga, constituta, simul atque de debito cautum sit: de tribus istis, si modo reliquarum rerum explicatio non sit difficilis, facilius constitui posse arbitratur Regia Majestas.

Omnia in hoc esse videntur, ut Illustris Dominus dux cum aliquibus copiis militum insignibus Regiam Majestatem adeat, ut primum eam in illis ris versari intellexerit: sic affuturus est, ut et Respublica regni hujus opera Illustritatis ejus uti possit, et Illustritas ejus per hanc occasionem facil id, quod petit, consequatur. De Riga tamen, et de Dunemunda, ac Dunebu cogitationem ab Illustritate ejus suscipi, supervacaneum esse Majestas illi arbitratur: eas enim possessiones ad jus Reipublicæ regni hujus pertinere et res ipsa loquitur, et Ordines regni hujus universi idem profitentur, si ut non facile illas alio transferri patiantur. Cum quibus autem et quanti quum pedestribus, tum equestribus copiis, ventura sit Illustritas ejus, Majestatem ipsius certiorem antea faciet. Si ante constituetur utrinque de tione adventus ipsius Illustritatis, tractabit R. Majestas cum senatu, ut illi a ces omnes, quas tenet Regia Majestas in Livonia, præter illas ~~tamen~~ quæ sunt exceptæ, statim in possessionem ~~[illegible]~~ dentur, et ~~Livoniæ administra~~ ~~tio~~ (Livoniæ administratio) concedatur.

Commissariis in Prussiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus etc.

Magnifici sincere Nobis dilecti. Scripsit ad Nos Illustris princeps Dominus marchio in Prussia Dux, res ducatus illius aliquanto quietiores esse, ita ut dubitet, an ei opera Sinceritatum Vestrarum et aliorum collegarum necessaria porro sit futura; quod etsi ita se habeat, tamen quum jam Sinceritates Vestrę in procinctu fere sint, et accidere certe posset, ut pręsentia illarum, si non ad aliud, ad collocanda saltem studia illorum hominum utilis esse queat, tum autem si cetera rata habeant, tamen supersint quędam in instructione nostra, quę in literis ad Illustritatem ejus nomine nostro referri debeant: Dabunt operam Sinceritates Vestrę, ut iter suum prosequantur, et legationis ratione ad rem pręsentem commutata, administrationis negotium, vel suscipiendum, vel perficiendum, vel, si id opus non erit, laudatione tamen sua prosequentur, et Ordines illos ad earum rerum constantiam adhortabuntur. De reliquis autem capitibus cum Illustri Domino marchione diligenter agent, in omnibus eam celeritatem adhibentes, ut rebus bene confectis possint ac velint quam citissime illinc discedere. Datum Varsavię, die 13 aprilis, anno Domini 1578, regni nostri secundo.

Teki 85. 174 Metr. Reg. XI f 362 13 April
Confirmatio Libertati Gobeliorum

CI.

Georgio Friderico ~~Duci~~ marchioni ab Anspach.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Feuer. 6063, t. 11.

Stephanus etc.

Illustris princeps, Domine affinis charissime. Quum redderentur Nobis literæ Illustritatis Vestræ, quibus Nos de statu non incommodo rerum suarum in illo ducatu facit certiores, jam commissarii nostri, quos ad Illustritatem Vestram designavimus, erant in procinctu. Etsi igitur ex literis Illustritatis Vestræ intelligimus, fieri posse fortassis, ut opera illorum Illustritati Vestræ non sit necessaria; tamen ipsam quoque Vestram Illustritatem dubitare de eo videmus: faciendum Nobis esse existimavimus in omnem futuri casus eventum, ut eos ire ad Illustritatem Vestram juberemus, et, si opus sit, præsto esse ~~esse~~ possint, sin minus, ut studium saltem provincialium erga Nos et Illustritatem Vestram laude prosequantur, et ad illius constantiam nomine nostro adhortentur; interim autem ut cum Illustritate Vestra de nonnullis capitibus instructionis nostræ conferant. Utcumque est, scribimus ad eos, ne diu istuc immorentur, rebusque gerendis omnibus summam quam possent celeritatem adhibeant. Responsum nostrum ad capita Nobis post discessum Illustritatis Vestræ exhibita, non dubitamus pridem redditum esse Illustritati Vestræ. Duci Magno recte et ex animi nostri sententia respondit Illustritas Vestra. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Varsaviæ, 13 mensis aprilis, anno Domini 1578, regni nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

CII.

Ad eumdem.

Stephanus, etc.

Illustris princeps, Domine affinis noster charissime. Quæ acta sint cum Illustritate Vestra nostro et Serenissimæ conjugis nostræ nomine per Generosum Nicolaum Firley de Dambrovica, castellanum Ravensem, et Venerabilem Andream Patricium Nidecki, archidiaconum Vilnensem, de eo negotio hæreditatis, quod Serenissimis, conjugi nostræ, et Sveciæ reginæ, cum Illustri Domino Julio, duce Brunsvicensi, intercedit, non arbitramur Illustritati Vestræ memoria excidisse. Literæ Cæsareæ Majestatis, quas in hoc negotio Majestas illius Nobis jus flagitantibus scripsit, ad ducem

Brunsvicensem, sunt penes Illustritatem Vestram. De his ita inter Illustritatem Vestram et nostros, qui ad eam missi erant, convenit, ut per internuntios Illustrissimorum Dominorum Saxoniæ et Brandeburgensis electorum, adjuncto etiam internuntio Illustritatis Vestræ Domino duci Brunsviciensi redderentur, quod quidem nunc etiam cupimus. In reliquo faci nobis Illustritas Vestra rem gratissimam, si communicatis cum Serenissima conjuge no consiliis, id negotium una cum Illustrissimis Dominis electoribus suscipiat, atque ita gerat, ut res ipsæ, quas neque nos, neque Serenissimus Svecorum rex negligere pot rit, ad optatum finem Illustritatum Vestrarum opera perducantur. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Varsaviæ, die 14 mensis aprilis, anno 1578, regni nost anno secundo.

Stephanus Rex.

CIII.

Ad electorem Brandeburgensem in negotio Brunsvicensi.

Coll. Faur. 6063. t. 1.

Stephanus Rex Illustrissimo principi, Domino Joanni Georgio, marchioni Brandeburgensi, et amico et affini nostro charissimo, salutem et mutuam benevolentiam. [Illustrissime princeps Domine amice et affinis charissime et honorandissime. Scripseramus superioribus mensibus Cæsareæ Majestati, Illustrem principem, D. Julium, ducem Brunsvicensem, Serenissimæ conjug nostræ, itemque Serenissimæ Svecorum reginæ difficultates quasdam objicere conari in ade da sororis illarum, Illustrissimæ quondam ducissæ Brunsvicensis, Sophiæ, hæreditate, quæ redibis his, duabus sororibus, omni divino jure et humano competat. Quamobrem a Maje te ejus Cæsarea peteramus, ut in eo negotio auctoritatem suam interponat: ad eas nostras literas respondit Nobis ejus Majestas hoc exemplo, quod ad Illustritatem Vestram mitti literas etiam ad Julium ducem scriptas ad Nos misit Majestas illius una cum earundem exemplo, quod Nos item describi, et ad Ill. Vestram mitti hoc tempore mandavimus. Nec id do, sed ipsas quoque Cæsareæ Majestatis ad ducem scriptas literas mittimus per hunc nuntium ad Ill. Vestram. Freti benevolentia Ill. Vestræ erga Nos, et mutua amicitia nostra, ab Ill. Vestra etia atque etiam petimus, ut communicato cum Ill. D. Saxoniæ electore, et Ill. D. archiepiscopo Mag burgensi consilio, ad quos ipsos eadem de re scribimus, internuntium suum ad ducem Julium Ill. Vestra, pariterque filius Ill. Vestræ, Rev. D. archiepiscopus Magdeburgensis mittat, qui una cum Ill. D. electoris Saxoniæ internuntio profectus, literas Cæsareæ Majestatis duci re dant, et de restituenda sororibus reginis, sororis ducissæ hæreditate, ipsum nomine Illustr tatum Vestrarum admoneant, eaque illi in medium proponant, quibus animus ejus ad id quod æquum et justum est, sua sponte, sine juris strepitu flecti possit: deliberatum enim esse non solum Nobis, sed etiam Serenissimo Svecorum regi, jus Serenissimarum conjugum nostrarum omnibus legitimis rationibus persequi, quoad illud consequa mur. Cætera ex nuntiis, vel literis Ill. D. Georgii Friderici, marchionis Brandebur gensis, Illustritas Vestra cognoscet, quæ omnia Illustritati Vestræ commendatis ma esse cupimus. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Varsaviæ, die 14 men aprilis, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

CIV.

Augusto Saxonię Duci Electori in negotio Brunsvicensi.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, (t. 1.

Stephanus etc. Illustrissimo principi, Domino Augusto Duci Saxonię, Sacri Romani Imperii archimarschalco et principi electori, lantgravio Thuringię, marchioni Misnię et burgrabio Magdeburgensi, affini nostro charissimo salutem et mutuam benevolentiam.

Illustrissime princeps, Domine affinis noster charissime et honorandissime.

Scripseramus superioribus mensibus Cęsareę Majestati Illustrissimum principem, Dominum Julium, ducem Brunsvicensem, Serenissimę conjugi nostrę, itemque Serenissimę Svecorum reginę difficultates quasdam objicere conari, in adeunda sororis illarum, Illustrissimę quondam ducissę Brunsvicensis Sophię, hereditate, quę heredibus his, duabus sororibus, omni divino jure et humano competat (1). Quamobrem a Majestate ejus Cęsarea petieramus, ut in eo negotio auctoritatem suam interponat. Ad eas nostras literas respondit Nobis Majestas ejus hoc exemplo, quod ad Illustritatem Vestram mittimus. Literas etiam ad Julium ducem scriptas ad Nos misit Majestas illius una cum earundem exemplo, quod Nos idem describi et ad Illustritatem Vestram mitti hoc tempore mandavimus. Nec id modo, sed ipsas quoque Cęsareę Majestatis ad ducem scriptas literas mittimus per hunc nuntium nostrum ad Illustritatem Vestram. Et ob mutuam amicitiam nostram ab Illustritate Vestra etiam atque etiam petimus, ut, communicato cum Illustrissimis Dominis marchionibus consilio, internuntium suum ad ducem Julium Illustritas Vestra designet, qui una cum Dominorum marchionum internuntio profectus, literas Cęsareę Majestatis duci reddant, et de restituenda sororibus reginis sororis ducissę hereditate, ipsum nomine Illustritatum Vestrarum amice admoneant, eaque illi in medium proponant, quibus animus ejus ad id, quod ęquum et justum est, sua sponte sine juris strepitu flecti possit. Deliberatum enim esse non solum Nobis, sed etiam Serenissimo Sve-

IV. (1) W interesie sukcessyi po xiężnie Brunswickiej, siostry żony królewskiej, pisał król do cesarza Rudolfa z Malborga 8 grudnia, 1577 roku.

Svecorum regi jus Serenissimarum conjugum nostrorum omnibus legitimis rationibus persequi, quoad illud consequamur. Cetera ex nuntiis vel literis Illustris Domini Georgii Friderici, marchionis Brandeburgensis, Illustritas Vestra cognoscet. Quae omnia Illustritati Vestrae commendatissima esse cupimus. Benevaleat Illustritas Vestra. Datum Varsaviae, die 14 mensis aprilis, anno Domini 1578, regni nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

CV.

Duci Curlandiæ

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Fauv. 6063, t. 11.

Stephanus etc. Illustris princeps, amice sincere Nobis dilecte. De soluta obsidione Vendensi, etsi antea jam quoque audieramus, tamen ex literis Illustritatis Vestræ libenter cognovimus, utrumque sane gratulamur, et virtutem militum, et felicitatem. Deus Opt. Max. velit hoc esse Reipublicæ nostræ perpetuum. Nos quo animo sumus erga hanc provinciam, cancellario Illustritatis Vestræ pluribus verbis ostendimus, ex eo Illustritas Vestra omnia cognoscet. Defensionem quidem arcium illarum non negligemus, quod ubi satis providerimus, etiam ad alia Nos suo tempore per Dei gratiam accingemus. De commeatu ex Lithuania supportando curæ erit Nobis, et jam etiam aliquid de ea re ~~ratione~~ actum per Nos est. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Varsaviæ, die 14 mensis aprilis, anno 1578, regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

CVI.

A marchione ab Anspach, duce in Prussia, ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. t. 11.

Serenissime et potentissime Rex. Regiæ Vestræ Majestati salutem dicimus, et studia operamque nostram in omni officiorum genere promptissime pollicemur. Domine clementissime et affinis charissime et observande. Significavit nobis nobilis, sincere nobis dilectus Erhardus Nold, Illustris Domini ducis Curlandiæ consiliarius, quemdam affinem suum, Gerhardum Denhoff, bona sua, quæ in ducatu superiore Dunensi habuit, cum nobili et Generoso Dembiński ratione arcis Rigensis nuncupatæ commutasse. Quum vero præterita æstate immanis hostis Moschus in finitimis locis non tantum arcem occupasset, verum ipsos incolas immanibus et inauditis modis tractasset, ipsum Denhoffium ad instigationem ducis Magni, qui tunc se cum Regia Majestate Vestra tractatus quosdam Livoniæ salutares suscepisse prætendebat, una cum arce in potestatem ejus concessisse non alio fine, quam ut ea ratione hostis crudelissimi tyrannidem subterfugere, atque sub tutela Regiæ Majestatis Vestræ securus esse possit. Cæterum, quum Regiæ Majestatis Vestræ milites arcem Lemsel dictam occupassent, captum esse inter alios et hunc Gerhardum Denhoffium, atque in potestatem Regiæ Vestræ Majestatis in Livonia administratoris, Magnifici et Generosi singulariter nobis dilecti Joannis Chodkiewicz devenisse, qui ipsum aliquanto inhumanius propter delatores quosdam, qui miserum captum administratori invidiosum addiderunt, tractare dicitur. Eapropter dictus Nold demisse nos rogavit, velimus apud Sacram Majestatem Vestram Regiam nostram intercessionem interponere, quo miser ille captivitate liberatus, pristinæ libertati restituatur. Cujus quidem petitioni, quum æqua nobis visa fuerit, locum dandum esse duximus. Rogamus igitur Majestatem Vestram Regiam summo studio, velit Regia Majestas Vestra pro innata clementia, consideratis circumstantiis, quod nullo modo proposito ipse Denhoff se duci Magno dederit, intercessioni nostræ hoc dare, ut ipse Denhoff ex custodia dimissus, libertate solita gaudere possit. Hoc officii beneficii magni instar habituri sumus, et ipse Denhoff procul dubio pro virili adnitetur, ut Regia Vestra Majestas homini nec indigno, nec ingrato, se clementer fecisse intelligat. Quam nos et diutissime et feliciter valere optamus. Datum Regiomonti, die 17 aprilis, anno 1578.

T 85. 175 Metric. R. lit. X T f 364. 19 April
Litera ratione immunitate Gobelinum

T 85 176 Metric Regn X T f 363. 14 April
Król uwalnia Zebrzydowskiego Zygmunt Wojskiego Krak. od składania rachunków dziesięciny do skarbu

CVII.

Literæ universales de instituenda officina monetaria, cui præficitur Raphaelis Leszczyński.

Teka Naruszewicza 92. Ex libr. metr. regni [illegible] XI fol 365
85, 178 85, 180 [illegible] f 366

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Universis et singulis cujuscumque status et conditionis hominibus, præsertim vero mercatoribus in regno nostro existentibus, quorum interest, aut interesse poterit, significamus præsentibus literis nostris. Quia quum in præteritis regni generalibus comitiis Varsaviensibus diligenter cum Ordinibus regni consideravissemus, quantum detrimenti ex importatione usuque injustæ peregrinæ monetæ ad regnum nostrum et privatos quosque perveniat, volentesque iis incommodis obviam ire, vigore constitutionis dicti præteriti conventus instituendam nobis esse officinam monetariam duximus, eique rei Generosum Raphaelem Leszczyński, capitaneum nostrum Radziejoviensem, de scientia ejusdem conventus, tanquam supremum præfectum et administratorem ejusdem officinæ monetariæ præfecimus, dedimusque ipsi facultatem monetam in regno nostro cudendi, omniaque perficiendi, quæ pertinent ad hoc negotium. Quum autem non solum ex eo quando sua non cuditur moneta, sed etiam quum ex dominiis effertur cujuscumque generis argentum, multum damni detrimentique evenire videamus, providendum hoc necessario constituimus: itaque mercatoribus tam subditis nostris, quam extraneis cujuscumque status et conditionis hominibus, et omnibus quorum interest severe mandamus et præcipimus, ne quisquam argentum, tam ex mineris Ilkusiensibus, quam cujuscumque generis laboratum et non laboratum exportare e regno dominiisque nostris, et vendere extraneis præsumat, sed ad officinam nostram monetariam, ubicumque ea per supradictum Generosum Raphaelem Leszczyński, rei monetariæ præfectum nostrum, instituta fuerit, adferant, ubi marca ejusdem argenti puri seu feinsilber solvetur illis pecunia nova, parata et justa, octo florenis per triginta grossos polonicales computatis. Quod si tales reperientur, qui præsentes mandati nostri literas transgredi, argentumque ejusmodi efferre ausi fuerint, decidentur per officiales nostros in poenam confiscationis bonorum, poenaque colli per nos super eos, si plebei existant, extendatur. Quocirca capitaneis nostris omnibus mandamus, ut præsentes edicti nostri literas in locis publicis proclamari, ad omniumque notitiam deduci curent. Pro gratia nostra aliter non facturi. Datum Sandomiriæ, die 24 mensis aprilis, anno Domini 1578, regni nostri secundo.

Stephanus Rex.

CVIII.

Generosus Raphael Leszczyński præfectus officinæ monetariæ constituitur.

Teki 85, 179 [illegible] f 366

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Significamus etc. Quia quum in præteritis generalibus regni comitiis Varsaviensibus cum omnibus Ordinibus regni diligenter consideravissemus, quantum detrimenti ex importatione injustæ peregrinæ monetæ ad regnum et privatos quosdam perveniat, præcavendo ejusmodi damnis et incommodis, faciendum Nobis esse una cum supradictorum Ordinum regni consensu putavimus, ut in regno quoque nostro officinam monetariam institueremus, monetamque nostram propriam, justam et æqualem cuderemus. Itaque de scientia ejusdem præteriti conventus Generosum Raphaelem Leszczyński

capitaneum nostrum Radziejoviensem, cujus fides, integritas, reique monetariæ peritia perspecta Nobis est, præficiendum isto negotio, tanquam administratorem, gubernatorem et provisorem esse duximus: videlicet monetam nomine nostro in regno cudendam, quemadmodum quidem præsentibus literis nostris eidem damus concedimusque plenam facultatem officinam monetariam in quacumque urbe regni nostri, seu loco, quemcumque sibi opportunum et commodum delegerit, quod Nos arbitrio illius committimus, instituendam, probatores, sculptores, artifices, magistros, hominesque ad eam rem idoneos conducendos et accersendos unde ipsi commodius videbitur. Cudet autem monetam eo modo ac hisce conditionibus: in triplicibus argenteis grossis, tres scilicet valentibus polonicos grossos, item in talleris mediisque taleris continebitur argentum purum alias feinsilber, cujus marca valere debebit, florenos, per triginta grossos computando, novem et decem grossos, in solidis vero continebitur argentum, cujus marca valebit florenos, per triginta grossos computando, decem et duos grossos (1). Quælibet vero marca argenti fein, quod aut Nos ipsi, aut quispiam alius in eam officinam monetariam inferemus, solvetur ibidem moneta nova octo florenis per triginta grossos computando. Tenebitur etiam argenti qualibet marca, quæcumque in eadem officina monetaria conflabitur, Nobis ratione lucri per viginti grossos solvere et numerare, argentum autem, quod ibidem conflandum inferetur, post duarum septimanarum decursum parata pecunia solvetur. Quod si etiam aurum laboratum, catenæ et id genus ibidem inferatur, cudet inde nummos aureos juxta ordinationem nostram, quæ specialibus literis nostris continetur. Impensas præterea, salaria, solutiones, quæ ejusdem officinæ probatoribus, sculptoribus, magistris, artificibus, notariis, debebuntur, generaliter omnes insuper et argenti dictum abgang, idem Generosus Raphael Leszczyński, præfectus rei monetariæ, in se suscepit, tenebiturque et erit astrictus illorum curam et provisionem de propriis sustinere. Quapropter prædictum Generosum Raphaelem Leszczyński, capitaneum nostrum Radziejoviensem, pro vero præfecto et administratore rei monetariæ in regno nostro præsentibus literis nostris declaramus et pronuntiamus, mandamusque omnibus et singulis quorum interest, ut ipsum pro eodem agnoscant. Datum Sandomiriæ, die 24 aprilis, anno Domini 1578, regni nostri anno secundo.

85, 181. Metr. XV 367 - 24 kwiet.
Król polecca Tyzdow Urzędu aby do Mennicy do oczyszcz. srebra 1000 marek —
85. 182. rozg. w sta. Aug. Niewiadomski

CVIII (1) Grossus triplex argenteus, trzygroszówka srebrna, warta była blizko złoty dzisiejszy, bo grosz ówczesny wart był groszy dzisiejszych 9. Wybijano więc takich trzygroszówek z grzywny czystego srebra za złotych dzisiejszych 92. — Talarów i półtalarów wybijano z grzywny czystego srebra za złotych dzisiejszych 84, w ostatnich czasach wybijano ich za złotych 86; więc Batorowe talary zawierały więcej niż ostatnie czystego srebra.

CIX.

Literæ Generoso Samueli Zborowski ad thesaurarium terrestrem Magnificum Laurentium Woina pro summa pecuniæ ad ducentos equites et milites pedestres totidem in Livonia militandos datæ.

~~Stephanus~~ Teka Naruszewicza 92. Ex orig. arch. metr. MDLith. 85, 186.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc.

Magnifico Laurentio Woinæ, thesaurario terrestri ac notario nostro MD Lithuaniæ, sincere Nobis dilecto, gratiam nostram regiam. Quum Generosus Samuel Zborowski (ut sunt varii casus humani) patria sua exulet, volens factis egregiis nomen sibi parare, ut aliquando ea poena liberetur et patriæ suæ restituatur, supplicavit Nobis, ut in Livonia illi militare liceat, quum jam Moschus sedem belli ibi figat, amplum isthic campum avitæ ac paternæ gloriæ, tum et suæ existimationis amplificandæ habiturum, cujus vices Nos commiserantes, hoc ejus optimum institutum promovere cupientes, ex gratia nostra concessimus equites ducentos et milites pedestres etiam ducentos, ut secum ad eam militiam ducat: verum quo sese melius cuncto comitatu præparet, volumus ut Sinceritas tua illi pecuniam ad hunc numerum equitum et peditum ad tres menses singulis equitibus ad quadrantem anni per quindecim florenos polonicos, quando quidem graviori armatura instructi erunt, pedestri vero militi unicuique ad quadrantem anni per quinque florenos polonicos, præterea ad culinam et reliqua juxta constitutionem nostram ipsi numeret sine ulla dilatione servitori ipsius, quem cum hisce literis nostris ad Sinceritatem tuam miserit, de accepta pecunia quietatione. Servitii autem istius iis equitibus et peditibus initium constituimus ante lustrationem et conscriptionem a notario nostro Alberto Strabowski factam duabus septimanis, ut est moris, postquam in Livoniam venerit. Durabit vero hoc servitium in eum comitatum Samuelis Zborowski donec necessitas postulaverit, et Nobis visum fuerit. Datum Leopoli, die 13 maii, anno Domini 1578.

Stephanus Rex.

CX.

Consiliarii ducis Saxoniæ Illustri Domino cancellario regni.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, f. 11.

Magnifice Domine. Quum redeant jam ad vos Regiæ Majestatis, Domini nostri clementissimi, commissarii, rebus omnibus recte confectis, videmur jam nobis videre portum aut finem potius negotiorum istorum, quæ, ut Magnificentia Vestra optime novit, integre fere annum nos detinuerunt, ac constituimus intra paucos dies, Deo volente, hinc discedere: omnino autem officii nostri esse existimavimus, ante discessum nostrum Magnificentiam Vestram his literis salutare, ac gratias ipsi agere pro insigni

capitaneum nostrum Radziejoviensem, cujus fides, integritas, reique monetariæ peritia perspecta Nobis est, præficiendum isto negotio, tanquam administratorem, gubernatorem et provisorem esse duximus: videlicet monetam nomine nostro in regno cudendam, quemadmodum quidem præsentibus literis nostris eidem damus concedimusque plenam facultatem officinam monetariam in quacumque urbe regni nostri, seu loco, quemcumque sibi opportunum et commodum delegerit, quod Nos arbitrio illius committimus, instituendam, probatores, sculptores, artifices, magistros, homines que ad eam rem idoneos conducendos et accersendos unde ipsi commodius videbitur. Cudet autem monetam eo modo ac hisce conditionibus: in triplicibus argenteis grossis, tres scilicet valentibus polonicos grossos, item in talleris mediisque taleris continebitur argentum purum alias feinsilber, cujus marca valere debebit, florenos, per triginta grossos computando, novem et decem grossos, in solidis vero continebitur argentum, cujus marca valebit florenos, per triginta grossos computando, decem et duos grossos (1). Quælibet vero marca argenti fein, quod aut Nos ipsi, aut quispiam alius in eam officinam monetariam inferemus, solvetur ibidem moneta nova octo florenis per triginta grossos computando. Tenebitur etiam argenti qualibet marca, quæcumque in eadem officina monetaria conflabitur, Nobis ratione lucri per viginti grossos solvere et numerare, argentum autem, quod ibidem conflandum inferetur, post duarum septimanarum decursum parata pecunia solvetur. Quod si etiam aurum laboratum, catenæ et id genus ibidem inferatur, cudet inde nummos aureos juxta ordinationem nostram, quæ specialibus literis nostris continetur. Impensas præterea, salaria, solutiones, quæ ejusdem officinæ probatoribus, sculptoribus, magistris, artificibus, notariis, debebuntur, generaliter omnes insuper et argenti dictum abgang, idem Generosus Raphael Leszczyński, præfectus rei monetariæ, in se suscepit, tenebiturque et erit astrictus illorum curam et provisionem de propriis sustinere. Quapropter prædictum Generosum Raphaelem Leszczyński, capitaneum nostrum Radziejoviensem, pro vero præfecto et administratore rei monetariæ in regno nostro præsentibus literis nostris declaramus et pronuntiamus, mandamusque omnibus et singulis quorum interest, ut ipsum pro eodem agnoscant. Datum Sandomiriæ, die 24 aprilis, anno Domini 1578, regni nostri anno secundo.

85, 181. Metr. XV 367. 24 [illegible]

[illegible] 1000 [illegible] —

85. 182. [illegible]

CVIII (1) Grossus triplex argenteus, trygrosówka srebrna, warta była blisko złoty dzisiejszy, bo grosz ówczesny wart był groszy dzisiejszych 9. Wybijano więc takich trygrosówek z grzywny czystego srebra za złotych dzisiejszych 92. — Talarów i półtalarów wybijano z grzywny czystego srebra za złotych dzisiejszych 84, w ostatnich czasach wybijano ich za złotych 86; więc Batorowe talary zawierały więcej niż ostatnie czystego srebra.

CIX.

Literæ Generoso Samueli Zborowski ad thesaurarium terrestrem Magnificum Laurentium Woina pro summa pecuniæ ad ducentos equites et milites pedestres totidem in Livonia militandos data.

~~Stephanus~~ Teka Naruszewicza 92. Ex orig. arch. metr. MDLith. 85, 186.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc.

Magnifico Laurentio Woinæ, thesaurario terrestri ac notario nostro MD Lithuaniæ, sincere Nobis dilecto, gratiam nostram regiam. Quum Generosus Samuel Zborowski (ut sunt varii casus humani) patria sua exulet, volens factis egregiis nomen sibi parare, ut aliquando ea poena liberetur et patriæ suæ restituatur, supplicavit Nobis, ut in Livonia illi militare liceat, quum jam Moschus sedem belli ibi figat, amplum isthic campum avitæ ac paternæ gloriæ, tum et suæ existimationis amplificandæ habiturum, cujus vices Nos commiserantes, hoc ejus optimum institutum promovere cupientes, ex gratia nostra concessimus equites ducentos et milites pedestres etiam ducentos, ut secum ad eam militiam ducat: verum quo sese melius cuncto comitatu præparet, volumus ut Sinceritas tua illi pecuniam ad hunc numerum equitum et peditum ad tres menses singulis equitibus ad quadrantem anni per quindecim florenos polonicos, quando quidem graviori armatura instructi erunt, pedestri vero militi unicuique ad quadrantem anni per quinque florenos polonicos, præterea ad culinam et reliqua juxta constitutionem nostram ipsi numeret sine ulla dilatione servitori ipsius, quem cum hisce literis nostris ad Sinceritatem tuam miserit, de accepta pecunia quietatione. Servitii autem istius iis equitibus et peditibus initium constituimus ante lustrationem et conscriptionem a notario nostro Alberto Strabowski factam duabus septimanis, ut est moris, postquam in Livoniam venerit: durabit vero hoc servitium in eum comitatum Samuelis Zborowski donec necessitas postulaverit, et Nobis visum fuerit. Datum Leopoli, die 13 maii, anno Domini 1578.

Stephanus Rex.

CX.

Consiliarii ducis Saxoniæ Illustri Domino cancellario regni.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Magnifice Domine. Quum redeant jam ad vos Regiæ Majestatis, Domini nostri clementissimi, commissarii, rebus omnibus recte confectis, videmur jam nobis videre portum aut finem potius negotiorum istorum, quæ, ut Magnificentia Vestra optime novit, integre fere annum nos detinuerunt, ac constituimus intra paucos dies, Deo volente, hinc discedere: omniao autem officii nostri esse existimavimus, ante discessum nostrum Magnificentiam Vestram his literis salutare, ac gratias ipsi agere pro insigni

benevolentia sua erga nos, quam multipliciter nobis testatam fecit, ita quidem ut ad omne genus officiorum Magnificentiæ Vestræ vicissim obligatissimos nos esse libentissime fateamur. Nam Magnificentiam Vestram ita existimare cupimus, inter ea, quæ in his itineribus nostris grata nobis acciderunt, non postremum fuisse, quod cum Magnificentia Vestra amicitiam contrahere nobis licuerit, homine quum propter eximias animi dotes, tum etiam propter auctoritatem, qua merito suo apud potentissimum regem, Dominum nostrum clementissimum, plurimum valet, in regno isto nulli secundo. Ac sicut non dubitamus Magnificentiam Vestram in ea sua benevolentia erga nos perseveraturam, ita rogamus, ut Magnificentia Vestra omnino sibi persuadeat nos amicitiæ et observantiæ nostræ erga Magnificentiam ~~ejus~~ Vestram, tota vita sanctissime culturos esse. Quod quidem ut Magnificentiæ Vestræ testaremur, has literas ad eam mittere voluimus, quas ut eo animo, quo a nobis proficiscuntur, amicissimo scilicet accipiat, Magnificentiam Vestram etiam atque etiam rogamus. Quod reliquum est, Magnificentiam Vestram recte valere, et omnibus rebus diu felicem et florentem esse optamus, et petimus, ut Regiæ Majestati, Domino nostro clementissimo, diligenter nos commendet. Datum Regiomonti, die 20 maii, anno Domini 1578.

Magnificentiæ Vestræ observantissimi:

Abraham Bock.

Andreas Pauli.

CXI.

Rex Sveciae ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Joannes tertius Dei gratia Svecorum, Gothorum, Vandalorumque Rex, Serenissimo principi, Domino Stephano eadem gratia Regi Poloniae, etc., fratri, affini et amico nostro charissimo, salutem, benevolentiam, et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime princeps, frater et affinis charissime. Reddidit Nobis binas ~~literas~~ Serenitatis Vestrae literas tabellarius noster, unas 4 aprilis, secundas 10 ejusdem mensis scriptas. Prioribus videmus responsum ad ea, quae toties ante petivimus, in aliquot dies differri, quod certum et definitum, ut prius expectavimus, sic nunc quoque expectamus. Posterioribus literis Serenitas Vestra Nobis de rebus maximi momenti gratulatur, et propterea Nos gratias agimus, et optamus ut Serenitati Vestrae omnia optata et felicia contingant. Caeterum et haec, et si quae alia sunt, exponet Serenitati Vestrae plenius Dominus Antonius Possevinus, cui, quia vir est ingenio et pietate singulari, vehementer ~~cupiis~~ cupimus a Serenitate Vestra plenam et indubitatam fidem adhiberi. Deus Opt. Max. Serenitatem Vestram diu salvam et incolumem servet. E regia nostra Stockolmia, die 15 maii, anno ~~Domini~~ Christi 1578, regni nostri decimo.

CXII.

Regina Sveciae ad Regiam Majestatem.

Catharina etc. Serenissimo principi, Domino Stephano etc. fratri, affini et amico nostro charissimo, salutem, benevolentiam, et adversus barbaros communes hostes victoriam, omnisque felicitatis perpetuum incrementum.

Serenissime princeps, et affinis charissime. Quum Nobis nihil prius aut antiquius sit vetusta nostra amicitia, et fraterna nostra conjunctione, nec vellemus illam unquam [ulla] ratione infringi, sed potius mutuis officiis in dies augeri, mittimus ad Serenitatem Vestram praesentium exhibitorem, Dominum Antonium Possevinum, qui ut est utriusque nostrum dignitatis et incolumitatis studiosissimus, ea nostro nomine est acturus, et, ut speramus, transacturus, quae ad nostrum et Serenitatis Vestrae commodum et emolumentum pertinebunt. Quare plenam et indubitatam fidem ejus viri, praedocti et pii, relationi a Serenitate Vestra adhiberi mirum in modum cupimus. Cui Serenitati Vestrae omnia precamur felicissima. E regia nostra Stockolmia, die 15 mensis maii, anno ~~Domini~~ Christi 1578, regni nostri decimo.

CXIII.

List od iednego przyiaciela od dworu do Pana marszałka Koronnego (1).

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Co nowego u nas? W przeszły czwartek pisałem WMci, memu miłościwemu panu, przez Pana Żółkiewskiego, który do Poznania dla pieniędzy od Anszpacha iachał, ale krótko, ale podobno P. Żółkiewski o wszystkiem szerzey. Śmiejemy się z tych nowin y

CXIII. (1) Choć nie ma na to pewnego dowodu, sądząc atoli ze stylu i humoru listów jednego przyjaciela od dworu do marszałka Koronnego, Andrzeja Opalińskiego, których kilka w wyjątkach damy, zdaje się, że ich autorem był xiądz Jan Piotrowski, sekretarz królewski, który tak przyjemnie i dokładnie oblężenie Pskowa opisał.

fantazyy takowych o naszey tey brodze. U nas ieszcze o tem nic nie słychać, abyśmy gdzie iachać mieli (2). Bardziey o tem fantastykuiemy, aby Korczyński seymik (3) wedle myśli naszey doszedł. W ten przyszły czwartek bydź ma. Bieżał tam Pan wojewoda Podolski (Mikołaj Mielecki) niby na sądy swe, które mu tam prawie pod tenże czas przypadaią, ale w rzeczach naszych strenue ma operam navare suam, więc też y Pan Radomski (Jan Tarło) nasz iest tam y Pan Biecki (Mikołaj Firlej). Nie wiem tedy, przechrzcimy li te tam rycerze, a ów Pan w długiey brodzie nie będzieli tam z wichryi chciał. Z instrukcyą Pana Żarnowskiego posyłamy do nich, którą instrukcyą posłałbym WMci, memu miłościwemu panu, ale z dziwnych a trudnych kopiy samego IMci Pana kanclerza, tylko ieden przepisany iest exemplarz, który się posłał do Korczyna, który Pan Żarnowski obligował się zaś tu do kancellaryi odnieść. Będzieli się go kopia dostać mogła, z drugiemi rzeczami, ieśli które przypadną, nie omieszkam WMci, memu miłościwemu panu, posłać. Tak argute et enucleate sam Pan kanclerz napisał ią, że omnes ingenii nervos eo intendisse videtur, a nie wiem, będzieli ią Pan Żarnowski referować umiał, albo ta tam szlachta, czy zrozumie. Nic tedy ieszcze pewnego de ratione bycia tu naszego wiedzieć nie możem, póki po tym seymiku nie będzie, który kiedy in hanc, vel in illam partem skoczy, dopiero podobno consilia nostra explicare incipiemus.

Dzierżek z Konstantynopola list przyniósł: każą dań dać Tatarom, każą się continere in officio na granicach, alias fukaią, grożą. Pan Struś dowiedział się z ięzyków, że cesarz Turecki cara Perekopskiego za kierelbaszę (4) pisze, y posłał mu upominki niemałe, aby tam chętniey iachał. Powiadaią też, że ich część ma iść na Moskwę, toż y Dzierżek powiada.

Do starost wszystkich tu województw, Wołyńskiego, Bełzkiego, Ruskiego, Podolskiego, Bracławskiego, y do panów wszystkich rozpisaliśmy listy, aby iako nayrychley tu byli dla iakieyś potrzeby. Quid hoc sibi vult, nie wiem.

Pan Wileński (Jan Chodkiewicz) kilka dni temu przyiechał tu z Panem Żmudzkim (Mikołajem Talwoszem). Marya matko Boża! toć Pan Wileński iakoby nie on, albo choroba, albo frasunek go wysuszył, nec carnem, nec sanguinem habet, ledwieśmy tu go poznali. Onegday przez trzy godziny miał u króla privatam audientiam z panem naszym. Datum ze Lwowa, 19 maii anno Domini 1578.

---

(2) Niechętni królowi rozgłaszali, że król ze wziętemi od Anszpacha pieniędzmi, choć je na woynę z Gdańszczany wydał, miał ze Lwowa do Węgier uiechać.

(3) Obacz instrukcyą na ten sejmik, na 22 maja zwołany, Janowi Tenczyńskiemu, kasztelanowi żarnowskiemu daną.

(4) Za swego namiestnika w wojnie z Persami.

CXIV.

Antonius Possevinus ad regem Sveciæ.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Is est Sanctissimi Domini Nostri erga Majestatem Vestram animus, ea voluntas et paterna charitas, illud vicissim Majestatis Vestræ erga Sanctam Sedem Apostolicam studium et pietas, et observantia, ut mihi res Majestatis Vestræ æque atque ipsius Sanctæ Sedis Apostolicæ esse debeant quam maximæ curæ. Qua in re equidem non patior officium meum ab aliquo desiderari. Scripsi non ita pridem Majestati Vestræ, quæ de ejus negotiis egeram cum Serenissimo Poloniæ rege, quodque ab ejus Majestate responsum tuleram: id certe fuit ejusmodi, ut ad utriusque Majestatis rationem et dignitatem optari non potuerit magis accommodatum. Ex concordia enim et conjunctione duorum regum, qui opibus, virtute et sapientia plurimum valent, sperandum est, utriusque regnum sic auctum et propagatum iri, ut, omnibus impedimentis facile superatis, possit, Deo juvante, aliquando jugum [injicere] feris atque immanibus christiani nominis hostibus, cum totius christianæ Reipublicæ incolumitate et ornamento, cumque summa et immortali utriusque principis laude. Huic autem rei non parum fortassis afferet difficultatis debitio dotis et pecuniæ mutuo datæ, quam Majestas Vestra multis abhinc annis recuperare non potest. Nec Majestati Vestræ, opinor, olim defuerunt, neque in præsentia rationes desunt summæ totius recuperandæ: sed Majestas Vestra pro sua pietate et singulari prudentia maluit cum rege affini, et amica Republica, placide et amice, quam vel jure, vel vi etiam agere: novit enim quantum ex christianorum principum dissensionibus barbarorum opes, animique creverint: novit quam brevi evertere soleat vicinorum regum opes discordia et contentio. Non dubito Majestatem Vestram nunc sui similem fore erga hunc Serenissimum regem, a cujus amicitia et benevolentia non minora commoda consequi fortasse poterit, quam ab ullo alio Polonorum rege unquam expectavit.... Et princeps apertus, et magno animo præditus in ea cogitatione maxime versatur, ut christianæ Reipublicæ propemodum afflictæ pro viribus opem ferat. Atque ad id, ad utriusque regis et regni amplitudinem, videt societatem cum Majestate Vestra fore inprimis necessariam. Optat ~~itaque~~ igitur quam celerrime eam contrahere, et arctissimis ac perpetuis amoris et conjunctionis vinculis astringere. Quod autem in debito hujus Reipublicæ solvendo nunc præstare non potest, in eo confidit, se initurum eas rationes, quibus Majestatis Vestræ desiderio cumulatissime satisfiat. Si igitur post annos sexdecem pene elapsos, unius aut alterius anni decursus etiam expectetur, fraternum, ut spero, et amicum regis animum re ipsa experietur Majestas Vestra, quæ meminerit, obsecro, nunc sibi non cum Ordinibus regni tantum, sed cum rege suo, studiosissimo et amantissimo [æquitatis], transigendum esse: æquo igitur animo ferenda est tam exigui temporis jactura. Sed hæc omnia magis intelliget Majestas Vestra ex Magnifico Andrea Lorichio, ejus oratore in Sveciam proficiscente, qui negotia Majestatis Vestræ, ut omnium est opinio, quemadmodum summa fide, cura, vigilantia et dexteritate in Polonia gessit, ita brevi, quod ex re Majestatis Vestræ arbitror esse, reversurus, ad optatos exitus facile perducere poterit,

non sine maximo commodo Majestatis Vestræ, cui felicissimos rerum omnium successus a divina bonitate contendo. Datum Varsaviæ, die 20 maii, anno Domini 1578.

CXV.

Idem ad reginam Sveciæ.

Etsi magnus, Andreas Lorichius, Majestatis Vestræ orator, in Sveciam brevi transmissurus, coram, quæ hic gesta sunt, Majestati Vestræ planius exponet; postulat tamen mea erga Majestatem Vestram singularis observantia, ut ei his quoque literis significarem, in ipsis Majestatis Vestræ negotiis nondum eo quidem ventum esse, quo sperabamus, studium vero Serenissimi Poloniæ regis eo usque progressum esse, ut, quum eadem negotia ob temporum difficultates aliquantisper differre cogatur, tamen suas ipsius rationes Serenissimæ Sveciæ regis conjugis, Majestatis Vestræ rationibus nunquam anteferendas existimet, plurimaque cum eodem Serenissimo rege vincula summæ conjunctionis ardenter cupiat, tantum abest, ut ex eo, quo ambo astricti sunt, laxari aliquid velit. Sum autem ea spe, Majestatem Vestram, cujus curæ omnes post Dei immortalis gloriam, ad Serenissimi ipsius conjugis commoda referuntur, facturam pro christiana pietate et caritate, ut eam negotiorum dilationem æqui boni faciat, quum præsertim reliqua ex hujusmodi conjunctione ad optatos exitus celerius perducerentur. Plura ne scribam, facit idem magnus orator, qui res Majestatis Vestræ et accurate, et diligenter gessit, et omnia facilius solertia, industria ac dexteritate, qua Serenissimi hujus regis gratiam, atque omnium regni Ordinum benevolentiam sibi conciliavit, conficere poterit. Quod reliquum est, Majestati Vestræ a divino numine omnis precor felicitatis incrementum. Datum Varsaviæ, die 20 maii, anno Domini 1578.

CXVI.

Uniwersał o kole pieszych, dan we Lwowie roku 1578 (1).

(1) W Pamiętnikach do historyi króla Stefana, etc.

CXVII.

Acta commissionis in ducatum Prussiæ missa.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. II.
Bibl. Kórnicka.

Literis a Regia Majestate, commissione item et instructione acceptis, in Prussiam 16 aprilis discessimus. Præmisimus autem servitores, qui adventum nostrum Illustri Domino marchioni nuntiarent. In civitatibus et oppidis Prussiæ admirationi fuimus omnibus, quod proficisceremur; jam enim fama pervagata fuit non venturos amplius commissarios esse, quam nescio quis sparserat, quasi marchioni non amplius opus esset commissariis ad ducatus possessionem consequendam. In itinere literas iterum a marchione accepimus, ne iter ~~prosequamur~~ arripiamus, priusquam ipse nobis significaverit, sed illis audientes non fuimus, iterque susceptum prosecuti sumus.

Regiomontem venimus 23 die aprilis: obviam venientibus processerunt tres consiliarii Illustris Domini marchionis, qui nos salutarunt, et adventum felicem nomine Domini marchionis gratulati sunt. De hospitiis in civitate certiores fecerunt, excusarunt etiam, ne moleste feramus, quod in arcem hospitum, et potissimum legatorum Germaniæ habitatione occupatam, hospitio excepti non fuerimus, commemorarunt adventum nostrum Illustri Domino duci esse gratissimum. In hospitium deducti ubi venimus, mox alii consiliarii nos a duce salutatum veniunt, et eadem quæ priores nobis nuntiarunt. A prandio ejusdem diei Saxonici et Brandeburgenses nos quoque salutarunt, et nonnulla commemorarunt, quæ auctoritate commissariorum perfici opus esse aiebant, de quibus se alio tempore nobiscum communicaturos esse dixerunt.

In crastino misimus ad marchionem, qui diceret ipsi velle nos in arcem eum convenire et initia commissionis mandatorumque regiorum facere, ipsum salutare, hoc idem quoque facere duci valetudinario et ducissæ: significaret nobis qua hora commodum hoc esset agere, et

et sententiam suam nobis explicaret, si prius ipse, an vero Dux Æger salutandus esset, ipsique mandata regia exponenda. Quæ ubi dicta sunt illi, convocavit ad se Saxonicos et Brandeburgicos oratores, et collocutus cum illis respondit, se misisse consiliarios suos ad Dominos commissarios, qui de his et de aliis rebus ad se pertinentibus cum illis tractarent et transigerent: ubi reversi fuerint, iterum de his omnibus declaraturum se promisit Dominis commissariis sententiam suam. Sub id autem fere tempus venerunt D. Prantnerus, et quidam Brandeburgicus petitum a nobis, ut de negotiis Domini marchionis liceat illis consultationes habere nobiscum, et de quibusdam rebus transigere. Horam autem ad id assignabant nonam. Respondimus, prius nos oportere videre duces, et cum illis mandata Regiæ Majestatis communicare, eos etiam salutare. Non videri autem æquum, ut non visis, neque salutatis ducibus, cum aliis etiam, et non cum ipsis potius res istas communicemus. Quæ ubi relata sunt marchioni, confestim is ex arce descendere et recta ad commissarios visendos venire nuntiatur. Venit is in hospitium Domini episcopi, ubi omnes commissarii adfueramus, cui obviam processimus, ipsumque salutavimus. Ubi quievisset, ipsius nomine salutavit nos Saxonicus orator Andreas Pauli, gratulatus est felicem adventum, excusavit quod in arce hospitia data non fuerint, eo quod fuissent occupata, et ducissa de suis cameris satis amplis migrare noluerit. Rogavit ut boni consuleremus, si commeatu non ita, ut dignum esset, provisi fuerimus iniquam hic rerum omnium conditionem esse, commeatus summam inopiam. Obtulit deinde benevolentiam suam, sed inprimis gratias egit Sacræ Regiæ Majestati, pro cura et sollicitudine paterna rerum suarum. Respondimus per Dominum episcopum pro temporis et rerum necessitate ad omnia. Conclusum deinde est, ut initium faciamus expediendarum rerum, cui rei utrique assignata est hora tertia die eadem. Ita discessit marchio, quem ante fores usque comitati sumus. Paulo post misit marchio percunctatum, quomodo placeat Dominis commissariis legationem exponere, secretone an vero præsentibus quoque illis, quorum interest. Re

Respondimus: nos nihil secreti dicturos esse, fore autem ex majori dignitate Illustris Domini marchionis, ubi publice legationem exponi audiet, et ita nos etiam facere volumus, siquidem non privati ad res privatas agendas huc venimus.

A prandio venerunt aliquot consiliarii a Domino marchione, deducturi Dominos ~~consiliarios~~ commissarios in arcem, quo ubi venimus, expectabat nos ipse marchio in porta inferiori palatii sui cum Saxonicis et Brandeburgensibus, et paucis aliquot consiliariis Prussiæ, humanissimeque susceptos deduxit usque in superiorem palatii cameram, ubi senatus congregari solet. Ibi mox Dominus episcopus, salute et gratia Regiæ Majestatis Domino marchioni nuntiata, literisque fidei redditis, verba in eum modum fecit. –

CXVIII.

Oratio Dominorum commissariorum ad Illustrem Dominum marchionem Georgium Fridericum ducem et gubernatorem in ducatu Prussiæ designatum.

„Illustrissime princeps et Domine.

„Sacra Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, Illustritatem Vestram per nos salutat, incolumitatem ipsi et rerum omnium prosperitatem ex animo precatur, gratiam et benevolentiam suam, et ea omnia defert, ex quibus regis benigni, benevolique affinis officium Illustritas Vestra liquido perspicere possit. Has autem ipsius Majestatis literas Illustritati Vestræ offerimus.

„Illustrissime princeps! quo sit animo et benevolentia erga Illustritatem Vestram Serenissimus rex noster, quantum sibi sumpserit, et ~~sincere~~ sumere cupiat, etiam studii et operæ semper in declaranda sua erga Illustritatem Vestram gratia et benevolentia, non est opus, ut verbis illud longioribus explicemus. Est id notum Illustritati Vestræ, quæ apud Regiam Majestatem benevolentiæ fama complevit universum hoc regnum, ut videant et agnoscant omnes Illustritatem Vestram amore et benevolentia primas, dignitate et auctoritate secundas sibi partes apud Re=

Regiam Majestatem in hoc regno vindicavisse et assumpsisse. Hoc omnes, qui virtutes Illustritatis Vestræ, qui splendorem familiæ, qui magnitudinem animi intuentur, Illustritati Vestræ gratulantur, atque ut eam rem felicem et diuturnam velit esse, Deum Opt. Max. precantur. Quum igitur tanta sit Sacræ Regiæ Majestatis, Domini nostri clementissimi, erga Illustritatem Vestram propensio, tantus amor et benevolentia, gratum fortasse nuntium Illustritati Vestræ etiam nunc adferimus, nos huc ablegatos esse a Sacra Majestate Regia, ut si quid amplius ad testificandam et declarandam hujus tantæ gratiæ et benevolentiæ significationem requiratur, habeat nos Illustritas Vestra, absente Regia Majestate, vicarios, operaque nostra utatur in augenda, ornanda, stabilienda dignitate et auctoritate Illustritatis Vestræ. Ita nos ablegavit S. Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, ut potestatis suæ regiæ fasces nobis tradiderit, ita quidem proferendos, ut potestas ea non alium finem respiciat, quam dignitatem, salutem, incolumitatem hujus provinciæ, cujus est Illustrissima Celsitudo Vestra dux et gubernator constituta. Credimus municipales istos Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ, et inprimis Sacræ Regiæ Majestatis, Domini nostri clementissimi, auctoritatem secutos, ad ea consilia sequenda, quæ illis jampridem nota sunt, propensos factos esse. Ut igitur ea res effectum suum sortiatur, mutuis est nobis cum Illustrissima Celsitudine Vestra consiliis utendum, quæ ubi nobiscum Illustrissima Celsitudo Vestra communicaverit, dabimus operam, ut in omnibus rebus nobis a Sacra Regia Majestate commissis, rectum, competens et fidele Ill. Celsitudini Vestræ persolvamus officium."

Finita oratione, paululum recessit marchio ad consiliarios ibi tum præsentes, et consilio finito rediit, ipsiusque nomine Saxonicus orator respondit, gratam exstitisse marchioni S. Regiæ Majestatis salutationem et gratiarum denuntiationem: quod semper sibi de Regia Majestate pollicebatur, id nunc re ipsa expertum esse libenter fatetur, quum videat ipsius Majestatem ad ornandam dignitatem suam, et finienda hæc

hæc negotia misisse oratores et commissarios, tali dignitate, virtute et humanitate præditos, cum quibus libenter se dixit communicare ea omnia, quæ ad præsentem actum rite ac debite concludendum ac finiendum pertinebunt. Hæc et his similia longioribus verbis disseruit.

Interrogavimus deinde marchionem, an velit præsens esse legationi exponendæ apud ducem ægrum et ducissam, quam una eademque via absolvere volebamus. Respondit se id committere arbitrio nostro, quod vellemus facere ille id etiam facturus esset. Et quum nos deinde ad arbitrium suum id retulissemus, dixit, ut ~~ita~~ ipsi soli ~~ipsi~~ istuc eamus, et mandata Regiæ Majestatis exponamus, se interea domi suæ mansurum esse. Itaque recta ad ducem ægrum ivimus, quem a longe ad portam palatii sui nos expectantem animadvertimus, et datis invicem dextris, in palatium descendimus. = Cum eo erant omnes fere consiliarii Terrarum Prussiæ, quos superius cum marchione non vidimus: ubi quievissemus, Dominus episcopus in hanc sententiam ad ducem verba fecit.

CXIX.

Oratio Dominorum commissariorum ad Illustrem Dominum Albertum Fridericum ducem in Prussia.

„Illustrissime princeps et Domine.

„Sacra Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, Illustritatem Vestram per nos benigne salutat, gratiam et benevolentiam suam regiam defert, bonamque et prosperam valetudinem Illustritati Vestræ precatur, ut ea fretus, illa felicitate perfruatur, quam ipsius Majestas Illustritati Vestræ ex animo optat, tanquam rex et affinis multis nominibus Illustritati Vestræ propensissimus. Offerimus literas ipsius Majestatis Illustritati Vestræ.] Illustrissime princeps et Domine! Sacra Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, quum agnoscat suum erga Illustritatem Vestram officium tale quidem esse, ut Illustritatem Vestram non modo beneficiarii ducis, sed affinis, et pæne filii loco apud

se

habeat, pro eo quidem ac debet, hoc unum curat, ut hoc officium regale et plane paternum Illustritati Vestræ semper exsolvat. In eo vero non modo se ipsum et pietatem suam, sed alios ante se regnantes prædecessores suos, Serenissimos reges Poloniæ, imitatur, qui Illustritatem Vestram et secundum eam clarissimam istam, et toto orbe celeberrimam familiam Brandeburgicam ita charam habuerunt, ut eam non modo sanguinis et amicitiæ vinculis, verum etiam beneficiorum humanitate suam et regni sui esse voluerunt. Quum igitur intellexisset Illustritatem Vestram adversa valetudine aliquantum impeditam non posse suis, ducatusque sui rebus ita advigilare, et animo attendere, ut gubernationis suæ fructum non modo ipsa Illustritas Vestra, verum et subditi ipsius percipere minime valeant, faciendum sibi esse putavit, ut hoc gubernationis officium ita commodum Illustritati Vestræ efficeret, ut omnia quidem, quæ ad Illustritatem Vestram pertinere posse judicarentur, tanquam dux habeat, nihil præterea molestiæ capiat ex hac difficili, et his temporibus valde periculosa ducatus administratione: in ea vero Sacra Regia Majestas et valetudini Illustritatis Vestræ, et ducatus ipsius incolumitati, prospectum esse voluit. Animum enim Illustritas Vestra a curis et sollicitudinibus vacuum et liberum habens, facile, quod a Deo precamur, valetudinem recuperare potest, et provincia ipsa non ab alieno, sed a suo, non a gubernatore, sed a duce, attamen uti a gubernatore gubernabitur. Quæ gubernandi ratio ita est adtemperata, ita accommodata, ut secundum leges, pacta, consuetudines, omnia facta, scripta, constituta esse intelligantur. Est autem hujus gubernationis dux et gubernator constitutus Illustrissimus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis, Illustritatis Vestræ patruelis, cognatus, frater, natura, consilio, animo conjunctissimus, qui non tam curatoris, quam sollicti patris officium Illustritati Vestræ persolvet. Prospectum deinde est Illustri ducissæ, conjugi Illustritatis Vestræ charissimæ, ut omnibus, quæ ad eam merito spectare debent, perfruatur, et majora etiam

etiam ab Illustrissimo duce et curatore speret ac expectet. Prospectum provincialibus omnibus, ut eorum omnia jura et privilegia salva permaneant, et quod majus est, quod illis moestis defuit, rempublicam, quę a multis non tam gubernari, quam deseri solet, in unius hominis, et ejus quidem, qui prudentissimus est semper judicatus, curam et sollicitudinem videbunt esse depositam, ut quietius optata felicitate in patria perfruantur. Hęc nos, Majestate Regia providente, et omnia in bonum finem ordinante, ad Status et Ordines referemus. Operam autem dabimus, ut neque in hac, neque in alia quavis re Majestatis Regię, aut etiam nostrum Illustritas Vestra desideret officium."

Finita oratione, potestatem discedendi et colloquendi petierunt, et in cameram discesserunt, ubi diu non morati, egressus dux cum consiliariis, et ipsius nomine Zakius consiliarius respondit, gratissimo dicens animo accepisse ducem salutationem et gratię regię studiorumque et officiorum denuntiationem. Agnoscebat semper clementer et paterne Regiam Majestatem secum agere: hoc in multis benevolentię argumentis expertus est, sed non minus in hac curationis et administrationis ducatus Prussię consignatione experitur, quod ipsius Majestas ęgrę valetudinis suę ratione habita, quum videret ducem non usque adeo posse ducatus sui gubernationi attendere, curatorem ipsi Illustrem Dominum marchionem, fratrem suum charissimum assignavit, pro quo Sacrę Regię Majestati summas agit et habet gratias, vel eo nomine etiam plurimum, quod in hujusmodi curatione, quemadmodum intellexit oratione Dominationum Vestrarum, spectatur salus et incolumitas istius provincię, quam sibi charissimam habet, et merito habere debet Illustrissimus dux. Cautum praeterea juribus et prærogativis Illustris Domini ducis, et Illustris ducissę. Ratio etiam habita jurium et privilegiorum ipsius ducatus, ita ut credat Illustris dux Regiam Majestatem omnia prudentissime circumspexisse et providisse, ne cui ea res damnum et prajudicium adferat, unde Illustris dux optat, et a Deo Opt. Max. precatur, ut hæc Regię Majestatis cura et sollicitudo felicibus auspiciis suscepta, felicioribus etiam terminetur, omniaque

omniaque dirigantur ad laudem Dei Opt. Max. et regni, ac hujus provinciæ, quæ regni quoque membrum est, salutem et incolumitatem, ut ita ex susceptis hisce consiliis perpetuum et gloriosum nomen ferat ipsius Majestas, et apud subditos suos eo nomine referat æternam et nullis seculis intermorituram laudis et gloriæ memoriam. [Hoc finito discessit dux, et nos paululum expectare jussi, ducissam deinde ex eadem etiam camera exeuntem salutavimus, et Dominus episcopus in eam sententiam ad ipsam verba fecit. Adfuerunt autem præsentes ipsi Ducissæ omnes illi consiliarii Prussiæ, qui etiam Duci ~~inter~~ ad fuerunt.

CXX.

Oratio Dominorum commissariorum ad Illustrem Dominam Mariam Leonoram Ducissam in Prussia –

„Illustris princeps et Domina.

„Sacra Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, Illustritatem Vestram salutat, ipsique omnia fausta et felicia precatur, et optat, ut omnia ipsi veniant ex animi sententia. Literas ipsius Majestatis Illustritati Vestræ offerimus. [Illustris princeps et Domina! Quem dolorem habeat Serenissimus rex noster ex adversa valetudine Illustris in Prussia ducis, conjugis Illustritatis Vestræ charissimi, jam pridem hoc testatum fecit Illustritati Vestræ, quum per literas, tum per nuntios suos. Hoc etiam tempore non putavit prætermittendum esse, quin eundem dolorem, jam dudum in animo conceptum, per nos etiam apud Illustritatem Vestram testaretur, et cupit quidem, ut Illustritas Vestra intelligat eam præcipuam causam esse, quam propter Regia Majestas de ordinanda Ducatus Prussiæ gubernatione consilia susceperit talia quidem, quæ neque Illustri Domino duci, neque Illustritati Vestræ, neque provinciæ ullum sint allatura præjudicium. Et enim in hac adversa valetudine conjugis Illustritatis Vestræ, quum ægre (his maxime periculosis temporibus) ipse per se officium suum tueri posset, auxiliarium et ducem optimorum consiliorum adjunxit ipsi Illustrem Domi–

num Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, ita quidem, ut illi non tam curatoris, quam solliciti patris loco sit semper futurus. Quæ res eo nomine grata etiam esse debet Illustritati Vestræ, quod videbit Illustrem ducem, conjugem suum charissimum, hisce curis et sollicitudinibus liberum factum, alium quoque pro se laborantem, valetudini recuperandæ facilius intendere, ac demum recuperata (quod faxit Dominus) vigilantis ducis officia Reipublicæ persolvere posse. Quod Illustritatem Vestram attinet, etsi credit Illustrem Dominum ducem, marchionem Brandeburgensem, omnia boni affinis et cognati officia Illustritati Vestræ declaraturum esse; tamen ut suo regali officio ea quoque in parte satisfaceret, ita sane providit, ut Illustritatis Vestræ omnia jura sarta et tecta permaneant, neque ulla in re minuantur; quinimo augeantur, id quod specialibus mandatis suis nobis Regia Majestas commisit, ut cum Illustrissimo Domino marchione Brandeburgensi agamus ac efficiamus, ut negotia Illustritatis Vestræ Illustris Dominus marchio habeat commendatissima, qua de re Illustritatem Vestram alio commodiori tempore certiorem faciemus. In his igitur et aliis etiam rebus, in quibus gratiam et benevolentiam S. Regiæ Majestatis Illustritas Vestra experiri, operaque et auctoritate nostra uti velit, promptos ac paratos nos Illustritati Vestræ offerimus."

Finis ubi dicendi factus est, secessit etiam in ulteriorem cameram palatii ducissa, quam omnes consiliarii secuti sunt, et aliquantum istic morata, egressa est, ipsiusque nomine responsum dedit ipse Laxius ~~consiliarius~~ cancellarius, in eam sententiam, multa dicens argumenta gratiæ et benevolentiæ regiæ exstitisse erga Illustrem ducissam S. Regiæ Majestatis, sed hoc

non postremum esse, quod in hoc suo, ob ægritudinem conjugis sui charissimi dolore, ipsius Majestas eam consolari solita sit, ex quo illa non mediocre solatium percipit. Quod autem hoc fecerit etiam nunc per Dominos commissarios, viros gravissimos, tanto magis eam ob rem se debere Regiæ Majestati testatur, quod videat animum Regiæ Majestatis erga se propensissimum et gratiosissimum. Gratias igitur immensas habet Regiæ Majestati, Domino suo clementissimo, quod in hoc mæsto rerum suarum statu hoc etiam provideat, ut dignitas Illustrissimæ ducissæ sarta et tecta permaneat, Dominum Deum pro ipsius Majestatis incolumitate et felici imperio precabitur. In reliquis deinceps rebus, ad optatum finem deducendis, non dubitat ipsius Majestatem rebus tam Illustris ducis mariti sui, quam etiam suis propriis ita consulturam esse, ut ex eo immortale a Domino Deo præmium referat ipsius Majestas, et a se perpetuam observantiæ memoriam. A Dominis commissariis hoc idem etiam expectat, neque dubitat eos, quod verbis explicarunt, re ipsa etiam comprobaturos esse. His ita dictis et gynæceo salutato discessimus.

In crastino (25 aprilis) veniunt ad nos mane Saxonici cum Brandeburgensibus petitum nomine marchionis, ut ipsis omnia capita legationis exponamus, et cum ipsis conferamus de modo et ratione tractandi, et ad exitum deducendi hoc negotium administrationis, pro Domino marchione institutæ: illum quidem heri intellexisse generatim multa in hoc negotio exposita esse, et postulavisse etiam Dominationes Vestras, ut Illustris Dominus marchio sua in hoc negotio cum Dominationibus Vestris communicaret consilia, ut in quo statu res sint, D. Vestræ scire possint, ac deinde facient ea, quæ ad officium suum pertinere intelligerent. Eam ob causam se huc etiam a marchione ablegatos esse, ut si quid esset, quod commissarios scire oporteret, illud communicarent cum eis, et significarent quo in statu res sint

Domini marchionis cum Statibus et Ordinibus ducatus Prussiæ.
Quæ ubi dicta sunt ab illis, secessimus in aliam cameram, et invicem collocuti, mirati sumus quid sibi hoc velit et quo consilio faciat marchio, quod arbitris Saxonibus et Brandeburgensibus agat omnia ~~non~~ ita, ut diceret, ~~ex~~ extraneorum auctoritate, non cujus vis alterius, ducatum regere velle marchionem. Hæc enim tacite ipsi Pruteni querebantur, nosque ea ex rumore populi fidisque hominibus perceperamus. Iniquum etiam nobis videbatur et minus dignum auctoritate nostra, ut communicemus negotia regni cum alienis, ut pote Saxonibus et Brandeburgensibus, qui non essent de corpore provinciæ et nulla re neque regno, neque provinciæ obligati. Inquirebamus etiam causas et rationes, qui fiat, quod marchio omnia per Saxonicos agebat, responsa dabat, provincialium neminem, neque consiliariorum, neque incolam in consilium adhibebat. Ea res offensionem populis illis magnam faciebat, sciebant enim ipsos neque oratores ducum suorum esse, et si fuissent, illorum officia certis limitibus rerum agendarum conclusa esse, ita quidem ut illos non deceat in aliena Republica curiosos esse. Offendebat ea res maxime provinciales, sed metuebant de his marchionem admonere, erant enim inter eos simultates et discordiæ maximæ. Quidam enim marchionis partes tuebantur, et in his erant pauci ex nobilitate, civitates autem fere omnes, quæ regentium odio maximo flagrabant. Quidam duci ægro adhærebant, et administrationem sive curationem marchionis oppugnabant, multa contra eam dicentes, eamque in multis corrigi ac emendari cupientes. Agebat rem suam ducissa, non negligebant causam suam regentes. Nobilitas cum civibus mutuis contentionibus certabat. Hæc omnia ita esse quum intellexissemus, et vidissemus negotia marchionis difficulter apud Ordines procedere, agi etiam de dignitate Regiæ

Majestatis et auctoritate commissariorum, quibus præsentibus tumultuarentur hominum animi, tum etiam non satis dignum existimabamus esse, ut quis alius, et maxime peregrinus, nobis præsentibus, de republica provinciæ illius consultet, omniaque consilia dirigat, et ducatus negotia administret. Ita de his rebus amplius deliberandum nobis esse putavimus, Saxonicisque respondimus, rem ab Illustri marchione propositam esse non exigui momenti, quæ ampliori deliberatione opus habeat. Deliberati igitur, promisimus responsum per unum ex suis marchioni remissuros esse: sic illi discesserunt.

Nos autem rebus omnibus ad consultationem revocatis, quum videremus multa simultatibus et ambitione privatim inter Status excitari, et fremere alios contra regentes, alios eos defendere, et non mediocrem in negotiis Reipublicæ confusionem esse, utendum nobis esse putavimus hisce consiliis. Primum quidem quasi ignari eorum, quæ inter ipsos agebantur, auctoritatem commissorialem publicandam, et secundum eam potestate nobis commissa utendum, decreta regia exsequenda, possessionem administrationis ducatus, vigore decreti et homagii, marchioni tradendam, de controversiis inter Status et marchionem ad nos referendis nostram de his sententiam et declarationem audiendam, et alia omnia, quæ ad salutem et incolumitatem provinciæ spectarent, auctoritate regia statuenda et providenda, ut tam marchio, quam provinciales, ceterique intelligerent, nullum alium quam superiorem Dominum ejusque auctoritatem in componendis controversiis statuendoque illius dominio valere debere. His ita constitutis, de responso deinde dando deliberavimus, et placuit illud in scriptis dari, ut tanto melius ipsis pateat voluntatis nostra ratio. Conclusimus etiam,

~~dare~~ ut nobis quoque illi in scriptis dent†

omnia, quæ cum illis acturi et dicturi sumus vel essemus. Quum jam responsum in scripturam esset relatum, et id negotium injunctum esset Domino Goslicki, ut illud ad marchionem in arcem usque deferret, ecce iterum a marchione venit Prantnerus jurisconsultus, commemorans marchionem huc misisse antea ad Dominos commissarios aliquot ex consiliariis suis, ut ipsis dicerent reliqua legationis S. R. Majestatis capita, et alia item, quæ ad hoc negotium administrationis pertinerent. Expectat igitur ejusmodi responsum, quod Domini commissarii per suos Illustri Domino marchioni dare promiserunt, verum percunctabantur, an circa illud responsum, et legationis capita explicanda, debeant præsentes esse Illustris Domini ducis Saxoniæ, tum etiam electoris Brandeburgensis oratores, quibus hic marchio tanquam amicorum suorum consiliariis utitur. Respondimus ad X

[Quum is discessisset, iterum convenimus, et re in deliberationem proposita, mirati sumus unde marchio cognovisset nos de eo locutos esse, et ita conclusisse, ne cum alio quopiam, præter marchionem et provinciales, negotia ducatus tractemus, et consilia R. Majestatis pandamus, eam vel maxime ob causam, quod isti Majestati Regiæ et regno fidem et animos gerunt obligatos. Conclusimus igitur perquam modeste illi et leniter respondendum esse. Nos non admodum attendere velle, quibus utatur consiliariis Illustris D. marchio, neque officii nostri esse aliqua eos censura notare, scire Dominum marchionem officium suum erga Regiam Majestatem et regnum quale sit, et secundum hoc consilia sua directurum esse, videri tamen ex dignitate et utilitate istius provinciæ, videri ex ipsius Domini marchionis officio, ne, dum privatis consiliariis utitur, rejiciat etiam consiliarios hujus provinciæ, sed potius eorum opera et consilio ~~et opera~~ utatur, ne his rerum initiis spretos et contemptos, aut alicujus sceleris et fraudis suspicioni obnoxios esse aliquis judicet: convenire hoc et

X ea, nos etiam deliberaturos esse et declaraturos D. marchioni sententiam nostram per aliquem, quem cum responso ad ipsius Illustritatem ablegaturi sumus. Hic autem in arce aderit apud D. marchionem hora tertia post prandia.

legibus et libertatibus hujus provinciæ, cujus dux et caput est constitutus D. marchio, ne peregrinis, potissimum vero in publicis negotiis, utatur consiliariis, si forte suspectos sibi esse putaret, haberet privatim quibuscum conferat, neque committat, ut in publicis consessibus præferat alienos, suos vero non admittat et contemnat. Nos etiam commissarios non decere, ut negotia publica regni communicemus cum illis, quos non existimamus ex corpore regni esse, talia enim accidere possint, quæ sciri non debeant, nisi a suis: itaque in posterum ut hac cautione utatur Illustris Dominus marchio, rogari, et in memoriam revocare jussus est, quod paulo ante consiliis extraneorum factum fuisset in Prussia, Alberto seniore duce in senecta existente. Hæc et his similia D. Goslicki ad marchionem verbotenus retulit: responsum item, his omissis, quæ ad negotia curationis non pertinebant, in scriptis duci obtulit ea forma verborum.

CXXI.

Capita commissionis et legationis Dominorum commissariorium Illustri Domino marchioni oblata.

Ad ea, quæ Illustrissima Celsitudo Vestra per consiliarios suos significavit, cupiens scire, si quæ adhuc capita sint mandatorum nostrorum, quemadmodum ea esse ex literis S. Regiæ Majestatis nuper acceptis intellexit, ut ea Illustri Celsitudini Vestræ explicaremus, id nobis faciendum esse putavimus, ut ita negotia hæc tanto facilius expediri ac terminari possint. Ita igitur Ill. Celsitudini Vestræ respondemus. Primum quidem parati sumus ea omnia quam primum expedire, ad quæ expedienda sumus ablegati, quæ sunt ejusmodi, quemadmodum heri Ill. Celsitudo Vestra intellexit, ut scilicet Illustritati Vestræ ex præscripto debitam gubernationem ducatus Prussiæ publicemus et assignemus. Quod igitur attinet ad capita commissionis nostræ (ut sincere, quemad-

modum convenit, cum Illustri Celsitudine Vestra aga-
mus), ea sunt in duplici ratione posita, quædam e-
nim pertinent ad ipsum gubernationis et curatio-
nis negotium, quædam autem non ita perti=
nent. Eorum quæ spectant ad administrationem
ducatus quatuor sunt capita. Primum quidem
caput est ipsa Illustris Vestra Celsitudo, cui deben-
tur ea omnia declarari, quæ sunt heri commemo-
rata, quæ etiam in decreto gubernationis præscrip-
ta sunt: ea, ut heri diximus, consilio Illustris Celsi-
tudinis Vestræ nos juvante, ad optatum finem cu-
pimus deducere. Secundum caput est Illustris dux
æger, cujus negotia eo spectant, ut in suo loco ea
omnia, quæ sunt in curationis decreto generatim descrip-
ta, permaneant, et in executionem cum consilio
Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ mittantur. Tertium
est Illustris ducissa, cujus item eodem modo, ut
est in privilegio expressum, jura conservari neces-
sum est. Hic vero commendari nobis jussa est per
Regiam Majestatem, quemadmodum latius
id postea faciemus, Ill. ducissa, ut Illustri Celsi-
tudini ipsius Vestra Celsitudo quasdam præfec-
turas solatii causa ad vitæ tempora concedat. Quar-
tum est Status et Ordines Prussiæ ducatus, ut il-
lis juxta mandatum Regiæ Majestatis ea quo-
que, quæ ad debitam gubernationis consigna-
tionem pertinent, exponamus. Quemadmodum
igitur sumus defuncti officio nostro in declaran-
da voluntate Sacræ Regiæ Majestatis et exponen-
dis his, quæ tempori conveniebant, tam Ill. Celsi-
tudini Vestræ, quam Ill. Domino duci et ducissæ,
ita volumus et parati sumus eo tempore, quoli-
bet Statibus exponere ea, quæ nobis a Sacra Re-
gia Majestate exponi jussa sunt. Et ista sunt,
quæ ad negotium gubernationis pertinent. Quæ ve-
ro capita commissionis alias res spectant, ea Ill. Celsi-
tudini Vestræ exponemus, absoluto prius hoc negotio
gubernationis, quod est majoris momenti, et sum-
mam rerum attingit. [Secessit in cameram mar-
chio cum consiliariis, quos adhibere solebat, et aliquan

tum istic moratus, exivit ac respondit, se intellexisse ea omnia, quæ ipsi essent a Dominis commissariis nuntiata, videre Dominos commissarios secum sincere procedere, quo nomine gratias illis agere, spem etiam habere certam, ~~fore~~, ut brevi hæc negotia, auctoritate Dominorum commissariorum accedente, finiantur. Ut tamen sententiam suam melius explicare possit in his, quæ ipsi essent a Dominis commissariis explicata sive proposita, sumpsit sibi tempus deliberandi ad diem crastinum, quo responsum promisit Dominis commissariis mittere per consiliarios suos. Interrogavit deinde D. Goslicki, quæ sit sententia Domini marchionis de convocandis Statibus et Ordinibus: respondit se etiam de eo deliberaturum, et una significaturum esse: ita ille dies consumptus est.

Mane summo, 26 aprilis, ubi jam commissarii ~~consiliarii~~ omnes in uno eodemque loco eramus, veniunt consiliarii privati D. marchionis, quibus intermixti etiam erant consiliarii Prussiæ! quod antea nunquam factum fuit: ~~fuerit~~: ita Saxo Paulus Andrea nomine marchionis responsum attulit, ac deinde in scripto ea, quæ dixit, nobis obtulit. Nos collocuti respondimus, esse nos in ea sententia, ut quædam ad hæc negotia curationis et administrationis pertinentia conferamus cum Statibus et Ordinibus harum terrarum Prussiæ, ut tanto melius voluntatem eorum agnoscamus de instituta ducatus administratione. Cupimus igitur ipsis Regiæ Majestatis mandata exponere, horamque ad id perficiendum assignari: convenit mox inter nos, et illo ipso die constituta est hora tertia post prandium. Responsum vero marchionis in scripto datum fuit tale.

"Reverendissime et Magnifici Domini. Illustrissimus princeps ac Dominus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis, in Prussia dux, intellxit heri ex Reverendo et Magnifico D. Goslicki mandata, quæ Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, Reverendissimo et Magnificis Dominationibus Vestris dedit, in duplici ratione posita esse: quædam enim ad curam hanc ducis in Prussia in ea invaletudine constituti, et gubernationem ipsius ducatus pertinere, quæ-

dam vero ab eo negotio aliena esse. Et hæc quidem quum a Reverendissimo et Magnificis Dominationibus vestris nondum exposita sint, suo loco, sua Ill. Celsitudo hoc tempore relinquit, illa vero quæ eo spectant, ut, quæ a Regia Majestate, Domino nostro clementissimo, suæ Celsitudini in decreto regio promissa sunt, sua Celsitudo re ipsa consequatur, et ita decretum regium executioni mandetur, quod in quatuor capita Reverendus Dominus Gostlicki distinxit. Quorum primum ipsam suam Ill. Celsitudinem, ut ea quietam et pacificam ducatus hujus possessionem habeat, secundum Ill. ducem in Prussia ægrotum, tertium ejus Illustritatis conjugem concernat, et quartum ad provinciales Prussiæ spectet, ut ii ad debitam obedientiam admoneantur. Et quantum quidem, ut de mediis primum agamus, ad secundum et tertium caput attinet, testatur sua Ill. Celsitudo, ut antehac semper fecit, se decreto regio hac in parte hactenus, quantum (fieri quidem) potuit, satisfecisse, et posthac quoque satisfacturam esse, et ita se gesturam, ut Ill. ducis ægroti nomine, nemo, nec Illustrissima etiam ducissa, vel mariti, vel suo etiam nomine, de sua Celsitudine merito conqueri possit. Ad præfecturas autem illas quod attinet, quas Illustrissima ducissa solatii loco ad tempus vitæ sibi postulat, sua Illustris Celsitudo expectat, quid ea de re Reverendissima et Magnificæ Dominationes Vestræ amplius expositura sint.

Ad primum et ultimum caput postea quod attinet, videlicet, ut sua Celsitudo Illustrissima quietam possessionem hujus ducatus adipiscatur, et ipsi provinciales ad debitam obedientiam admoneantur, sua Ill. Celsitudo antea et Regiæ Majestati, et Reverendissimæ et Magnificis Dominationibus Vestris significavit, provinciales pollicitos fuisse, se officium posthac facturos, et a fide et obedientia suæ Celsitudini debita recessuros non esse. Ut tamen hoc ipsum Reverendissima et Magnificæ Dominationes Vestræ ple-

nius intelligant, necessarium existimat sua Illustris Celsitudo, Reverendissimæ et Magnificis Dominationibus Vestris breviter exponere, quid sua Ill. Celsitudo in hoc conventu provincialibus proponendum curaverit. Quod ad hanc curam et gubernationem pertinet, et quid illi ad hoc responderint, id vero tale est: quum sua Ill. Celsitudo a Regia Majestate, Domino nostro clementissimo, post præstitum suæ Majestati juramentum, de ducatu hoc Prussiæ investita fuerit, et curam ducis ægroti et gubernationem ducatus jam susceperit, æquum esse ut provinciales vicissim jurejurando fidem suam suæ Celsitudini obstringerent, et ut id facerent, sua Celsitudo ab ipsis flagitavit. Reliqua, quæ proposita fuerunt, ut pote de constitutione rerum spiritualium et politicarum, collatione officiorum, institutione œconomiæ, conficiendo inventario, et rebus aliis, ad curam hanc et gubernationem non pertinent. Non vult igitur sua Ill. Celsitudo earum enumeratione Reverendissimæ et Magnificis Dominationibus Vestris molesta esse, quæ sine dubio, quum publice omnia acta sint, Reverendissima et Magnificæ Dominationes Vestræ antehac etiam intellexerunt, ac non dubitat sua Ill. Celsitudo se facile de iis cum provincialibus conventuram. Ad illud vero de juramento præstando, illi ita responderunt, ut omnium primo rogarent suam Celsitudinem, ut eam operam daret, quo gravamina, quæ vocant, in decreto regio comprehensa, quorum designatio etiam antehac Sacræ Regiæ Majestati, Domino nostro clementissimo, Varsaviæ oblata fuit, a Sacra Regia Majestate aut tollerentur, aut concinnis et commodis explicationibus et declarationibus ita lenirentur, ne privilegiis harum terrarum præjudicium afferent aliquod.

Ac ut ea de re sibi a Celsitudine sua idonee caveretur, videlicet, ea gravamina ipsis et privilegiis fraudi esse non debere. Postea autem dicerent, se vinculo juramenti fidelitatis, quod Illustri duci ægroto præstiterunt, nondum solutos, aliud

juramentam hoc tempore præstare non posse. Vigore autem prioris istius juramenti, fidelitatem et obedientiam suæ Illustri Celsitudini se promissuros pollicerentur. [Quod ideo sua Ill. Celsitudo Reverendissimæ et Magnificis Dominationibus Vestris indicare voluit, ut intelligant quousque sua Celsitudo in negotiis hactenus progressa sit, ut eo melius (quæ provincialibus indicare constituerint) ad verum scopum dirigere possint. Ac rogat sua Illustris Celsitudo, ut Reverendissima et Magnificæ Dominationes Vestræ ipsi explicare velint, quid jam amplius agendum existiment, ea in re præcipue, ut ratione gravaminum provincialibus satisfiat, ne, vel de Regia Majestate, vel de sua etiam Celsitudine conquerendi causam habeant. Nam ipsi certo confidunt Reverendissimam et Magnificas Dominationes Vestras a Regia Majestate de ea re mandata habere, de qua ipsa sua Majestas legatis Prutenicis Varsaviæ nuper spem fecit. Item quid Rev. et Magnificis Dominationibus Vestris videatur de fidelitate a provincialibus suæ Celsitudini præstanda, sua Ill. Celsitudo, quando commodum erit Rev. et Magnificis D. Vestris, provinciales convocabit, ut ea a Rev. et Mag. Dom. Vestris intelligant, quæ ad eam rem feliciter conficiendam pertinebunt. Et existimat sua Celsitudo necessarium esse, ut Rev. et Magnificis Dom. Vestris non ingratum fore, ~~esset~~ ut in præsentia suæ Celsitudinis, cujus præcipue interest, ea omnia fiant. [Ubi adesset hora tertia, misit marchio consiliarios, qui nos in palatium arcis deducerent: equis ascensis profecti sumus, ubi obviam venit nobis marchio cum provinciæ consiliariis, et duxit in atrium illud, ubi congregati fuerunt Status et Ordines Prussiæ, quorum non mediocris fuit multitudo.

Præsens adfuit exponendæ legationi ipse marchio, hoc enim a nobis postulavit, ut liceret ipsi adesse, quod nos non gravatim

concessimus, ut intelligeret rem ipsius a nobis et dici et agi. Oratio autem ad Ordines et Status hujus modi fuit.

CXXII.

Oratio Dominorum commissariorum ad Status et Ordines Prussiæ habita a D. episcopo Plocensi in publico Consilio.

„Sacra Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, Dominationes Vestras, in universum omnes Status et Ordines terrarum harum Prussiæ, clementer salutat, gratiam suam et omnia clementis et benigni regis ac principis studia defert, et felicitatem omnem precatur, tanquam subditis fidelissimis et gratia regia dignissimis. Literas istas ipsius Majestates nomine Dominationibus Vestris offerimus.

„Ea semper fuit Serenissimorum regum Poloniæ natura, legibusque comparata consuetudo, ut felicitatis et tranquillitatis suorum fuerint peramantes: ita quidem, ut quod illis excellens et maxime regium Deus indidisset, id omne ad commune bonum felicitatemque suorum propagandam convertere soliti fuerint, atque etiam nunc soleant: præclara regum laus est ista, excellens et plane a mente divina profectum officium, talem te præstare, ut vitæ gubernationisque tuæ fructus non magis te, quam universos percipere intelligant omnes.

„Hac animi et officii pietate impulsus Serenissimus rex noster, quum inter alias regni sui curas animadvertisset, provinciam istam, morbo quoque sine capite suo, ut fere fit in rebus humanis, non mediocriter laborare, ad eam quoque paterne sanandam omne studium diligentiamque suam convertere non dubitavit. Præbuit autem tantæ deliberationi causam inprimis Illustris principis, D. Alberti Friderici ducis, adversa

valetudo, quæ quidem quum sub ea tempora incidis-
set, quibus maxime advigilandum est, ne quid res
publica detrimenti patiatur, nec expectandæ indul-
gentiæ et convenientiæ, regali locus amplius, nisi
cum summo Reipublicæ discrimine, dari posse
videretur, ea sibi consilia sequenda esse putavit,
quæ provinciæ isti honestissima, utilissima et
tutissima fore judicavit. Etsi enim de fide et
dexteritate eorum, qui consiliis suis Rempublicam
moderabantur, ægroque duci fideliter adfuerunt,
non dubitaret, agnosceret præterea omnium vestrum
erga principem patriamque suam studia esse
propensissima, ita ut, periculo ingruente, omnia
bonorum subditorum et patriæ civium facile offi-
cia persoluturi essetis; tamen quum provincia ista
unius ducis gubernationi adsueta, et hominum
ingenia hujusmodi esse, ut parium imperia (quod
liber populus plerumque consuevit) ægre sustinere
posse intelligebantur: malignitas enim præsen-
tium et superiorum temporum tanta esset, ut,
nisi rebus ducatus istius prudentia sua consu-
luisset, paululum admodum a gravissimo incom-
modo provincia hæc abesse videbatur: Itaque de
curatore et administratore cogitatio necessario Re-
giæ Majestati suscipienda fuit. In ea vero deli-
beratione descensum est ad ipsum potissimum
Ill. Dominum Georgium Fridericum, marchio-
nem Brandeburgensem, ei curæ atque administ-
rationi præficiendum. Quandoquidem hæc in eo
esse animadvertebantur, quæ causam ipsam
magnopere adjuvabant: unum, quod excelsis
et heroicis virtutibus princeps, summaque in su-
os humanitate præditus esset; alterum, quod
Illustri D. duci nemo ipsi esset sanguine conjunctior,
neque proximior; tertium, quod feudo quoque
ipso, atque adeo jure succedendi in feudo ipso fa-
cile omnes, qui ad simultaneam illam investi-
turam pertinerent, unus ille anteiret, quando-
quidem feudum haberet ita cum Illustri duce

indivisum, ut proximum successionis jus ad ipsum potissimum, et ad neminem alium attineret: quæ omnia tanto majorem vim habebant, quanto magis erant senatusconsulto Vladislaviensi, quod iisdem pæne temporibus Vladislaviæ factum fuit, non solum agnita in Illustritate ipsius, sed etiam roborata. Jam vero posteaquam Marienburgum legationes illæ ad R. Majestatem advenissent, præcipuorum fere Germaniæ principum, non magis affinium S. R. Majestatis, quam cognatorum et consanguineorum Illustris in Prussia ducis, quæ legationes nomine Illustrium suorum principum, curam et administrationem ducatus istius Ill. D. Georgio Friderico marchioni Brandeburgensi a Majestate illius petebant, tum demum illius Majestas Regia intentum primum ad eam rem animum jam Deo appulit, ut quod necessitate, et afflictæ ducalis valetudinis, et imminentium ducatui ipsi periculorum [causa] faciendum sibi esse aliquando existimaret, idem illud faceret amicitiæ et intercessionis tantorum principum causa tanto celerius. Ibi igitur statim literæ curationis et administrationis ejusmodi Illustri Domino Georgio Friderico datæ sunt Regiæ Majestatis nomine, quæ deinde curatio et administratio universa Varsoviæ omnium consensu Ordinum regni approbata est, tum, quum Illustritas ipsius S. Regiæ Majestati solemne homagium ejus ducatus nomine præstitisset, investituramque a Majestate Regia accepisset.

„Ac quod ad ipsas quidem curationis et administrationis literas attinet, eæ ita perscriptæ sunt, ut tribus quasi quibusdam quatuorve generibus pernecessariis" tota illa curationis et administrationis ratio includeretur: nam et juribus regni prospectum est, et Illustribus ipsis Dominis, duci et ducissæ generatim in omnes propemodum casus consultum, et denique jura ipsa et prærogativa regni, ac libertates Statuum et Ordinum ducatus hujus sarta et

tecta sunt, omnia conservata, et quidem conservata nihilo aliter, neque verbis minus efficacibus, quam fuerint conservata ibidem jura ipsa et prærogativæ regni.

„Quod quidem cautionis genus merito multo tutius atque firmius S. Regiæ Majestati videbatur, atque nunc etiam videtur, quam si ad singulas partes illorum generum descensum tunc fuisset; generum enim universalitas omnia continet, singulæ autem res ipsæ ægerrime se tuentur. Atque ea sunt, quæ hoc rerum initio nomine S. Regiæ Majestatis Dominationibus Vestris nuntianda esse putavimus. Progressuri denique ad alia sumus, loco et tempore competentibus, et id facturi, quod officium nostrum, et inprimis S. Regiæ Majestatis voluntas a nobis requirit. Cujus quidem officii nostri ut tanto melius Dominationibus Vestris ratio constet, declaramus, indicamus, publicamus Dominationibus Vestris commissionem S. Regiæ Majestatis, vigore cujus profitemur omnibus et singulis, nos potestate Regiæ Majestatis justa et legitima, juribusque ducatus Prussiæ competenti, in negotiis nobis commissis usuros, et secundum eam officium nostrum omnibus, quorum interest, præstaturos et reddituros esse.

„Quod attinet tractatus istos, quos intelleximus cum Illustrissimo marchione Dominationibus Vestris intercessisse, et nonnullos ex illis tales esse, qui fortasse nostra declaratione opus habent; ideoque et nos quoque proponi, nostramque de his sententiam audiri volumus, ut ita Illustrissimo marchioni debita obedientia reddatur, et nihil supersit, quod in officio Dominationum Vestrarum amplius desideretur."

Hac finita, lecta est deinde commissio S. Regiæ Majestatis publice: ubi desita legi est, ipsi recesserunt ad partem atrii, et aliquantum inter se collocuti, redierunt, et per Zaunium cancellarium responderunt, intelexisse se omnia ea, quæ ipsis nomine Regiæ Majestatis exposita fuissent, gratias maximas agere Regiæ Majestati pro cura et sollicitudine plane regia et paterna, quam habet erga ducatum hunc, subditosque suos fidelissimos. Intellexe—

runt et nunc et ante alias a Sacra Regia Majestate provinciæ isti datum et assignatum esse curatorem et administratorem, Illustrissimum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, propter eas causas, quas ex oratione Dominorum Commissariorum satis copiose percepissent, datum autem existimant: ob eam vel maxime causam, quod id Majestas Regia intellexit, provinciæ isti et subditis suis esse tutissimum et utilissimum: non refragari omnes voluntati S. Regiæ Majestatis, quinimo contentos esse in omnibus obsequi mandatis ipsius Majestatis, Domini sui clementissimi, uti decet subditos ipsius Majestatis fidelissimos. Quia tamen in hisce negotiis interveniant nonnulla, quæ deliberatione et explicatione ulteriori opus habere videntur, petere ob id, ne moleste feratur, quod Ordines de eo, quod illis a S. Regia Majestate propositum est, deliberare, ac deinde pro officio suo respondere velint. Et quia res sunt maximi momenti, quæ posteritatis etiam memoriam in se contineant, ideo petere, ut tam dictæ legationis, quam lectæ commissionis exempla authentice illis tradantur. Daturos autem omnem operam et diligentiam, ne quod in his rebus omnibus ad bonum et optatum finem deducendis officium in eis desiderari videatur. Respondimus non negaturos esse nos ea privatim dare, quæ publice agimus, et propterea jussimus scribi et extradi exemplum commissionis, quod a nobis flagitabant, illud vero sigillis nostris obsignavimus et subscripsimus, facta ejusmodi præfatione.

Nos Petrus Dunin Wolski Dei gratia episcopus Plocensis, Petrus a Potulice palatinus Plocensis, Joannes Dulski castellanus Culmensis, Rogosnensis et Surasensis capitaneus, Laurentius Goslicki cantor Plocensis, regius secretarius, Sacræ Regiæ Majestatis Poloniæ in Prussia ducali commissarii. Præsentibus literis nostris quorum interest significamus, postulavisse a nobis Status et Ordines Terrarum Prussiæ, ut illis exemplum commissionis S. Regiæ Majestatis Polo-

niæ sub sigillis nostris authentice descriptum daremus, illudque cum originali collatum, ad perpetuam negotiorum in commissione præfata descriptorum, et per nos tractatorum et finitorum memoriam exhiberemus, ipsius autem commissionis tenor de verbo ad verbum in principio est ascriptus. Nos igitur superius nominati Sacræ Regiæ Majestatis commissarii, rei æquitate perpensa, literarum earum commissionis prædictæ exemplum ex originali transumptum, et fideliter descriptum, illis tradidimus et sigillis nostris obsignavimus ac subscripsimus in perpetuam rei memoriam et fidem. Datum Regiomonti, die apostolorum Sancti Philippi et Jacobi, anno Domini 1578.

His ita peractis, ex concilio illo, marchione et Ordinibus Prussiæ salutatis, discessimus, et in hospitium nos contulimus, quo misit Dominus marchio consiliarium, qui nos nomine suo ad prandium invitaret diei crastinæ. [27 aprilis] Dies Domini sacer fuit, eo die pransi sumus cum marchione.

[28 aprilis] Expectabamus responsum ab Ordinibus, illud tamen allatum non fuit: dicebantur in consilio esse et deliberare. Sic illo die actum fuit nihil. Misit tantum ~~modo~~ marchio explorari, an recte valeamus, et excusabat, ne moleste feramus, quod nobis non ita, uti meremur, commeatus administrentur, id fieri propter inopiam rerum, quam negligentia temporum, et quidem malus ordo et administratio œconomiæ comparavit. Respondimus, nos bene valere, precari item bonam valetudinem Domino marchioni, commeatu nostro contentos esse, neque oportere marchionem de nobis sollicitum esse.

29. Ante prandium venit Prentnerus a marchione, dicens: necti quasdam practicas, et in causa esse, quod responsum ab Ordinibus nondum datum esset Dominis commissariis, esse nonnullos, qui omnia turbent ac conentur negotia hæc irrita facere, et negotium administrationis disturbare, Ordinem tertium queri, quod

illis ostensa non fuisset legationis regiæ summa, consiliarios et
equestrem Ordinem penes se detinuisse, oppidanis copiam vi-
dendi et legendi nullam fecisse. Hæc omnia suspecta videri
et vereri, ne in malum erumpant. Ducissam præterea ad Sta-
tus et Ordines misisse, ut apud se hora undecima præsto
sint aut deputatos designent, cum quibus sit quædam
negotia ducatus communicatura. Vetuit præterea responsum com-
missariis dare, priusquam cum illis collocuta fuisset.
Prænerus rogavit, ut hujusmodi practicas auctoritate
regia disjiciamus, et obviam eamus hujusmodi consi-
liis et practicis, quæ verendum est, ne in grave Sacræ
Regiæ Majestatis et Domini marchionis damnum erum-
pant, et provinciam deinde multis malis affli-
gant. Rogavit etiam, ut mitteremus ad ducissam, ne
se ingerat in eas res, quæ ipsius officio et statui pa-
rum conveniunt.

Hæc ubi dixisset, nos invicem collocuti respondimus
ut bono animo sit Illustris Dominus marchio, provi-
suros esse nos auctoritate Regiæ Majestatis, ne ulla
res periculum afferret dignitati Domini marchionis;
ante responsum nobis a Statibus Prussiæ datum ni-
hil possumus facere, in meliorem partem de his
suspicari æquum est; ubi vero sciemus quid responde-
rint, tum demum officium nostrum in eam par-
tem intendemus, quam videbimus Domini marchio-
nis dignitati servire. Conclusimus mittendum statim
esse ad Ordines, ut nobis responsum dent, et exqui-
ri causas tantæ procrastinationis, atque ut hæc
negotia communicent cum solis S. Regiæ Majes-
tatis commissariis, alium neminem, illis præsenti-
bus, præter Dominum marchionem appellent. Hæc
illis quum essent dicta, responderunt, res esse magni
momenti, Ordines de eis bene oportere deliberare;
curaturos tamen esse, ut die crastino respondeant
ad ea, quæ illis sunt nomine S. Regiæ Majestatis
proposita: dixerunt etiam se officium suum sci-
re et agnoscere, quid eos facere deceat, et propterea
vereri non oportere, ut aliquid moliantur, quod
esse videatur contra dignitatem S. Regiæ Majesta-
tis et Domini marchionis Brandeburgensis. Ita

dies ille etiam consumptus est.

30. A prandio attulerunt viri plus decem a Statibus et Ordinibus responsum ad legationem ipsis expositam, illudque in scriptis obtulerunt, una cum gravaminibus in curationis decreto constitutis, quibus se affici dicebant, ea rogabant auctoritate Dominorum commissariorum tolli aut leniri. Quandoquidem scirent id eos facere posse, propter facultatem absolutam ea in re ipsis datam, et quia pars eorum gravaminum quoque Ill. Domini marchionis personam attingat, petierunt, ut etiam efficeremus, ut pro sua parte Illustrissimus marchio quoque illis ea in re satis=faceret, promittentes se tantae gratiae fore gratos, et fidelibus obsequiis compensaturos(1).

Responsi vero eorum verba sunt ista:

XXII. (1) Niemała trwoga ogarnęła Prusaków, kiedy się dowiedzieli że król Stefan oddał w opiekę ich obłąkanego xięcia, i rządy Prus xiążęcych powierzył Jerzemu Fryderykowi, margrabiemu Brandeburskiemu na Anszpachu, którego chciwość i zdzierstwo poddanych znane im były. Zesłani do Królewca komissarze znaleźli, jak tu widzimy, opór ze strony Stanów Pruskich w przyjęciu narzuconego im margrabiego. Małżonka obłąkanego xięcia ze łzami w oczach wypraszała się od takiego opiekuna. Szlachta wzbraniała się wykonać mu na wierność przysięgę. Ale żeby Prusacy do tego stopnia ten opór posunąć mieli, iżby, jak upewniają Bielski z Solikowskim, wołeli mieć za rządcę którego z senatorów Polskich, i obiecowali wnosić corocznie do skarbu 100,000 czerwonych złotych, byle się tylko od Anszpacha uwolnić, o tem wątpić będzie, kto przeczyta wszystkie akta komissyi Królewieckiej, z których się dowie, że Prusacy nie tylko nie życzyli sobie mieć Polaka za wielkorządcę, ale nawet przez cały ciąg czynności tej komissyi niemałą niechęć narodową dla Polski i Polaków okazali.

Wiadomo jaki błąd popełnił Zygmunt Stary przez to, że nie przyłączył tej resztki Prus do ciała Rzeczypospolitej, kiedy się wydarzyła tak dogodna potemu pora, to jest, kiedy siostrzeniec jego, Albert, chwyciwszy się nauki Lutra, rozwiązał zakon, któremu kraj ten w lenność był nadany. Większy jeszcze błąd popełnił Zygmunt August, przypuszczając bez żadnej potrzeby nie tylko margrabiów Brandeburskich na Anszpachu, ale samych nawet elektorów Brandeburskich do następstwa po swym hołdowniku. Taki stan rzeczy król Stefan w Prusiech zastawszy, nie miał nic innego do czynienia w tem obłąkaniu xięcia Alberta Fryderyka, jak dopełnić paktów, i dozwolić margrabiemu na Anszpachu opieki nad obłąkanym xięciem z prawem następstwa po nim, jeśliby zdrowego rozumu nie odzyskał, lub potomków płci mężkiej nie

zostawił. Uczynił to także musiał dla niedostatku skarbu. Nie mając czem zapłacić garstce wojska wziętego przeciw Gdańszczanom, bo mu sejm Toruński poboru odmówił, przyjął ofiarowane mu 200,000 złotych (1,800,000 dzisiejszych), które margrabia w czterech ratach wypłacił.

Może także przez tę powolność dla jednego z xiążąt Niemieckich, chciał sobie ująć i innych bliskością krwi z nim złączonych. Zamyślając o wojnie z Moskwą, a nie znajdując w Polsce potrzebnych do jej prowadzenia środków, nie mu nie pozostawało jak udać się o to z prośbą do sąsiadów. Wiadomo, że zaciągnął pożyczkę u xiążąt Niemieckich, że chciał przez Radziwiłła dostać pieniędzy od zięcia Słuckiego. Zobaczymy w dokumentach z końca tego roku, że się kłaniać musiał przez posły o proch, kule, armaty ~~żądał od Augusta, elektora Saskiego, od swego hołdownika~~ elektorom Saskiemu i Brandeburskiemu, tudzież swemu hołdownikowi, zięciu Pruskiemu, ~~Jerzego Fryderyka, nawet dział, kul, prochu~~, bo w Polsce tego wszystkiego nie było: jak jej skarb, tak i arsenał zawżdy był próżny. Nie mógł tedy w takiem obnażeniu król Stefan myśleć o naprawie popsutych przez swych poprzedników spraw, (mianowicie w obec niezbędnej wojny z Moskwą) był. Gdyby chciał mimo zawartych przez nich paktów Prusy xiążęce do Korony przyłączyć, potrzeba było mieć w gotowości dostateczną siłę, żeby się groźnie tym postawić, którymby się to przyłączenie nie podobało. Ale w Polsce takiej siły i gotowości do obrony nigdy nie było. Dobrze to, że ojcowie nasi nie pragnęli cudzego, ale to źle, że nie umieli, a może nawet nie chcieli bronić swojego.

CXXIII.

Responsum Sacrae Regiae Majestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi, commissariis, Reverendissimo, Magnificis, et Reverendo, Dominis, Petro Dunin Wolski episcopo Plocensi, Petro de Potulice palatino Plocensi, Joanni Dulski castellano Culmensi, capitaneo Branscensi, etc., Laurentio Goslicki cantori Plocensi et canonico Cracoviensi, ad expositam ipsorum legationem ab Ordinibus et Statibus ducatus Prussiae datum.

(x erga se agnoscunt, quo nomine immortales R. suae Mti

Quae nomine S. R. Majestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi, Domini regii commissarii Ordinibus et Statibus ducatus Prussiae retulerunt, ea qua par est reverentia et observantia audiverunt, et probe intellexerunt. Principio quidem quod S. R. Majestas sua, Ordines et Status ducatus hujus per commissarios suos tam clementer salutare, iisque prosperrima quaeque precari dignata sit, in eo singularem clementiam ac animi benevolentiam x Regiae suae Majestati gratias agunt, ei denique vicissim firmam valetudinem, felix imperium, et rerum omnium prosperrimos successus ex animo precantur, orantque Deum, ut, si hanc S. R. Majestatis erga se clementiam et benevolentiam, ea qua par est gratitudine demereri non possent, animos saltem gratos et memores ipsis probare liceat. Quemadmodum etiam R. suae Majestati debita fidei et observantiae studia et officia abunde pollicentur, illaque omni tempore, re ipsa ut testentur summam dabunt operam. Hanc etiam regiam erga Ordines et Status ducatus hujus clementiam non mediocriter illud confirmavit, quod Domini commissarii paternam plane sollicitudinem singularemque animi propensionem R. suae Majestatis erga ducatum hunc luculenter ostenderint.

Optarent sane Status et Ordines ea esse Illustrissimum principem et Dominum, Dominum Albertum Fridericum, marchionem Brandeburgensem ac in Prussia ducem, Dominum nostrum clementissimum, valetudine, ut ipsemet rebus ducatus sui sicut antea praeesse possit, et curatore vel gubernatore minime indigeret. Quum autem omnipotenti Deo (quod Ordines magnopere deplorant et conqueruntur) aliter videatur, gravissimo ipsius judicio et omnipotentiae committendum illud esse ducunt, quem ardenter invocant, ut Celsitudinem suam pristinae sanitati quamprimum restituat.

Quod autem in hac afflicta Illustrissimi ducis Prussiae valetudine curam Celsitudinis suae et gubernationem ducatus ipsius Illustrissimo principi et Domino, Domino Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, ac in Prussia, nec non in Silesia Carnoviae duci, Domino nostro clementissimo, utpote Celsitudinis suae proximo agnato, et feudi legitimo successori, jurium et aequitatis vigore committendam esse censuerit; pro hoc R. Majestati gratias submisse Ordines agunt, atque erga Celsitudinem suam ita se gerent, loco principis sui ducis Prussiae, quemadmodum id fides et officium ipsorum postulat. Quod etiam fidei et subjectionis suae studium scripto quodam humiliter Celsitudini suae oblato, ita testatum fecerunt, ut sperant Celsitudinem suam clementer acquieturam. Ceterum quod Domini regii commissarii inter cetera indicarunt literis super cura et gubernatione ista Ill. D. marchioni, Georgio Friderico, Domino nostro clementissimo, datis. Ill. principum nostrorum, ducis et ducissae Prussiae, et omnium

Ordinum et Statuum ducatus hujus juribus et libertatibus generatim in omnes propemodu
casus satis cautum et prospectum esse; non dubitant Status et Ordines regiis Dominis c
missariis constare tam Ill. Ducem Prussiæ, quam Ordines universos, gravamina in de
to regio deprehensa R. Majestati suæ et regni senatoribus per legatos suos in proxi
comitiis Varsaviensibus humiliter obtulisse, ac abolitionem illorum demissis studii
petiisse. Hæc quidem tum Ill. dux Prussiæ, tum Ordines ducatus hujus certo sibi polli
bantur fore, ut æquis ipsorum petitionibus R. suæ Majestatis voluntas clementer r
ponderet, et gravamina ex justo et æquo abrogarentur. Sed quum factum illud n
dum sit, et ex responso regio dictis legatis Varsaviæ dato appareat, R. suam Ma
jestatem nominatim commissariis suis, quos in hunc ducatum designatura sit, injun
ram, ut omnia, in quibus jura et privilegia, tum Ill. principum, ducis et duciss
tum Statuum quoque et Ordinum reliquorum, et ducatus ipsius lædi videantur, dili
genter perpendant, et de æquo et bono definiant. Atque etiam Domini regii comm
sarii profiteantur, se ex præscripto commissionis omnia, quæ ad negotii hujus ra
tiones, et ad salutem et incolumitatem provinciæ hujus pertinere viderentur, summo
studio et cura confecturos, ut jura et privilegia Statuum et Ordinum, ducatusque
hujus sarta tecta conserventur. Offerunt nunc Dominis commissariis Ordines et Stat
gravamina in decreto regio comprehensa, quemadmodum illa etiam R. suæ Majesta
et regni senatoribus non ita pridem Varsaviæ humiliter oblata sunt, demisse et off
ciose rogantes, quum ista ejus sunt generis, ut abolitio eorum partim penes R. Majestatem, partim penes Ill. D.
marchionem, Dominum nostrum clementissimum, sit, et Celsitudo sua spem fecerit,
quantum ad hoc attinet, ita sese gesturam, ut quod de sua Celsitudine merito et
jure conqueratur habiturus sit nemo, quæ tamen adhuc res in suspenso hæret, veli
Domini commissarii pro officio suo, vigore regiæ commissionis, omnia gravamina
illa diplomatis, quemadmodum Varsaviæ petitum et a R. Majestate clementer pro
missum est, penitus abrogare et tollere, ne forte Ill. ducis Prussiæ infirmi, Ill. du
cissæ, nec non Ill. D. marchionis, Georgii Friderici, et inclytæ denique domus Brande
burgicæ jus simultaneæ investituræ habentis, Dominorum nostrorum clementissim
rum, totius denique ducatus dignitatibus, juribus, privilegiis et libertatibus feudi pr
judicio esse queant.

Quæ res, præterquam quod Domini commissarii officiis suis satisfacient, erit cum
R. Majestatis, Ill. D. marchionis, Georgii Friderici, et ipsorum quoque Dominorum com
missariorum perpetua laude et celebritate nominis conjuncta, et tam Ill. principum
nostrorum, ducis et ducissæ, quam etiam ipsius D. marchionis, Georgii Friderici,
et inclytæ domus Brandeburgicæ, totiusque ducatus hujus rationes id summopere po
stulant, atque Ordines et Status officiis et obsequiis suis demississime et officiose
demereri contendent. Denique quum Ordinum et Statuum ducatus hujus pluri
mum intersit, Dominorum commissariorum regiæ commissionis originale, nec non l
gationis suæ exposita, et postea etiam in scriptis ipsis traditæ, simul etiam regiæ
instructionis, quantum ad hoc negotium attinet, fide dignum exemplum, sub sigill

x communia et apud gentes omnes usu recepta jura, imme pacta et foedera

et subscriptionibus ipsorum habere, ut ea ad perpetuam rei memoriam, posteritatis causa, ad usus necessarios universi ducatus conservari queant: petunt Ordines officiose, velint Domini commissarii pro sua in ipsos benevolentia haud gravatim ipsis gratificari, ~~et~~ ut quum veluti totius hujus rei summa in hoc ipso consistat, originale commissionis, nec non expositæ legationis et regiæ instructionis exemplum fide dignum sub sigillis et subscriptionibus ipsorum communicare. Quod Ordines et Status omni officiorum genere demisse promereri studebunt. ¶ Deinde etiam gravamina obtulerunt, quæ incipiunt.

CXXIV.

Ordinum ducatus Prussiæ consideratio diplomatis curatorii Illustrissimo Domino marchioni, Georgio Friderico, concessi.

In exordio diplomatis conspicitur, tres causas suscepti hujus consilii adduci. Prima, præsens status Illustrissimi Domini in Prussia ducis, quod Celsitudo ejus, quemadmodum Regia Majestas aliquoties literis suis asseveravit, ob afflictam valetudinem (quod quidem deplorandum sit), ita uti necessitas postulat, præesse gubernationi, eamque sustinere non possit, et quod ex hac imbecillitate Celsitudinis ipsius varia jam damna in ducatu provenerint, et deinceps etiam majora (quod Deus avertere vellet) provenire possint. Ultimo, quod S. R. Majestas studio et fide Ill. D. marchionis, Georgii Friderici, sibi et regno præstitis, Celsitudini ejus veluti agnato ducis in Prussia propinquissimo, jus successionis etiam proximum in ducatu habenti, curationem ducis in Prussia, et administrationem ducatus, non tam juris necessitate aliqua adacta, quam mera benevolentia et gratia adducta, conferendam concedendamque esse putaverit, quum ex diplomate constet, existimare R. Majestatem curationem hanc alioqui præ ceteris hominibus sibi, tanquam supremo et directo hujus regionis domino competiisse.

Ad hunc itaque articulum quod attinet, arbitrantur Ordines causas hasce, quæ R. Majestatem ad deferendam Ill. D. marchioni curationem impulerunt, suo loco relinquendas esse, quanquam illud nequaquam negari potest, Celsitudinem suam jam multo melius quam antea coepisse habere. Hoc vero in varias cogitationes Ordines deducit, quod ex hisce verbis: „non tam juris necessitate aliqua adacti, quam ~~adducti~~ mera gratia et benevolentia ~~nostra~~ adducti" * manifeste deprehendere licet, quod R. Majestas arbitretur hanc curam dativam esse, quæ cuivis indifferenter conferri possit. Quod quidem non caret periculo, si enim non pro legitima, sed pro dativa tantum accipiatur, multum profecto huic provinciæ hoc ipso præjudicabitur, quando id pactis, ceterisque harum terrarum libertatibus ex diametro repugnet, eaque ratione iis vehementer officiat, plurimumque deroget. Necessario enim sequeretur, Majestatem Regiam contra x universas ducatus hujus libertates, in eum casum pro voluntate, quemcunque curatorem constituere et ducatui dare posse, quod quidem diligenter animadvertendum esse Ordines existimant.

Arbitrantur autem hunc locum paucis verbis in diplomate mutatis, sic corrigi et in melius emendari posse, nempe ut in diplomate hæc verba: „non tam juris necessitate aliqua adacti, quam adducti mera gratia et benevolentia nostra," xx ut ita conjuncta maneant, quæ marchioni tam jure suo, quam regiæ benevolentiæ concessa sunt.

x communia et apud gentes omnes usu recepta jura, immo pacta et foedera perpetua, atque contra

xx sic ponantur: „~~ac~~ tam juris necessitate, ~~tam~~ quam gratia et benevolentia nostra adducti,"

In secundo articulo, ubi de percipiendis expendendisque ratione hujus curationis omnibus et singulis fructibus, reditibus et proventibus hujus ducatus disponitur, videntur quidem latius hæc extendi; si vero officium curationis secundum jura consideretur, judicari aliter non potest, quam quod tota hæc accipiendorum expendendorumque redituum universorum ratio in potestate marchionis esse debeat, eo tamen qui sequitur modo ut de his suo tempore rationem reddere teneatur. Necesse itaque est, ut hoc loco, ubi de percipiendis expendendisque proventibus agitur, addatur: curatorio nomine, et ut bono consilio fiat, secundum dispositionem formulæ administrationis.

Tertio reperitur, M. R. curationem hanc deferre cum titulo ducali, quod tantundem est ac si delata sit cum titulo principis ducatus hujus, ac cum omnibus superioritatibus regaliis et ducalibus eminentiis, quocumque nomine vocatis, et ad ducem in Prussia pertinentibus, qua quidem re in varias Ordines ipsi distrahuntur deliberationes. Nam quod primum ad titulum ducalem attinet, huic res interpretationi obnoxia esse videtur, quasi Ill. in Prussia duci titulus suus et eminentia ducalis hac ratione præcisa esse debeat, quod tolerari nequaquam posset, ut consultius fore videatur, si totus hic articulus de titulo ducis omittatur. Si vero hoc propterea impetrari non posset, quod jam antea D. marchio, veluti proximus feudi successor, titulo ducis in Prussia sibi usurpavit, necessario ea adhibeatur moderatio, ut marchio quidem ratione simultaneæ investituræ ducatus hujus Prussiæ, tituli ducis in Prussia usurpationem retineat. Quum autem simul Celsitudini suæ cura et administratio ducatus hujus a R. Majestate decreta sit, non immerito discrimen utriusque tituli constituitur. Quod quidem ita recte fieri posset, ut in omnibus mandatis, rescriptis et edictis, durante curatione, non tantum tituli, sed etiam curatoris et administratoris ducatus mentio fiat, tali fere sub forma: Nos, Georgius Fridericus, Dei gratia marchio Brandeburgensis, ac in Prussia Stetinensis, etc. dux, et nunc constitutus gubernator et administrator ducatus Prussiæ: ea quidem ratione omne dubium et controversia, quæ ratione tituli oriri possit, tolli et sopiri queat. Deinde ubi fit mentio eminentiarum, regalium, juris ratio postulat ut hæc addantur verba curatorio nomine.

Quartus articulus conceptam formam juramenti feudalis a marchione præstandi continens, terminos curationis excedere videtur, et quo fine, in quamne sententiam juramentum illud præstari debeat, intelligi non potest. Atque existimant Ordines conceptam istam formulam juramenti hoc modo consistere non posse, et Ill. D. duci Prussiæ et toti huic ducatui summum adferre præjudicium: si enim marchio ratione subjectionis et non investituræ (de quo tamen nihil certi ipsis constat) Regiæ Majestati tanquam curator juramentum feudale præstare deberet, non posset hoc juramentum alia forma et modo præstari, quam sicut Ill. dux Prussiæ Lublini Regiæ Majestati superiori, piæ memoriæ, præscriptis verbis illud in persona propria præstitit. Quod sane juramentum multo est strictius, quam hoc in diplomate, uti ex his adjuncto exemplo apparet, simul etiam illis necessario addendum, marchionem tanquam constitutum gubernatorem et administratorem Ill. patruelis sui, Regiæ

Majestati juramentum hoc præstare.

Quintus articulus, quo decernitur, ut subditi ducatus hujus regi et regno Poloniæ se juramento devinciant, non immerito rejiciuntur; nam et res novi et inauditi exempli est, et veteribus pactis adversatur, neque a superioribus ducibus Prussiæ unquam fuit hoc usu observatum, sed contrarium ex eo apparet, quod incolæ ducatus Prussiæ regibus et regno Poloniæ in eum tantum casum, si deficientibus ducibus Prussiæ ad regem vel regnum Poloniæ ducatus hic redierit, juramento devincti sint, neque quando Ill. dux Prussiæ renovationem investituræ accepit, unquam antea juramentum ejusmodi a subditis exactum vel postulatum est. Præterea etiam juri communi et feudalibus consuetudinibus congruit, ut subditi immediato suo domino tantum juramentum præstent, quum dominus ante se suo domino superiori juramento suo, sub quo etiam omnes subditi comprehenduntur, devinxerit. Præterea ex pactis et formula foederis perpetui liquido apparet, etiam tempore primæ acquisitionis, incolas ducatus hujus regi vel regno Poloniæ speciali quodam juramento se non obstrinxisse. Si itaque hoc in ejusmodi juramentis, quæ ratione investituræ, ubi totus ducatus ad novum defertur dominum, ita observetur, multo minus hoc in casu, ubi tantum de curatoria administratione agitur, recte admitti vel concedi posse videtur. Illud vero necessarium erit, ut Celsitudo sua, debita se jurisjurandi religione, secundum jurium dispositionem, Regiæ Majestati devinciat, ex officio curatoris omnia recte et cum utilitate, quæcumque ex usu, commodo et incremento Illustrissimi sui patruelis, ducis Prussiæ, totiusque ducatus et omnium incolarum videbuntur, acturam et suscepturam, et neque ea, quæ utilia futura sunt, prætermissuram, nec quæ inutilia sunt, admissuram esse. Ad hoc etiam rem Ill. patruelis sui salvam fore, Celsitudo sua idonea et sufficienti satisdatione cavebit.

Sextus articulus, qui vicegerentis vel locotenentis in absentia marchionis meminit, plane formulæ constitutionis regiminis repugnat, in qua diserte disponitur, si ducem aliquem Prussiæ peragre abesse contigerit, quod tunc isti quatuor consiliarii, quibus alioquin gubernatio ducatus hujus commissa est, locum istius tenere debeant, quibus etiam ad eam rem peculiare sigillum concessum est, sicut hoc superior dux Prussiæ, quandocumque vel intra ducatum ex aula tantum, vel alias extra terminos provinciæ suæ profectus est, semper usu ita observavit.

In septimo articulo, ubi de præfecturis et capitaneatibus castrorum et arcium conferendis agitur, non minus ut in superiori in formulam regiminis, testamentum, recessus, et hujus ducatus libertates impingitur, in quibus diserte disponitur, neminem ad præfecturas arcium admittendum, nisi et indigena hujus ducatus et in eo possessionatus sit: operæ itaque pretium existimant Ordines, ut articulus hic, quemadmodum etiam superior, formulæ regiminis et ~~pactis~~ patriis privilegiis conformetur, nimirum ut omnes capitanei vel præfecti castrorum indigenæ, hoc est in hac provincia nati et possessionati sint, sicut etiam anno sexagesimo septimo, tempore commissariorum regiorum, et quum Lublini Illustrissimus dux Prussiæ feudi renovationem acciperet, Ordines ducatus hujus summo id sollicitarunt et defenderunt studio,

atque recessibus communibus insertum et comprehensum est.

Octavus articulus Ill. ducis Prussiæ, Domini nostri clementissimi, in hac afflicta su
valetudine, sustentationis meminit, sed profecto nimis arctus et strictus est: omne
itaque fideles Celsitudinis suæ subditos decet, hac in re justam habere principis
rationem, ne quid Celsitudini suæ, tanquam domino hujus ducatus hæreditario, cu
dominium, non attenta hac sua invaletudine, immediate debetur, aliquid detrahatur
et dignitati suæ derogetur: necessitas itaque ipsa latiorem declarationem exigit, u
videlicet Celsitudini suæ, tanquam domino hæreditario, dignitas, regalitas et reputat
in omnibus salva et integra conservetur, ne forte hac curatione Celsitudo sua jur
suo, quod ad se ex hæreditate parentis sui ratione ducatus hujus delatum est,
privari et explicari videatur.

Ad sustentationem vero quod attinet, ejus merito ea debet esse ratio, ut Celsitudo
sua una cum conjuge sua Illustrissima, utriusque liberis præsentibus et futuris,
atque cum sorore sua dilectissima, ducissa Prussiæ, eodem modo et ratione, sicuti
nunc fit, foveatur et sustentetur.

Præterea ut et ministri, aulici, medici et cæteri, quorum opera Celsitudo sua indiget, m
neant, et Celsitudo sua una cum conjuge aulam suam hic Regiomonti, et eadem quid
palatia habeant, atque ut ipsi liberum arbitrium, libera voluntas et facultas hinc
inde, quandocunque vellent, ad alia se loca et castra conferendi, ubi animum suum ve
venationibus, vel aliis oblectationibus recreandi et explendi reservetur. Et quum De
beneficio aliquo modo sese melius, quam antea Illustrissimus princeps habere coep
rit, non ~~incolu~~ inconsultum esse existimant Ordines, ut ad negotia et deliberationes
quandoque Celsitudo sua adhibeatur, sicuti etiam ab æquitate non alienum judi
cant, ut Illustrissima princeps, quam in matris loco colendam et observandam
Ordines Illustrissimo parenti, duci Juliacensi, vigore juramenti sui receperunt, non
omnino a consultationibus negotiorum, sicuti hactenus etiam id observatum fuit
excludatur, ut in harum molestiarum suarum et justissimi doloris [acerbitate],
quam hactenus in afflicta Celsitudinis suæ valetudine, æquo et patienti animo tul
lenamen, consolationem et debitam ducatus hujus erga se observantiam experiatur
et sentiat.

Nonus articulus de finienda hac curatione disponit, atque duos ejus finiendæ ca
sus constituit: nimirum quando Ill. Dominus in Prussia dux (quod Deus Opt. Ma
confestim dignetur largiri) aut ad pristinam mentis sanitatem redierit, aut liberis
hæredibus masculis auctus fuerit, qui primus quidem casus, quum certa dispositione ju
ris nitatur, nulla disputatione indiget, alter vero testamento senioris olim princip
nonnihil adversatur, quo disponitur, quando hæredes masculi minorennes ab obitu
ducum supersint, eorum administrationem tutelarem penes quatuor illos consiliarios
ad gubernationem ducatus constitutos esse debere. Si itaque testamenti dispositio, quod
merito quidem fit, observanda est, tunc ut in hunc casum finiatur, ex testamenti
manifesta ordinatione curatio necesse est.

In decimo articulo fit mentio rationum, ad quas reddendas curator finito munere et officio suo obligatus esse debeat, in hanc fere sententiam, quod in his reddendis sumptus omnes durante hoc munere curatorio, respectu hujus ducatus facti et erogati, pro recte et utiliter expensis suscipi debeant. Circa hunc articulum considerandum venit, cumprimis necessarium fore, ut non saltim statim in ipso susceptæ curationis primordio, rerum omnium certum inventarium conficiatur, quum aliter certæ et liquidæ rationes reddi nequeant, sed ut etiam perceptorum et expensorum rationes, non nisi ab eo tempore, quo curatio hæc cœperit, accipiendæ intelligantur. Quicquid autem Ill. marchio ante susceptam curationem erogaverit, ut id tanquam pro utilibus et necessariis expensis nequaquam exigatur, quumque jam ante hæ terræ exhaustæ et insuper etiam ære alieno graviter oppressæ sint, omnino æquum est Ill. Dominum marchionem hoc ipsum secum expendere, et curationem hanc quatuor istis consiliariis secundum institutionem regiminis, ut supra dictum est, constituere, propterea quod sumptus, quos in præsentia sua Celsitudo sua requireret, vix futuri essent tolerabiles. Deinde si quid Celsitudo sua voluerit elargiri bonorum mobilium, sive immobilium, ut id cum consilio quatuor consiliariorum præcipuorum, exemplo defuncti in Prussia ducis fiat. Et si contingat Celsitudinem suam ex ducatu Prussiæ in ditiones suas proficisci, ut omnes reditus ducatus Prussiæ diligenter asserventur, et non nisi in usus necessarios solius ducis Prussiæ, illiusque ducatus impendantur. Distinguendum denique foret inter sumptus et expensas necessario factas, et hic locus de necessariis et utilibus sumptibus tantum, non etiam de superfluis et inutilibus accipiendus, quemadmodum Ordines omnino futurum esse arbitrantur Ill. D. marchionem, utpote curatorem, aliter non facturum, sed quum in omnibus, tum in ipsa quoque aulæ institutione eam adhibituram esse moderationem, ut superflua et non necessaria omnia caveantur et abrogentur.

Undecimus articulus agit de dote, contradote, et donatione propter nuptias Ill. Dominæ in Prussia ducissæ, quod quidem de alio casu, quam si Ill. dux Prussiæ (quod omen Deus clementer diu avertat) ex hac vita decedat, intelligi non potest. Quumque hic dotis et contradotis, donationisque propter nuptias tantum fiat mentio, pactiones autem nuptiales silentio prætereantur, juraque et concessiones aliæ; idcirco ut de his omnibus disponatur, et Ill. Dominæ ducissæ in omnes casus recte prospiciatur, oportet. Circa hunc vero articulum etiam hoc necessario consideretur: si Ill. Dominum ducem ex hac vita decedere contingat, quæ futura sit conditio liberorum Ill. Celsitudinis ejus, atque æquum sane videtur fore, ut in hunc casum res ad sustentationem et educationem eorum necessariæ de communibus reditibus et proventibus harum terrarum suppeditentur, etiamsi vel apud matrem in bonis dotalibus, vel alio quopiam in loco fortasse futuri sint.

In loco duodecimo, ubi Majestas Regia Ill. Domino marchioni pollicetur omnia, quæ ad parandam Celsitudini ejus pacificam et plenam intromissionem

et possessionem ducatus hujus pertinere posse videantur. verba illa quum laxius, ac par
accipi possint, restringenda videntur, ut legatur in pacificam intromissionem et possession
~~vide~~ scilicet curatoriam vel administratoriam, omisso verbo plenam, quod etiam in verbi
sequentibus in hoc ipso articulo fieri oportet.

In articulo decimotertio et ultimo cavetur omnibus juribus Regiæ Majestatis ac r
gni, hujusque ducatus, nec non ex pactis perpetuis, quod hæc omnia salva manere
iisque per præsentes nihil derogari debeat, et fit hoc valde bene et utiliter: verum
ista cautio non præter rationem etiam in specie ad formulam sive constitutionem gu
bernationis hujus ducatus, testamentum, recessus, statuta, mores et consuetudines,
prætereaque ad omnes totius hujus regni libertates et privilegia extendenda est,
atque adeo etiam ut nihil in causis gravioribus sine consilio Ordinum ducatus
fiat.

Atque hæc fere sunt, quæ in diplomate regio ad tollendas difficultates omnes, qu
huic concessioni curatoriæ insunt, emendatione indigeant.

Respondimus nos ea visuros et lecturos esse, atque deinde responsum daturos. His aut
lectis et bene trutinatis ac examinatis, visum est ea gravamina mittere Domino mar
chioni, ut ille etiam ipse deliberet, quidnam respondendum existimaret ad illa: jussim
etiam, ut mitteret D. marchio aliquos ex suis consiliariis, qui de his gravaminibus
sententias nostras audirent, et Illustris D. marchionis voluntatem etiam nobis expli
carent: ille vero die crastino promisit se missurum esse, quod etiam fecit.

Prima maii veniunt consiliarii D. marchionis ad nos, inter quos erant etiam Saxo
nes et Brandeburgenses, nos vero jam habuimus perspectas replicationes dandi res
ponsi: itaque de singulis articulis declaravimus illis nostram sententiam: petierunt
illi, ut ipsis in scripto daremus omnia, facilius ita~~que~~ perspecturos esse omnia, et
suam quoque sententiam declaraturos, quod fecimus. Responsi vero nostri Ordini
bus primo loco dati hæc fuit sententia.

CXXV.

Responsum primum Dominorum commissariorum datum Ordinibus Prussiæ ad gravamina proposita.

Ad ea, quæ Status et Ordines ducatus Prussiæ obtulerunt, ita respondendum existi
marunt S. Regiæ Majestatis ~~Domini~~ commissarii.

Inprimis probant et grato animo accipiunt fidem et studium eorum erga Ill. Domi=
num Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, quem pro duce et administra=
tore ducatus Prussiæ sus~~ac~~cipiunt, modo prius eorum juribus caveatur emendatione et
declaratione quorundam capitum in curatione Ill. Domini marchionis adscriptorum,
quæ quidem capita sunt hujusmodi.

Primum, verba privilegii emendari cupiunt in eo loco, ubi scriptum est, ducatum
et curationem Prussiæ Regiam Majestatem contulisse Ill. D. marchioni, non tam juris

necessitate aliqua adactam, quam adductam mera gratia et benevolentia regia. His verbis Ordines ~~verbis~~ verentur, ne dativa et arbitraria curatio in ducatum contra privilegia et pacta inducatur, ut liceat regi curatorem cuivis dare. Hoc igitur ita declaratur: ista verba gratiæ et benevolentiæ regiæ non infringunt pacta, sed spectant modum et naturam concedendorum feudorum, quæ ex gratia et benevolentia feudatariis conferri solent. Supremus enim dominus vasallo feudum gratiose concedens, concedere deinde solet jura feudi, ad quæ tenenda tamen uterque respective obligantur. Item ex gratia et benevolentia dedit, quod mere ipsius fuit. Curatorem ipse agere debuit, tanquam supremus ægri tutor: vicariam regis operam in alium transtulit magis benevolentia sua et aliis causis, quam hoc jure suo adductus, quia enim directus et summus est dominus feudi, recte illi competit ex gratia et benevolentia feudum conferre. Reliqua verba primi istius capitis recte per se stare possunt, de quibus non ambigitur.

Ad secundum non videtur necessaria esse adjunctio: curatorio nomine; siquidem talis administratio proventuum eo nomine, et non alio Ill. D. marchioni concessa est, patet hoc ex toto contextu privilegii, cujus fundamentum est aliud nullum, quam curatio ipsa: supervacaneum igitur videtur hoc addi.

Ad tertium, de titulo ducis non potest neque debet trahi in suspicionem minuendæ dignitatis ægri ducis, siquidem ipsius juri et dignitati cautum est optime in privilegio. Quod autem Ill. D. marchioni antiquo jure competit, id illi novo jure adimi non potest: et quia excellentiori titulo cedit semper minor titulus, non videtur ~~decedere~~, decere, neque ex dignitate marchionis esse, ut titulus curatoris applicetur ad titulum ducis. Quemadmodum tamen majus obfuscat minus, ita ducis titulus supprimit titulum curatoris, ille enim splendoris est, iste officii. Ipsi etiam Ordines si diligentius inspexerint, certe judicaverint magis id ex re et utilitate illorum patriæ esse, quod titulo ducis insignitus est Illustrissimus D. marchio, sic enim provisum est et certitudini temporum, et perpetuitati rerum, ita tamen, ut salva sit et permaneat integra dignitas ducalis Ill. ducis ægri. De curatorio nomine quod iterum additur, non videtur necessarium, hoc enim implicite rebus inest, quemadmodum in secunda declaratione dictum est.

Ad quartum articulum, de juramento Ill. D. marchionis, ad Ordines nihil pertinet scrutari, quo modo supremus princeps vasallum sibi obligat. Etenim licet supremo domino ex causis animum suum moventibus vasallum pro libito obstringere: cavet igitur Majestas Regia juri suo quomodo melius potuit citra præjudicium pactorum juramento a reliquis ducibus Prussiæ non alieno. Juramentum vero acceptum est, uti a duce in eventum successionis, uti verba privilegii sive investituræ sonant, in quo cautum est Ill. duci ægroto, ubi convaluerit, vel masculam prolem habuerit, illius jura ducalia integra permansura esse: futurum enim esset contra dignitatem et Regiæ Majestatis, et Ill. D. marchionis, si ab eo acceptum fuisset juramentum, tanquam a constituto curatore et administratore, non autem tanquam a duce. Quis enim simplicem administrationem ipsius fidei et probitati non

crediderit absque juramento, maxime quum tutores nunquam obstringuntur juramentis illis sed contra eos ex legibus proceditur in actione male administratæ tutelæ. Penderent autem Ordines, utrum esset melius et tutius illos gubernari et judicari a simplici administratore, an vero a legitimo duce? existiment certe illorum rebus hac ratione melius consuluisse Majestatem Regiam: sed juramentum jam factum revocari non potest.

Ad quintum articulum, æquum est ut Ordines et incolæ Prussiæ ducalis Ill. D. marchioni juramentum præstent uti dici, siquidem ipse quoque juramentum præstitit uti dux Regiæ Majestati et regno, adeo ut sit necesse juramenta hac ea conditione mutuo se sequi. Quo facto facient etiam regi et regno, ut ipsius Regiæ Majestatis et regni jura regalia intra ducatum istum in omnibus et per omnia recte juxta pacta conserventur. Ad juramentum et cautionem Ill. D. marchionis de administranda fideliter curatione responsum est in quarto articulo.

Ad sextum et septimum, de quatuor consiliariis et indigena ex testamento et ordinatione Illustris Alberti senioris in Prussia ducis, gubernationi et castris præficiendis, ita sentiendum est. Quatenus illa pactis antiquis, decretis commissariorum, voluntati superioritatique directi domini non contraveniant, indigena recte præficitur, si linguæ germanicæ peritiam habeat, et in Prussia est possessionatus, uti est decretum a commissariis, hoc tamen judicio Majestatis Regiæ, et mutuæ voluntati, ac consensui subditorum cum Ill. D. marchione relinquitur. Componant ea de re Ordines cum Ill. marchione, secundum jura sua legitima, quæ se ~~secuturum~~ servaturum recepit Ill. marchio.

Ad octavum articulum, de specificandis rebus illis, quæ ad sustentationem et dignitatem vitæ Ill. D. ducis ægroti et Ill. ducissæ spectant, bene Majestas Regia prævidit generalitate in privilegio adscripta, ut omnia dux et ducissa habeant, quod ad eorum dignitatem recte sustinendam pertinere dignoscuntur. Nam si ~~illa~~ forte specificata illa essent, tum vero Ill. D. marchio ad ea solum, quæ expressa essent, et non alia, quæ forte omissa, et pro tempore augenda et minuenda forent, obligatus esse videretur. Tribuit autem Majestas Regia tantum pietati, virtuti, humanitati Ill. D. marchionis, ut eum nullo modo credat aliquod contra dignitatem Ill. ducis ægri et ducissæ admissurum esse, quinimo eorum omnem dignitatem et commoditatem judicabit suam propriam esse dignitatem et commoditatem. Itaque aut judicio et humanitati Ill. D. marchionis relinquendum est, aut vero aliquid certi statuendum ea de re adhibito consilio provincialium, ut tanto magis ea res in statu et conditione certa permaneat. Eligant igitur utrum velint Ill. dux et ducissa, tum etiam Ordines, et sciant officium Ill. D. marchionis huic conditioni alligatum esse, ideoque non commissurum, ut humanitatem et jus suum apud Regiam Majestatem et alios omnes dubium faciat.

Ad nonum, testamentum in eo statu, quo diximus permaneat. Quod tamen ad futuros casus tutelares revocari non potest, pertinet hoc ad jus supremi domini, de quo vasallus disponere non potest in præjudicium successoris et directi domini.

Ad decimum, inventarium confici utile est et necessarium: hoc fiat primo quoque

tempore adhibita præsentia provincialium. Perceptorum et expensorum rationes soli Ill. D. marchioni, uti curatori et administratori, cognita esse debent, quandoquidem solus etiam erit, qui de eis juxta privilegium rationem sit redditurus, ob idque minus videntur ipsi esse necessarii quatuor isti consiliarii, quandoquidem res sua agitur. Adhibebit tamen consiliarios terrarum harum juxta arbitrium suum et jura provinciæ. Dabit etiam operam, ut in moderandis sumptibus morigerus se præstet provincialibus, et ducatus utilitatem curæ habeat.

Ad undecimum, negotia Illustrissimæ ducissæ ita providebuntur, ut dos, contrados, donatioque propter nuptias, ob mortem Ill. ducis ægri facta esse intelligantur. De aliis etiam ita providebitur, ut futura sit et reddatur contenta, sive id arbitrio et humanitati Ill. D. marchionis committi malit, sive aliquid certi statui, ut est superius expressum. Liberis ipsius Ill. Celsitudinis in curationis privilegio provisum est, atque etiam amplius, quod ad femellas attinet, provideri potest.

Ad duodecimum, S. Regia Majestas, ut supremus et directus dominus, possessionem ducatus tradit Ill. D. marchioni, non modo tanquam curatori et administratori, verum etiam tanquam duci, in eventum tamen successionis, ita ut plena potestate juxta privilegium suum utatur, donec revalescat Ill. dux æger, aut masculam habeat prolem ~~pueros~~.

Ad tredecimum, generalitas tutior est, et propterea a Regia Majestate in privilegio dato servata est: quum enim per speciem derogari soleat generalitati, verendum est, ne specificationes istæ recessuum et aliorum quorumvis ~~jurium~~ genus ipsum jurium infringant ac debilitent. Ut vero in causis gravioribus absque consilio Ordinum nihil fiat, dignum et justum est.

Hæc sunt quæ S. Regiæ Majestatis consiliarii Statibus et Ordinibus Prussiæ emendationis et declarationis nomine proponere, ac ad eorum oblata gravamina respondere voluerunt. Quandoquidem autem decretum curationis, et privilegium investituræ amplius mutari non potest, neque debet, Ordines autem et Status petant nonnulla in eo emendari et declarari; ideo emendationem et declarationem earum rerum commissarii S. Regiæ Majestatis juxta potestatem sibi concessam sive concessam facient modo suprascripto, datis super his literis significatorialibus, quemadmodum Ordinibus magis placere intelligent, salvis per omnia juribus et prærogativis regalibus ac regni, et terrarum ipsarum Prussiæ. Rogant autem et S. Regiæ Majestatis nomine hortantur et postulant, ut ad ea, quæ sunt oblata, et nunc offeruntur, morigeros et obsequentes ac fideles se præstent subditos, et intelligant salutem et incolumitatem hujus provinciæ Dominis commissariis peræque charam esse, ut patriæ suæ.

De Ill. Domino marchione omnia bona sibi polliceantur, facturum illum plura etiam sibi persuadeant, quam ab illis petantur, agnoscat ille modo propensos omnium animos erga se, ut deinde officium boni principis magis sponte et voluntate sua, quam circumscriptus et invitus præstare ~~intelligatur~~ videatur.

Commissio regia dabitur descripta et obsignata sigillis commissariorum S. Regiæ Majestatis, quæ deinde conferatur cum ipso originali.

Instructio quum multa alia habeat huic negotio gubernationis dissimilia, ideo parum d... eam ita exhiberi, ut exilia cum gravioribus ~~rebus~~ permixta esse videantur. Sufficit habe... commissionem; si tamen placet de instructione excerpi verba hæc, quæ ad gubernationis ... gotium spectant, quamvis ea nescimus quomodo ordinata erunt, ea judicio Ordinum Statuum committimus ac relinquimus, hoc tamen profitemur, omnia nos candide et sincere et cum ... xima celeritate agere, tractare et concludere velle.

Convenimus deinde cum consiliariis marchionis, et de responso invicem contulimus: adj... sunt nonnulla ex parte marchionis, quæ ad ipsum mere pertinere videbantur: ita dein responsum fuit transcriptum et Ordinibus transmissum.

CXXVI.

Moderatio superioris responsi Ordinibus ducatus Prussiæ dati.

Ad ea, quæ Status et Ordines Prussiæ ducatus obtulerunt, ita respondendum existimar... S. Regiæ Majestatis Domini commissarii.

[Hoc commissariorum regiorum responsum plane cum antecedente primo responso de gravaminibus Ordinum Prussiæ dato de verbo ad verbum convenit, hisce exceptis]

Ad nonum, testamentum suo loco permaneat: quod tamen ad futuros tutelares casus præjudicium directi domini et successorum revocari non potest, et quia eo casu, quem provinciales exprimunt, eadem ratio in hac rerum omnium perturbatione et subditorum inobe... dientia constituendæ hujus gubernationis futura esset, quæ nunc est, ordinationem Regiæ Majestatis ea de re decreto comprehensam Domini commissarii omni jure et æquitate niti existimant. 2

Sub vesperum misit ducissa per quatuor viros ex Ordinibus terrarum Prussiæ scriptum quoddam gravaminum manu sua scriptum, quo petiit res suas et Illustri... simi ducis, mariti sui, in ordine bono collocari.

Respondimus nos lecturos esse, et Illustrissimæ Dominæ ducissæ responsuros. Scriptum autem illud ducissæ tale fuit.

CXXVII.

Postulationes Illustris Dominæ Mariæ Leonoræ, ducissæ Prussiæ, Dominis commissariis oblatæ.

Ut curatio ne ista amantissimo Domino marito meo nihil nomini, dignitati et præeminenti... decedat, ita ut S. Regia Majestas et antea, postremo vero per literas suas, et nunc pe... Dominos commissarios clementer pollicita est.

Operæ pretium itaque est, ut ea in præsentia Dominorum commissariorum stabilian... tur, bono et legitimo ordine determinentur.

Ut ducatus hujus omnes proventus ita conserventur, quemadmodum hactenus conser... vati sunt, ut scilicet Domino marito meo, et huic provinciæ in usum et omnem me... liorem commoditatem cedant. Hoc etiam æquitati consentaneum esse arbitramur, ut nunc tam Domino marito meo, quam nobis ipsis curiæ certa sustentatio constituatur

et nobis tam aulici, quam gynecæum, quod hactenus habuimus, et eo quoque carere non possumus, concedatur.

Quoniam autem nunc et antea semper antiquitus observatum est, ut ea, quæ ad quotidianam sustentationem, et alias principum, quæ accidere solent, necessitates, ex thesauro semper administrata sint, et nos quoque hanc ipsam consuetudinem hic invenimus, atque hactenus eadem usi sumus, ut hæc ipsa consuetudo in posterum semper maneat firma.

Deinde quoque ut Domino marito meo, in hac valetudine infirma, in hoc ducatu liberum sit arces, civitates, oppidaque sua invisere.

Quoniam autem Dominus Illustrissimus parens meus, et complures alii principes et barones creberrime ad Dominum maritum meum scribant, et iisdem sua Celsitudo rursus rescribat, ut hanc ob causam suæ Celsitudini sigillum concedatur.

Et quoniam ducatus istius Ordines nos unanimiter provinciæ hujus ducissam susceperunt, et hactenus eandem agnoscunt, eam gratiam quoque ipsis præstandam esse existimamus, ut petendum a Dominis commissariis duxerimus, quo ~~(~~pro videant ut Status et Ordines ducatus hujus privilegia libertatesque suas sartas tectasque habeant.

---

2 maii. Eodem die scriptum et transmissum est quoque ducissæ responsum sub hac forma verborum.

CXXVIII.

Responsum Dominorum commissariorum Illustri Dominæ ducissæ Prussiæ datum.

Sacræ Regiæ Majestatis commissarii ad postulationem Illustrissimæ principis, Dominæ ducissæ Prussiæ, ita respondendum existimarunt.

Inprimis intellexerunt ea omnia, quæ ipsis Ill. Celsitudo sua per consiliarios terrarum Prussiæ de juribus et dignitate tam Ill. Domini ducis, mariti sui, quam suæ Ill. Celsitudinis ~~recte~~ rite conservanda significavit, et offerunt operam, diligentiam, auctoritatem suam ipsorum Illustritatibus, ut agnoscant ipsarum Illustritates dignitatem earum inprimis Regiæ Majestati, ac deinde ipsis esse charissimam. Hoc igitur rerum initio, existimant Domini commissarii factu~~m~~ ~~est~~ esse necessarium, et ita conventum est, quando quidem ipsius Ill. Celsitudo res suas in genere proposuit, ut etiam speciatim, quomodo scilicet dignitati suæ prospectum esse voluerit, explicet, et aliquot viros idoneos, suæ Celsitudini fideles, assignet et deputet, qui ex voluntate suæ Celsitudinis omnia hæc, quæ ipsius Celsitudo cupit habere, cum Ill. D. marchione communicent, ut ita Ill. D. marchio ~~quum~~ cum ~~eis~~ eis constituat ea, quæ videbuntur ad ipsius Celsitudinis dignitatem et commoda pertinere, et ea ita constituat, ne deinceps ulla quæstio de his rebus enascatur, sed ipsius Celsitudo certa sit de omnibus rebus suis, quæ ad ipsius dignitatem et commoda pertinebunt.

Si vero ipsius Ill. Celsitudini placet, ut hæc in toto se committat judicio et humanitati Ill. D. marchionis, qui alioquin ipsius Celsitudinis dignitatem charissimam

se habere profitetur, hoc Ill. Celsitudinis arbitrio committendum existimant, ut faciat qu
ipsi melius et commodius videbitur.

De Ill. duce, marito suo charissimo, ita procurabunt, ut ipsius Illustritatis dignita
et omnia commoda vitae salva et integra permaneant juxta praescriptum Regiae Ma
statis: quando scilicet ipsius Ill. Celsitudo convaluerit aut masculos liberos puberes h
buerit, fore eum cum potestate et jure suo ducali, uti ducem, ipsiusque posteros. Nunc in ca a
versa valetudine, in cura Ill. D. marchionis sit oportet, ita tamen ut illi omnia p
dignitate et consolatione suppetant, hisque omnibus utatur, quae praesenti condi
tioni ejus ducali convenire judicabuntur, ita etiam ut ex ea cura nulla, neque ad
ipsius Illustritatem, neque ad ipsius Illustritatis liberos, neque ad ducatum Prussiae
ulla damna pervenire intelligantur, et haec omnia providit Majestas Regia. Ha
et his similia quoque Ordinibus et Statibus Prussiae in negotio Ill. Celsitudinis ipsiu
offerunt benevole. Caetera deinde, quae cum Ill. D. marchione in negotio ipsius Cels
tudinis constituent, ipsius Celsitudini significabunt.

---

3 maii. Ill. marchioni datum quoque est hujusmodi responsi ducissae missi exemplum
ut ipse quoque sciret ita illi responsum esse, quemadmodum inter nos et ipsius marchio
nis consiliarios ante convenerat. Ducissa autem, ubi tradidisset D. Goslicki respons
secessit illa in partem, illudque sibi interpretari jussit, praesentibus oratore ducis Juli
censis, et curiae suae magistro, quod ubi fuit interpretatum, rediit deinde et gratias eg
Dominis commissariis pro ea benevolentia, quam ipsi declarassent in responso hoc ad
se misso, cujus quidem summa cum eo spectet, ut illi ad D. marchionem mittendi sint
deputati consiliarii, qui cum ipsius Illustritate de necessitatibus ad suam dignitatem
pertinentibus tractarent, ita sibi polliceri de humanitate et benevolentia D. marchio
dux, ut non dubitaret de illius erga se animo, neque diffideret quominu
idem ipse D. marchio sponte sua absque illis deputatis hoc sit semper ducissae declara
turus, quod debet bonus affinis agnatae suae declarare. Proinde non eo animo se post
lavisse a Dominis commissariis negotia Ill. mariti sui, tum etiam sua propria ben
provideri, ut aliquid addubitet in D. marchione, sed quia ex literis Majestatis Re
giae, Domini sui clementissimi, tum etiam ex ipsis Dominis commissariis intellexi
Regiam Majestatem commisisse commissariis suis omnia, quaecumque ad dignita
tem Ill. ducis aegri, tum etiam suam propriam debite conservandam pertinerent,
provideri debere: ideo de hac Regiae Majestatis gratia se scire velle, eamque ut ipsi
Domini commissarii explicarent, ab illis postulavisse, scriptoque dato illis significavisse
nonnulla, quae ad eam rem pertinere recte existimavit. Eo igitur animo se fecis
existiment Domini commissarii, id quod latius in scriptis declaraturam se esse promisit.
Multa in hanc sententiam illa coram Domino Goslicki dixit, respondente illo satius
esse, ut illa interim rem suam ageret, ducis autem, mariti sui, res committeret Ill.
marchioni, ad quem cura fratris sui ex voluntate Regiae Majestatis spectaret.
Ita tum discessum est, quod illa promiserit sententiam suam in scriptis latius

X respondimus. Non dubitamus illos ea quoque ipsius Celsitudini relaturos esse. Si deinceps aliquid erit, in quo opera D. commissariorum Ill. Celsitudo utendum sibi existimabit, cum Ill. ipsius Celsitudine

explicare. Hæc vero, quæ dixit ducissa, D. Gosticki, deflexo ad marchionem itinere, narravit omnia, ex quo habuit animum marchio contentum.

4 maii. Apud ducissam die dominico pransi sumus, et excepti hilariter. A prandio petiit, ut ad cameram ipsius descenderemus. Illa vero, ubi descendimus, tenens in manibus scriptum quoddam, eadem fere germanice quæ in illo scripto continebantur, nobis narrabat, curiæ magister postea nobis interpretatus est. Porrexit deinde scriptum illud nomine responsi, quod nos accepimus, et prolixe studium et operam nostram ducissæ declaravimus, illa vicissim nobis. Promisimus etiam responsuros nos esse sine mora et cunctatione ulla. Interim scriptum hoc jussimus in latinam linguam traduci, cujus ea fuit sententia.

CXXIX.

Responsum Illustris Dominæ ducissæ Prussiæ Dominis commissariis oblatum.

Illustrissima ducissa ea, quæ Regiæ Majestatis (Domini commissarii tam scripto, quam per Reverendum D. Gosticki verbis ad gravamina respondendum existimarunt, ut par est accepit, ex hac autem resolutione hoc inprimis intellexit, Dominos commissarios postulare, ut sua Ill. Celsitudo in specie sese declaret, qua ratione potissimum in hoc rerum statu celsitudinem et D. mariti sui (et dignitatem suam retineri, conservarique, et eidem in posterum prospici posse existimet.

Ad hoc quidem ita Ill. Celsitudo sua respondet, Ill. suam Celsitudinem in omnibus suis articulis non tam personam suam (cujus quidem præter hoc Ill. principem marchionem singularem rationem habiturum esse minime dubitat), sed potissimum D. mariti sui dignitatem et excellentiam spectasse, petiisseque, ut siquidem Regia Majestas multis literis suis, et nunc etiam aliis, per Dominos vero commissarios verbis eam se declaravit fore, ut D. mariti sui dignitas de omnibus istis tractatibus, durante hac curatione, suæ Majestati curæ sit, ne quicquam per tractatus hos eidem dignitati decedat, vel contrarium suscipiatur statuaturve, potissimum quod Ill. D. marchioni feudum hoc primum quidem ut curatori, quoad scilicet Ill. dux vivit, deinde in hunc casum, si Ill. dux vel durante hac infirmitate sua, vel absque masculo hærede (quod utrumque Deus avertat) decesserit, a Majestate Regia datum sit.

Ut autem hæc penitus considerentur, atque Ill. duci nihil ex hoc, quod ipsi a natura et æquitate ipsa durante vita ipsius competunt, detrahatur, probatur Ill. Celsitudini medium hoc, quod Ordines et Status in articulo tertio expositorum gravaminum posuerunt, scilicet ut Ill. (D. marchio ad hæc verba: dux Prussiæ, hæc etiam, quæ sequuntur, verba ponat: hoc tempore curator ducatus Prussiæ.

Hoc ita si fuerit, libentissime Ill. Celsitudo sua acquiescet, sin vero minus, erit sane Ill. princeps coram S. Regia Majestate et ipsis Dominis commissariis, atque adeo coram toto orbe excusata, quod illa pro juramento suo, quo charissimo D. marito suo obstringitur, ex persona sua nunquam ad id consentiet, neque etiam ut consentiat in illius sit potestate, ut hoc liceat Ill. Celsitudini, quod siquidem sua Regia Majestas proximis suis literis, quas (Domini commissarii reddiderunt, in hoc ipso negotio, apud universos mortales, si aliquid tale sua Celsitudo committeret, existimationis suæ jacturam subire cogeretur. Sed non adducitur sua Ill. Celsitudo, ut hæc ullo modo in dubium vocet,

præclaram et regiam pollicitationem fecerit, et hoc Domini commissarii ea potissimum via tr-
ctabant, ex quo Illustrissima Celsitudo, una cum charissimo marito suo, toto vitæ suæ tempore
lætetur, atque hoc apud omnes laudare prædicareque possit.

Quod autem in responso Dominorum commissariorum commemoratur, ut Ill. sua Celsitudo aliquas personas designet, quæ de gravaminibus istis cum Ill. D. marchione conferant, in eo quidem nullam sibi Ill. Celsitudo sua facit difficultatem, neque enim dubitat Ill. D. marchionem in eo se, ut cognatum et vere parentem decet, declaraturum esse; illud tamen Ill. Celsitudinem suam ab hoc abducit, quod Regia Majestas in proxima epistola sua expresse suæ Celsitudini perscribat, ut Ill. sua Celsitudo ea omnia, quæ ad Illustrissimi ducis et ipsius Celsitudinis commoditates, utilitates et dignitatem attinet, cum Dominis scilicet commissariis communicet et exponat: cui quidem mandato Ill. sua Celsitudo, ut quæ se totam cum charissimo D. marito suo suæ Regiæ Majestati, ut potentissimo in orbe christiano principi, concrediderit, obsecundare cupit, neque ullam offensionis Regiæ Majestati causam (vult præbere), quemadmodum pluribus Ill. Celsitudo sua in eo cum Reverendo D. Goslicki egit et se declaravit, atque circa hoc petiit, ut hæc absque ulla Ill. D. marchionis offensione, quam forte Ill. sua Celsitudo ex eo habere possit, in meliorem partem interpretentur.

Articulum tertium sua Ill. Celsitudo, ita ut primo positus est, relinquit.

In quarto articulo hoc libenter sua Celsitudo videret, ut specificentur ea omnia offic[ia], deinde numerus personarum, quæ suis Celsitudinibus in posterum a servitio esse debent, expresse ponatur, quo deinde nulla de hoc enascatur quæstio.

Quintum et sextum articulum, ita ut prius positi sunt, relinquit sua Ill. Celsitudo, ita tamen ut eorum resolutio subsequatur.

Quod sigillum attinet, facile Ill. Celsitudo sua intelligit, esse rem deliberatione dignam ut hoc sigillo, isto rerum statu, quod antea tempore regiminis habitum est, Ill. dux utatur; verum tamen Ill. Celsitudo facile adducitur, ut, si aliqua mutatio fieri debeat, vel in ipsa forma sigilli fiat, vel in alia re simili, prout commodius fuerit.

Ultimus articulus maneat per se, petit autem Ill. sua Celsitudo Dominos commissarios, ut has crebras sollicitationes in bonam partem accipere [dignentur], et Ill. D. mariti sui, atque ipsius quoque Celsitudinis dignitatem, commoda, ac utilitates omnes loco Majestatis Regiæ sibi quam diligentissime commendatas faciant. Hoc quidem Deus omnipotens Dominis commissariis largiter retribuet, et Ill. Celsitudo sua ex persona sua quod maxime fieri poterit, omni benevolentia recompensabit.

Maria Leonora ducissa Prussiæ.

5 maii. Convenimus invicem de responso ducissæ dando consultaturi, et mox omnibus illis in scripturam redactis, misimus ad marchionem percontatum illius quoque sententiam, an ipsi quoque placeret ita ducissæ responderi. Misit ille ad nos ~~commissarios~~ consiliarios suos, suique animi sententiam explicavit: placere ipsi quoque ea omnia, quæ nos scripsimus, adjectis nonnullis ~~rebus~~ verbis, quæ ad causam pertinere commode videbantur: totum diem in eo consumpsimus. Egimus etiam cum consiliariis marchionis, ut dicerent marchioni,

mitteret ad Status et Ordines Prussiæ, ut tanto celerius nobis responsum dent ad ea, quæ biduo ante illis miseramus, quod marchio fecit. Fecimus et nos, sed illi magnitudine rerum se excusabant; promittebant tamen operam et diligentiam suam, aliis privatim dicebant, dedisse illis Dominos commissarios os, quod non facile frangi potest, agi de eorum libertatibus, quarum majorem eos decet habere rationem, quam commoditatis et diuturnæ mansionis nostræ.

6 maii. Ubi paratum, et ad planum fuit descriptum ducissæ responsum, misimus illud per secretarium, quod ubi perlegit, se deliberaturam esse dixit, et si forte respondere illi placuerit ad ea, si opus etiam erit, libenter id facturam esse: dubium sane responsum, et quid illa sibi voluerit, non satis conjiciebamus. Responsum autem nostrum tale fuit.

CXXX.

Responsum a Dominis commissariis ducissæ datum.

Sacræ Regiæ Majestatis commissarii ad ea, quæ Illustrissima princeps, Domina ducissa Prussiæ, illis die quarta maii in scriptis replicando, ad eorum responsum obtulit, ita nunc etiam ipsi respondent. Inprimis quod ipsius Ill. Celsitudo significat, in hoc toto negotio magis de Ill. ducis, mariti sui, dignitate recte conservanda, quam de sua sollicitam esse, eum quidem ipsius Ill. Celsitudinis excelsum atque heroicum, pietatisque plenum [animum] valde laudant, et spem bonam ac certam ipsius Ill. Celsitudini faciunt, ipsius Celsitudinem desiderii sui fore compotem, nec debere quicquam de Ill. ducis, mariti sui, dignitate, excellentia, prærogativis minuendis, quantum ad ipsius Illustritatis conditionem præsentem spectat, addubitare, id quod postea re ipsa et pluribus verbis significabunt Illustrissimæ ducissæ, ubi ab Ordinibus responsum habebunt de his ipsis rebus ad Ill. ducem ægrotum pertinentibus, hoc vero est, de titulo et dignitate ducali, quam Ill. ducissa cupit ipsius Celsitudini salvam et integram permanere, a quo neque Regia Majestas, neque Domini commissarii, ita uti præsens status Ill. ducis requirit, non sunt alieni. Hoc etiam cupiunt, ut Ill. ducissa intelligat de Ill. D. marchione, ipsius Ill. Celsitudinem erga Ill. ducem ægrum ejus animi esse, ut hoc officium, quod sibi a natura et a S. Regia Majestate Poloniæ agnoscit esse impositum, ipsius Illustritati integre præstet, neque ullus inveniri possit, qui hoc ipsius Ill. Celsitudinis officium ulla in re desiderare queat. Si autem Ill. ducissa existimat hoc amplius ex re Ill. ducis, mariti sui, fore, ut ipsa modos et rationes in commune conferat, aut Dominis commissariis proponat, quomodo commode et cum dignitate Ill. dux æger vivere possit, quamvis id judicio et fidei Ill. D. marchionis Regia Majestas commiserit, et id proxime ut faciat, quod ad eum pertinere Domini commissarii intelligunt; tamen tribuunt tantum humanitati Ill. D. marchionis, ut ipsum libenter subscripturum credant sententiæ Dominorum commissariorum in eo, quod ipsi statuerint de ordinandis his omnibus, quæ ad commoda vitæ et dignitatem Ill. ducis ægri pertinere debent, id quod arbitrio Ill. ducissæ relinquunt, salvis tamen his omnibus, quæ jam Regia Majestas in privilegio curationis ordinavit: hæc enim in suo robore permanere debent, uti postea latius, si ita placebit, declarabitur. Quod attinet ad officium Dominorum commissariorum in eo, quod Regia Majestas in literis ad Ill. ducem et ducissam scriptis significavit, illis commisisse, ut tam Ill. ducis, quam

Ill. ducissæ dignitatem curæ habeant, et isti promissioni S. Regiæ Majestatis Illustrissi[mam]
ducissam inhærere, ac a solis Dominis commissariis expectare, ut illa omnia, quæ ad
ipsius dignitatem recte conservandam pertinent, ipsi constituant, hoc libenter Domin[i]
commissarii præstare volunt, et ab Ill. ducissa postulant, ut ipsius Ill. Celsitudo il[la]
describat modum et rationem vitæ, dignitatis, commoditatis suæ, hoc toto tempore [ad]-
rationis duraturæ, quomodo quid haberi, dari, assignari velit, ut ita sit certa senten[tia]
de rebus omnibus ad eum pertinentibus. Hæc omnia ubi descripta habebunt, tum
ea communicabunt cum Ill. D. marchione, atque ad eum finem deducent, qui ipsi[us]
Ill. Celsitudini commodius videbitur, et ita existimant Domini commissarii Illustrissi-
mæ ducissæ consultum iri, quandoquidem ipsius Ill. Celsitudo nolit per deputato[s]
rem concludi et definiri.

Tertius, quartus, quintus articulus, de conservandis proventibus, et subministrand[a]
ex thesauro pecunia, reservatur ad illud tempus, ubi specificabuntur alia, quæ
ad eam rem pertinent.

Sextus articulus, de visendis arcibus, et fruendis commoditatibus solatii causa
reservatur pro Ill. duce ægro, ut hæc faciat, quando volet, cum scitu Ill. D. marchi[onis].
Sigillum etiam conceditur ad expediendo privata negotia, ita tamen ut in publicis ne-
gotiis nihil valeat et differat ab eo, quod erit publicis negotiis ab Ill. marchione
destinatum.

Privilegia provincialium salva permanebunt, quod id æquum per se sit, et id etia[m]
postulat Ill. ducissa, quam matrem patriæ a Statibus appellari gratulamur. In his [et]
aliis negotiis offerunt Domini commissarii Ill. ducissæ operam, studium, diligentiam
suam, ita ut ipsius Ill. Celsitudo nullum sit in eis unquam auctoritatis regiæ et eorum dili-
gentiæ officium desideratura.

Sacræ Regiæ Majestatis commissarii.

Ubi responsum expectamus ab Ordinibus, illo die misit ad nos marchio, significan[s]
crastino die nos habituros esse responsum ab Ordinibus, salutans nos itidem prolixio[ri]-
bus verbis pro more et consuetudine sua: gratias egimus et resalutavimus, rogantes
tamen, ut sollicitaret marchio, tædium nobis maximum parere mansionem hanc Regi-
montanam, et quod cuperemus hinc quam primum discedere, rebus ex voluntate regiæ
et utilitate marchionis bene confectis. Ducissa misit ad nos regestra familiæ suæ [do]-
mesticæ, tum etiam et ducis, ut secundum eam conserveretur: conclusimus ea mittend[a]
esse marchioni, ipsiusque de eis sententiam exquirendam.

7 maii. His diebus cum provincialibus nihil actum est: expectabatur ab illis
responsum, privatim tamen cum multis communicata consilia fuerunt, et persuade-
batur, ut ad ea, quæ illis proposita essent, faciles se exhiberent, nec tempus diutur[num]
procrastinationibus et deliberationibus frustra tererent.

8 maii. Actum etiam de ducissæ negotiis: ipsa etiam scriptum quoddam manu propria
subscriptum ad nos miserat, postulans sibi quædam antea proposita declarari. Scriptu[m]
vero fuit ejusmodi.

CXXXI.

Illustrissimæ ducissæ Mariæ Leonoræ declaratio ad articulos a Dominis commissariis sexta maii exhibitos.

Ignorat sane Ill. ducissa, quomodo se aliter ad scriptum a Dominis commissariis nuper missum ex parte dignitatis et eminentiæ Ill. principis, mariti sui, resolvere debeat, quam ut sese postremo scripto suo declaravit, quemadmodum sane ipsi Domini commissarii facile perpendere possunt, ut ea re suæ Celsitudini, charissimorum Dominorum, patrui, patris, et compatris juri et justitiæ nihil omnino decedat. Et quoniam ipsa Regia Majestas nihil minus cupit (quod crebris pollicitationibus confirmavit), quam ut per istam curam suæ Celsitudini, Domino marito, dignitatis quicquam decedat, multo vero minus, ut aliqua diminutio fiat in eo, hanc commodissimam viam, modum et rationem esse intelligit, quam priori scripto suo Dominis commissariis exhibuit, neque videt, quomodo jam sæpe nominati Ill. principis, D. mariti sui, dignitas in præsenti curatione aliter retineri possit. Postulat itaque Ill. ducissa, nunc etiam in eo se Domini commissarii postulationi huic accommodare velint, quemadmodum sane Ill. ducissa non dubitat, et ipsi Domini commissarii quales se in eo exhibere debeant, scire possunt.

Bonam etiam spem habet Ill. ducissa, nec dubitat quicquam Ill. Dominum marchionem ita quidem commissam sibi curam administraturam esse, quo Ill. quidem suæ Celsitudini apud omnes laudem et nominis sui prædicationem, Ill. vero principi valetudinario, agnatoque suo, simulque charissimæ conjugi ipsius omnem felicitatem et solatium, ac ipsi etiam provinciæ commoditatem atque utilitatem omnem afferat, eumque sese erga utrasque personas in omnibus exhibiturum esse, quemadmodum sese Regia Majestas primum sæpissime, et ipse Ill. D. marchio clementer satis declaravit, quemadmodum sane Ill. D. marchionem ea de re admonitum etiam esse non dubitamus, neque etiam suæ Celsitudini ab utroque principe ad secus sese gerendum ulla occasio dabitur.

Ad tertium, quartum et quintum articulum, expectat Ill. ducissa a Dominis commissariis resolutionem.

Ut Ill. princeps, D. maritus, suæ Celsitudinis cum scitu D. marchionis oppida invisat, huic rei nunquam Ill. ducissa adversabitur.

Sigillum nulla alia ratione postulabatur, quam solum ea, quam ipsi Domini commissarii proposuerunt.

Maria Leonora ducissa Prussiæ.

Responsum est ducissæ, Dominos commissarios expectare responsum a Statibus et Ordinibus Prussiæ, ut sciant ipsi ab illis, quid sentiant, et an hoc illis placeat, quod a Dominis commissariis oblatum est, de conservanda dignitate Ill. D. ducis ægri, tum etiam ducissæ.

9 maii. Sub vesperum allatum est responsum, sive replicationes Ordinum ad ea, quæ illis Domini commissarii responderunt. Legimus responsum et consultationem de eo ad crastinum diem rejecimus; videbamus autem in eo spiritus elatos et dignitatem

regiam et regni non obscure notari. Et quod caput fuit, hoc unum omnes flagitabant sibi concedi, ut Regia Majestas curationem hanc jure et merito, secundum jura agnatorum proximorum, cessisse marchioni judicaretur, dicebant etiam contra juramentum marchionis, quod scilicet et regi et regno tanquam dominis suis juramentum præstitisset. Hoc vero ante non commemorabant: quæ omnia ex hoc eorum responso clarius patent, quod est hujusmodi.

CXXXII.

Ad Sacræ Regiæ Majestatis Poloniæ, Domini nostri clementissimi, commissariorum, Reverendissimi, Magnifici, et Reverendi, Domini Petri Dunin Wolski, episcopi Plocensis, Petri Potulicki, palatini Plocensis, Joannis Dulski, Culmensis castellani, et Branscensis, Rogosnensis ac Surasensis capitanei, et Laurentii Goslicki, cantoris Plocensis et canonici Cracoviensis, S. R. Majestatis secretarii, declarationem gravaminum in regio decreto curatorio deprehensorum, Status et Ordines ducatus Prussiæ sequenti modo respondent.

Responsum Dominorum Regiorum commissariorum Status et Ordines, ea qua par est observantia acceperunt, legerunt et probe considerarunt. Quod sane ejusmodi futurum expectassent, ut in eo acquiescere potuissent, præsertim quum Regia sua Majestas per responsum legatis Illustrissimi ducis Prussiæ, Domini nostri clementissimi, ac Statuum ducatus ipsius Varsaviæ datum clementer promiserit, fore, ut per commissarios, quos Regia Majestas huc designatura sit, gravamina ista, quæ in Ill. Domini ducis, nec non etiam in Ill. D. marchionis Georgii Friderici, et inclytæ domus Brandeburgicæ, Dominorum nostrorum clementissimorum, dignitatis derogationem, et Statuum ac Ordinum jurium, libertatum et privilegiorum labefactationem et præjudicium vergunt, ex æquo et bono definientur et tollerentur. Atque etiam Domini regii commissarii, qui superiori tempore hic fuerunt, Dominus Petrus Potulicki, palatinus Plocensis, Andreas Firley, castellanus Lublinensis, et Joannes Demetrius Solikowski, S. Regiæ Majestatis secretarius, spem non obscuram emendationis gravaminum illorum fecerunt, et Regiæ Majestatis ac Ordinum inclyti regni Poloniæ, in hac causa deputati, Domini episcopi Cracoviensis et Cujaviensis, palatinus Cracoviensis, et supremus regni cancellarius, Joannes Zamojski, legatis Ordinum Prussiæ Varsaviæ affirmarint, gravamina illa pro non subscriptis in decreto curatorio habenda esse. Non sine dolore autem Status et Ordines ex Dominorum commissariorum declaratione cognoscunt, non omnino ipsorum expectationi satisfactum esse, quamobrem Dominos commissarios hac de re denuo requirendos existimant, officiose et amice rogantes, ut, juxta promissionem regiam et Dominorum commissariorum et deputatorum datam spem, gravamina illa vigore commissionis vel penitus tollere, vel ita saltem moderare et declarare velint, ut jure et merito Ordines et Status ducatus Prussiæ conqueri non possint.

Principio, quod Domini commissarii existiment verba ista: „non tam juris aliqua necessitate adacti, quam adducti mera gratia et benevolentia nostra", non infringere pacta hoc

casu, qui antiquis pactis non est comprehensus, ideoque penes Regiam Majestatem esse hoc in casu curatorem instituere, dicunt Ordines negari non posse, casum hunc implicite pactis inesse, et ex mente sententiæ intentionem eorum satis abunde colligi posse. Præterea juribus communibus, æquitate et receptis per universum orbem christianum consuetudinibus, hoc in casu cura et gubernatio proximo agnato et feudi successori defertur, sicut etiam hoc passim apud alios reges et proceres usu observatur; sancit ~~enim~~ etiam hoc jus Culmense Prutenicum, et Saxonicum, nec non etiam feudale, quibus juribus et Ordo Teutonicus ante hæc tempora usus, et postea Ducatus Prussiæ, qui jus suum ad regnum attulit, primo acquirenti collatus est. Rogant igitur regios D. commissarios Status et Ordines, ut hunc articulum dativæ curæ, vigore commissionis suæ, et hic et Varsaviæ reiteratarum pollicitationum, uti nuper quoque petitum est, secundum jura prædicta declarari et moderari dignentur. Quod si præter spem non fiet, tam contra hunc, quam cæteros articulos, in quibus Ill. ducis Prussiæ, Domini nostri clementissimi, dignitas, et ducatus ipsius jura et privilegia non obscure labefactantur, solenniter Status et Ordines protestantur.

Adjunctionem illorum verborum curatoris nomine, libenter quidem Ordines et Status pro sua erga Ill. ducem Prussiæ Dominum nostrum clementissimum, jurisjurandi religione annexam titulo vidissent. Quum autem illud factum non sit, et ex verbis, quibus Magnificus Joannes Zamojski, supremus regni cancellarius, in theatro publico, in consessu omnium Ordinum incluti regni Poloniæ sub investitura Ill. D. marchionem, Georgium Fridericum, Dominum nostrum clementissimum, affatus est, et ex circumstantiis et qualitatibus decreti appareat, quibus conditionibus sua Celsitudo de hoc ducatu cum traditione vexilli investita sit, Ordines quoque id suo loco relinquendum esse censent, existimantes hoc aliter nec accipi, nec intelligi, neque Ill. duci Prussiæ, neque Ordinibus quoquo modo præjudicari posse.

Varias hoc Ordinibus et Statibus excitat cogitationes, quod Domini commissarii in quarto articulo ponant, nihil pertinere ad Ordines scrutari quomodo supremus dominus vasallum sibi obliget, quum liceat supremo domino ex causis animum moventibus vasallum sibi obstringere, quod ipsorum judicio diligenter animadvertendum est; omni enim jure directus dominus feudalis non potest aliam fidelitatis formam vasallo præscribere, quam antecessores ipsius usi sunt, sed merito antiqua forma retinetur, contra quam si peccatur, non minus id subvasallos, quam verum vasallum tangit. Hæc ~~enim~~ etiam verba in juramento: ~~D. marchionis~~ „dominis meis," latius quam par est se extendunt, neque taliter tam Ill. dux Prussiæ Albertus senior, piæ et augustæ memoriæ, quam modernus dux Prussiæ, Dominus noster clementissimus, juramentum illud præstitit. Optarent Ordines, ut verba hæc omissa essent; quum autem juramentum præstitum sit, et mutari amplius non possit, rogant Dominos commissarios, ut deinceps solita et antiqua forma juramenti fidelitatis, et a superiori et moderno duce Prussiæ præstiti servetur, et ut illa verba: „dominis meis," aut omittantur, aut tantum ad Regiam Majestatem et successores ipsius restringantur, et neutiquam latius

extendantur. Quod si non fiet, solenniter protestantur Ordines, neutiquam hoc in consequentiam contra antiquam formam trahi, vel Ducibus Prussiæ et ducatui quoquo modo præjudicare debere.

Quod ad juramentum ab Ordinibus et incolis Prussiæ ducalis Ill. D. marchioni, Georg Friderico, ~~attinet,~~ præstandum attinet, Ordines scripto quoddam, ut etiam in superiori respo ejus rei facta est mentio, debitam fidem, subjectionem et obedientiam suam ita declararunt et adhuc sunt declaraturi, ut omnino Celsitudinem suam acquieturam confidant. Quod autem Domini commissarii exprimant, ut in eo ~~quod in~~ Regiæ Majestatis et regni ~~potestate~~ jura regalia intra ducatum in omnibus et per omnia rite juxta pacta conserventur hoc ita accipiunt Ordines, ut Regiæ Majestatis jus suum directi domini in hoc duca tu omnino salvum sit, et ut, deficientibus Ducibus Prussiæ, et simultaneæ investiti electoribus et principibus domus Brandeburgicæ, ducatus ad regnum Poloniæ jux pacta redeat, sperantes hanc etiam Dominorum commissariorum esse sententiam: si alia esset, pactis minus consentanea, solenniter contra hoc Ordines protestantur.

In præfecturis et officiis conferendis et constituendis, tam aulæ, quam castrorum, spe rant Ordines Ill. D. marchionem, Dominum nostrum clementissimum, sicuti etiam ejus re spem fecit, et re ipsa comprobaturum recepit, privilegiorum harum terrarum, constitu tionis nempe regiminis, testamenti et recessuum rationem habiturum, quæ privilegia quum a superioribus regibus Poloniæ solenniter confirmata sint, neutiquam per ea juribus regalibus et regni derogari potest. [Quod si nunc vocabulum, indigena, Domini commissarii in genuino et proprio suo sensu accipiunt, suo loco hunc articulum Or dines relinquunt; si vero in alienum et peregrinum sensum, sicut tempore superio (a Dominis commissariis anno sexagesimo septimo factum est, vocabulum illud detor quere conanentur, repetunt Ordines protestationem 18 mensis julii anno sexagesimo sept mo Dominis commissariis in itinere insinuatam.

Posteaquam Ill. D. marchio, Dominus noster clementissimus, pietatem et studium suu erga Ill. ducem et ducissam, simul etiam ipsorum utriusque sexus liberos, præsentes futuros, testatum fecerit, ac profiteatur se tam Ill. ducis, quam ducissæ dignitati nihil derogaturum, et de sustentatione digna et necessaria ipsius provisurum, sim etiam illud consilio Ordinum constituturum, merito ~~rem~~ eam Celsitudinis suæ judi cio relinquendum esse Ordines existimant, certe sperantes Celsitudinem suam hæc omnia ita moderaturam et adornaturam esse, ut Ill. ducis et ducissæ rationes viden tur postulare.

Quod Regia Majestas et Domini commissarii testamentum suo relinquant loco, uti per se pium et æquum est, hoc nomine Regiæ Majestati et Dominis commissa riis Ordines ingentes gratias agunt. Quod autem in hoc casu, non exacta ejus sit habita ratio, Deo committendum est. Quum autem Regia Majestas superior, piæ et augustæ memoriæ, solenniter id confirmavit, orant Ordines, ut in casibus expressis, et sub illis comprehensis, sartum tectum posthac maneat. Quod si ~~ita~~ contra hoc de cæte ris quid committatur, solenniter Ordines protestantur, neque in consequentiam trahi (nullius hoc futurum efficaciæ.

neque testamento quicquam derogare debere.

Inventarium quam primum confici, una cum Dominis commissariis, et utile et necessarium Ordines judicant; quod autem inter alia Domini commissarii existiment, Ill. D. marchioni quatuor consiliarios necessarios non esse, hoc sane quem sensum habeat, Ordines nos satis intelligunt. Quod si ea hujus rei debet esse mens et ratio, ut quatuor consiliarii in aula, contra praescriptum testamenti et constitutiones regiminis, a superioribus regibus solenniter confirmatas, a regiminis consiliis excludi deberent, nequaquam illud Ordines probare possent, quin imo solenniter protestarentur.

Curam et sollicitudinem pro Illustrissima ducissa, Domina nostra clementissima, ratione dotis, contradotis et donationis propter nuptias, et caeterorum, quae hic annexa sunt, pro fide et observantia sua, Ordines et Status non immerito egerunt. Quum autem Ill. D. marchio se aequam hujus rei habiturum rationem receperit, suae Celsitudini hoc Ordines relinquunt, certo sibi pollicentes, Ill. D. marchionem ea omnia, quae hoc nomine Celsitudini suae debentur, non solum concessurum, conservaturum, verum etiam amplificaturum.

Duodecimus dependet ex secundo et tertio articulo, quo se remittunt Ordines.

Acquiescunt Ordines sub clausula illa generali, ita tamen ut sub ea omnia jura, libertates et privilegia Ill. ducis Prussiae et omnium Ordinum et Statuum ducatus hujus comprehendantur, simul rogantes, velint Domini commissarii suo studio et opera ipsis adesse, ut Ill. D. marchio legitime hoc nomine ipsis caveat.

Quod Domini commissarii et commissionis et instructionis, quantum ad articulum gubernationis attinet, exemplum sub manibus et sigillis ipsorum iterum communicare velint, pro eo Ordines summas gratias agunt, et ut hoc primo tempore ~~quoque~~ ~~primo~~ fiat, obnixe rogant.

Quum autem ut ~~et~~ memorata gravamina, quae Ill. ducis Prussiae, nec non etiam Ill. D. marchionis, Georgii Friderici, et inclytae domus Brandeburgicae, Dominorum nostrorum clementissimorum, dignitatem, et universi ducatus jura, privilegia et libertates labefactant et diminuunt, abrogentur et penitus tollantur, summa postulat necessitas. Rogant et obtestantur Dominos commissarios Ordines et Status ducatus Prussiae, ut, pro summa in ipsis fiducia, ex commissionis praescripto, juxta promissionem regiam, et Dominorum commissariorum et deputatorum datam spem, gravamina illa in specie enumerata, vel penitus tollere, vel ita saltem moderare et declarare dignentur, ut Ordines contenti esse queant.

Quod si praeter spem nihil fiet, neque hac ratione Domini commissarii articulos istos declaraturi sint, neutiquam illos vel probare, vel acceptare possunt; quinimo forma, via et ratione juris, qua fieri potest optima, solenniter protestantur, gravamina illa neque Ill. ducis Prussiae, Ill. D. marchionis, Georgii Friderici, totius denique domus Brandeburgicae, Dominorum nostrorum clementissimorum, dignitatibus, neque universi ducatus juribus et privilegiis ullo tempore fraudi et praejudicio esse, vel quoquo modo in consequentiam trahi debere.

Atque hæc sunt, quæ Ordines et Status ad Dominorum commissariorum datam declarationem exhibitorum gravaminum respondere ipsa coegit necessitas, quæ ut Domini commissarii bene ponderent, atque vicissim ad ea quamprimum animi sui sententiam explicent, et juxta rogata categorice respondeant, officiose et amice rogant.

Re penitus in deliberationem posita, quum videremus majoribus quam antea difficultatibus negotia implicari, respondendum et replicandum illis esse putavimus, modeste tamen et ita, ut omnia verba sensusque nostros ad vetera pacta reducere nos intelligant. Eo die perfectum est responsum et missum primum ad marchionem, ut si quæ putaret addenda esse, quæ judicaret rebus suis fore non incommoda, faceret id communicatis prius nobiscum consiliis suis. Remisit ille, et adfuturos esse consiliarios suos apud nos dixit. Ubi veniunt et dicunt in eo responso nonnulla inveniri, quæ longis disputationibus vi occasionem præbere possunt, quæ moderari sit opus, ut faciliori negotio hæ omnes tractationes finiantur, quod valde cupit marchio. Multa cum his disputata fuerunt de juribus regni, multa de juramentis, ad ultimum tamen convenire illo die non potuimus. Ita illi discesserunt, ut dicerent se magis deliberaturos, die crastino ad nos venturos esse, et sententiam suam adhuc explicaturos amplius. Responsum illud nostrum secum denuo acceperunt, quod fuit in eam sententiam scriptum.

CXXXIII.

Sacræ Regiæ Majestatis commissarii ad responsum replicatorium a Statibus et Ordinibus illis die nona maii oblatum ita respondent.

Optassent Domini commissarii, ut Status et Ordines Prussiæ priori suo ad eorum gravamina responso dato, per omnia satisfactum sibi esse intelligerent; quia tamen scrupuli quidam adhuc animos eorum torquent, hos etiam longiori declaratione tollendos et moderandos sibi esse duxerunt, ut Ordinum de se expectationi, et inprimis S. Regiæ Majestatis voluntati, Varsaviæ illis declaratæ, satisfaciant, idque se facturos esse profitentur, dummodo videant Ordinum animos tales esse, quibus facile satisfieri possit.

Inprimis vero verba: „non tam juris necessitate aliqua adacti, quam adducti mera gratia," nolumus ut aliquod incommodum et præjudicium juribus ducatus et pactis antiquis faciant; sed ea verba (quandoquidem omnia conformia pactis esse debent) confirmamus jure primævo Ill. D. Alberto seniori et consequenter reliquis Ill. Dominis marchionibus Brandeburgensibus concesso. Quemadmodum scilicet Ill. D. Albertus marchio cum subditis suis feudum sibi dari enixe et suppliciter petierunt, et precibus eorum Sigismundus rex annuit, gratificari etiam et commodare voluit (verba sunt privilegii): ita hoc statu rerum præsenti, in hac adversa valetudine Alberti Friderici, ducis Prussiæ, quum petiisset Ill. D. Georgius Fridericus curationem et gubernationem sibi a Regia Majestate dari, hanc illi Majestas Regia pro superioritate sua dedit et contulit, gratia et benevolentia sua adducta, ut ipsius petitionibus gratificaretur, ut ægro duci et ducatui commodaret, tanquam feudi superior Dominus.

Quod dicunt Ordines casum ægritudinis ejusmodi in pactis implicite comprehendi, hoc ostendi non potest. Clara sunt verba pactorum: ubi proles deficeret, si sine legitimis feudi hæredibus ex humanis concederent, liberos post se non relinquerent, et sequitur ubi ordinatione divina hujusmodi casus futuris temporibus accideret; sed hic nullus alius casus ullo modo potest intelligi et indagari. Quod Saxonicum, Culmense, Prutenicum jus de cura et gubernatione proximo agnato et feudi successori deferenda allegatur, hoc Ordines prudentissime in suis terminis poni debere intelligunt, sed ad istum casum referri hoc non est opus. Maneant illa suo loco, pacta autem et jura feudi regno et ducatui in suo robore et modo, qui præscriptus est, permaneant. Ista igitur gratiæ et benevolentiæ verba, quum verborum pactis et privilegio Ill. Dominorum marchionum applicantur, non possunt ab Ordinibus intelligi, apposita esse contra jura et pacta ducatus. Quod juri inest, illud contra jus esse et dici non potest; gratificari autem, commodare supplicanti, annuere, non ad aliquod jus referri debet.

Secundus et tertius articulus de titulo ducis et curatoris, bene ab Ordinibus perpensus esse judicantur: itaque suo loco manent.

Quartus articulus de juramento Ill. D. marchionis, Regiæ Majestati præstito, recte judicant Ordines, quod mutari non potest. De obligatione vasalli erga supremum dominum non disputamus; juramentum tamen conforme esse antiquis pactis et juramentis liquido apparet; nam et rex et regnum obligatam habent et obedientiam ducis et subditorum in Prussia modo quo in pactis continetur.

Ut autem verba illa omittantur: „dominis meis," vel ad Regiam Majestatem ipsiusque successores restringantur, vel neutiquam latius extendantur, hoc aperte contra pacta, et contra majorum suorum submissionem commemorare videntur Ordines. Verba submissionis sunt hujusmodi: „Quod nos serenissimis regibus et inclito regno Poloniæ, cui nos unanimiter, sponte, et ex certa scientia, una cum prædicto principe nostro, tanquam superiori domino subjecimus et ex nunc subjicimus, nec unquam alteri adhærebimus, obedientes et subjecti erimus, sed eosdem serenissimos reges et inclitum regnum pro dominis nostris, quod ad utile et directum dominium, merum et mixtum imperium, in subjectione perpetua profitebimur et recognoscemus." Aperte hic et rex et regnum pro dominis ponitur, modo qui in pactis continetur. Absit igitur, ut ea in dubium vocentur, quæ sunt per se clarissima. Nos certe verecunde ea profitemur, nec satis intelligimus sententiam Ordinum, quorum fidem, quemadmodum optimorum et præstantissimorum virorum, et fratrum nostrorum, in eadem regni patria degentium amplectimur. Præstat igitur ea non commemorari, nisi forte majori declaratione res per se tam clara indigeat.

Quintus de juramento subditorum Ill. D. marchioni, et Regiæ Majestati præstando, æquum est, ut hoc fiat ea ratione, quemadmodum pactis et juribus feudi, supremique et directi domini competit, cujus jura in pactis etiam descripta latius se extendunt, quam intelligere volunt Ordines, nimirum in futuræ successionis casum. Hæc igitur et alia in pactis comprehensa jura regalia per juramenta attestari et consecrari æquum est: siquidem, uti pactorum verba—

~~testantur~~, subditi quum principi de Prussia juramentum præstabunt, quod tunc medio hujusmodi eorum præstiti juramenti concordiam se servaturos promittere debent, in qua concordia plura sunt descripta regis et regni jura, quam nunc exprimunt Ordines.

Sextus et septimus, de quatuor consiliariis et aliis ibi expressis: utatur Ill. D. marchio jure suo, juribus ducatus, pactis, auctoritateque directi dominii non repugnantibus quibus certe ~~Ill.~~ ipsius Ill. Celsitudinem usuram esse juste et clementer certo nobis persuademus.

Subscribimus etiam sententiæ civitatensium, ~~ensium~~ ~~[illegible]~~, quatenus id ex re et commodo Celsitudinis suæ et totius ducatus futurum sit, publicum enim bonum præponendum est privato.

Vocabulum, indigena, quemadmodum antiqua pacta describunt, et Majestas Regia intelligit, eo loco permaneat: Dominorum commissariorum anno 1567 de indigena declarationem in eo quo æquum est sensu relinquunt, nec de eo amplius disputare volunt. 10.

Octavus, quod Ill. ducis ægri et ducissæ commodum indicatum sit, accepimus, ejusque rei declaratio ut quamprimum fiat, Ill. D. marchio faciet.

Nonus, ~~testamentum~~ suo loco, quo dignum est, permaneat, ita quidem ut pactis et superioritati Majestatis Regiæ, juribusque ducatus non repugnet, et quemadmodum in eodem articulo antea stat expressum.

Decimus, de inventario conficiendo placet sententia Ordinum: de quatuor autem consiliariis responsum est prius in articulo sexto et septimo.

Undecimus in suo tenore relinquitur.

Duodecimus cum secundo et tertio recte congruit.

Tredecimus permaneat, uti scriptum est. Addantur tamen ubique omnia jura et privilegia, antiquis pactis et superioritati Majestatis Regiæ non repugnantia.

Commissio authentice datur.

Hæc sunt, quæ S. Regiæ Majestatis commissarii Statibus et Ordinibus duxerunt respondenda esse. Cupiunt autem ut intelligant Status et Ordines Prussiæ Majestatem Regiam, Dominum nostrum clementissimum, in concedenda curatione et gubernatione ducatus Prussiæ, dandoque privilegio curationis et investituræ Ill. D. marchioni, spectavisse salutem et incolumitatem hujus ducatus, ponderavisse quoque ea omnia, quæ veteribus pactis comprehensa sunt, ut nihil contra ea commissum esse intelligatur. Hæc autem quæ Status et Ordines pro dubiis apud se habuerunt, et veriti sunt, ne ducatus privilegia, jura et libertates labefactentur et diminuantur, existimant declaratione Dominorum commissariorum dubia esse decisse. Atque ut ita Status et Ordines intelligant, amice ab illis petunt et postulant. Si quid adhuc, quod futurum non sperant, in hac eorum declaratione desideretur, tum parati sunt omnem suam operam et diligentiam adhibere, ut Ordinibus satisfaciant. Verum hoc ~~idem se~~ omnes de se sentire volunt, illos a

pactis veteribus ne latum quidem unguem discedere velle, ut ita omnia conserventur, quæ ad ducatum ipsum et jura regalia pertinere dignoscantur. Dabunt operam Domini commissarii, ne penes eos aliqua minuendorum pactorum suspicio remanere intelligatur: hoc vicissim de Statibus et Ordinibus, tanquam viris prudentissimis et in officiorum conservatione cautissimis et fidelissimis, sibi certo persuadent. Rogant etiam, ut quibusdam inductionibus dignitatem et superioritatem Regiæ Majestatis et regni tangentibus ita utantur, ut intelligantur magis id inquirendi et elucidandi studio, quam aliquo alio consilio produci. Domini commissarii parati sunt de reliquis istis, quæ restant, capitibus, cum deputatis eorum Ordinum convenire, ut ita celerius negotia hæc suum finem habeant, et nos quod debemus exsequamur. Hoc autem quod dicitur, ab optimo et candido profectum esse animo, cupiunt ut intelligant omnes.

---

10 maii. Dies dominica fuit, quo fuimus a marchione prandio invitati. Tribus fere horis ante prandium veniunt deinde ad nos illi ipsi consiliarii marchionis, et secum attulerunt nonnulla, quæ in illo responso omitti petierunt, eam scilicet ob causam, ut disputationibus et replicationibus locus non detur. Magna inter nos fuit contentio: hoc enim et ipsi sentiebant, ut rex a dativa cura ex voluntate sua concedenda excluderetur, sed id jure ad Brandeburgicam familiam pertinere debere intelligatur, si quando accidat. Itaque verba talia excogitarunt, quibus hoc tacite inesse judicaretur, expresse tamen id parum cognosci possit. Actum etiam de juramentis, de juribus regni, et omittendis verbis nonnullis, quibus regis et regni jus exprimebatur. Non leves erant contentiones, ad ultimum tandem convenimus in moderationem illius responsi, quod sequitur.

CXXXIV.

Moderatio præteritorum articulorum.

Sacræ Regiæ Majestatis commissarii ad responsum replicatorium a Statibus et Ordinibus illis (oblatum, die nona maii) ita respondent.

Optassent Domini commissarii, ut Status et Ordines Prussiæ priori suo ad eorum gravamina responso dato per omnia satisfactum sibi esse intelligerent, quia tamen scrupuli quidam adhuc eorum animos torquent, hos etiam longiori declaratione tollendos et moderandos sibi esse duxerunt, ut Ordinum de se expectationi, et inprimis S. Regiæ Majestatis voluntati Varsaviæ illis declaratæ satisfaciant, idque se facturos esse profitentur, dummodo videant Ordinum animos tales esse, quibus facile satisfieri possit.

Ad primum articulum, quantum ad illa verba attinet: „non tam juris aliqua necessitate adacti, quam adducti mera gratia:" repetunt Domini commissarii prius a se factam declarationem, Regiam Majestatem, quæ hujus provinciæ juribus et pactis antiquis nihil derogare cupiat, curam ægri ducis, sibi tanquam supremo domino competentem, Ill. marchioni, proximo ducis agnato, et simultanee investito, ut æquum Regiæ Majestati visum fuit, contulisse, (qua quidem in re non dubitant, Ill. marchionem et Ordines gratiam et benevolentiam suæ Majestatis agnoscere).

Secundus et tertius articulus de titulo ducis et curatoris bene ab Ordinibus perpensus

esse judicatur: itaque loco suo manet.

Quartus articulus de juramento Ill. D. marchionis Regiae Majestati praestito, recte judicant Ordines, quod mutari non potest. De obligatione vasalli erga supremum dominum suum ~~supremi domini (erga) vasallum suum~~ non disputamus; juramentum tamen, quod Ill. marchio suae Majestati praestitit, ab antiquis juramentis et pactis non est alienum, prout nuper etiam dictum fuit, quam declarationem hoc loco, quod ad caetera hoc articulo contenta attinet, Domini commissarii repetunt. siquidem ipse quoque juramentum praestitit uti dux, R. Majestati et regno, et

Quintus articulus: ut antea, ita adhuc Domini commissarii existimant, aequum esse ut ut id juramentum praestent. Ordines et incolae Prussiae ducalis Ill. D. marchioni et regno juramentum praestent, uti duci, quemadmodum pacta vetera exprimunt, ut eo modo etiam Regiae Majestatis et regni jura in ducatu illo rite ~~recte~~ juxta pacta conserventur.

Sextus et septimus: subscribunt Domini commissarii sententiae civitatensium ~~civitatum~~, et quantum ad vocabulum, indigena, attinet, repetunt prius factam declarationem, salvis juribus [regni] et ducatus Prussiae.

Octavus: quod Ill. ducis aegri et ducissae commodum judicatum sit, accipimus, ejusque rei declaratio ut quamprimum fiat, Ill. D. marchio faciet.

Tredecimus permaneat, uti scriptum est, ut Ill. marchio juramento a provincialibus praestito, sine dubio de ea re cum eis conveniet, ita tamen ut nihil fiat contra antiqua pacta et jura regni.

Reliqua inde superius in eorundem articulorum explicatione.

Hoc die pransi sumus cum marchione, laute nos excipiente. Venerunt pugiles et gladiatores in arcem, qui certamina faciebant, aspicientibus ~~aspectantibus~~ nobis, quos etiam donis et praemiis afficiebat marchio, quo quis dignus fuit, reliquos judicio nostro submittebat. Ita dies ille abiit, et nos responsum misimus Ordinibus.

11 maii. Convenimus cum marchione, ut reliqua capita legationis illi explicaremus, secundum instructionem nobis a Regia Majestate datam. Quae res ne suspicionem praebeat, quasi aliquid aliud agamus cum marchione, quam quod esset ex utilitate publica, suspecta enim tum erant omnia, ita alter alterius conversationem fugiebat, ut tutum non esset tres vel quatuor simul esse: statim enim in suspicionem veniebat, aliquid machinari contra libertatem communem et jura ducatus, maxime quod tum distractae fuerunt Ordinum inter se voluntates, et disputabatur de juramento marchioni praestando, quibusdam hoc necessarium judicantibus, aliis nefas esse dicentibus, ut vivo et praesente duce uno, alterius in spe tantummodo habentis juramentum praestetur.

Agebat ducissa negotium mariti sui aegri, alii practicas hic inde ac consilia suggerebant, regentes etiam, auctoritatis et dignitatis suae conservandae causa, nihil intentatum relinquebant, et promovebant, ut gubernatio ducis ~~secundum testamentum~~ et ordinationem ducis Alberti senioris fieret. Haec autem talis fuit, ut quatuor consiliarii ~~in~~ casibus descriptis omnem ducatum administrent. Multa alia privatim dicebantur, scilicet in hoc toto negotio non aliud spectari, nisi utilitatem privatam, sed ea tanquam minus necessaria omittenda

× Deligitur igitur a nobis D. Goslicki, qui hoc faceret. Fecit ille, et omnia prius ordine persecutus, nonnulla, et quæ secreta erant, semotis aliis, effatus, in scriptis reliqua dedit,

sunt. Harum igitur suspicionum vitandarum causa, visum est ut, omisso solenni illo congressu, privatim marchio conveniretur, ipsique reliqua capita legationis explicarentur, et in scriptis postea offerrentur. × ~~deinde reliqua darentur~~, ut haberet marchio deliberatius ad quæ responderet. Marchio id libenter intellexit, et deliberatione usus, recepit se ad omnia responsurum, et quantum maxime posset, Regiæ Majestatis voluntatem executurum esse. Capita vero legationis talia fuerunt.

CXXXV.

Capita reliqua legationis commissariorum S. Regiæ Majestatis Illustrissimo marchioni exponenda.

Illustrissime princeps. Paulo ante, postulante Ill. Celsitudine Vestra capita legationis nostræ, quæ ad negotium gubernationis pertinebant, Ill. Celsitudini Vestræ in scriptis obtulimus, videmurque et voluntati Ill. Celsitudinis Vestræ et officio nostro ea in re satisfecisse, et satisfacturos etiam esse, rebus ad optatum finem deductis, uti nobis est a S. Regia Majestate delegatum.

Quum autem otiosi videamur esse, expectandis responsis Ordinum, et moderandis constituendisque his rebus, quæ ad quietam et pacificam possessionem ducatus faciendam pertinere intelliguntur, hæc reliqua legationis nostræ capita voluimus apud Ill. Celsitudinem Vestram deponere, de iisque voluntatem S. Regiæ Majestatis Ill. Celsitudini Vestræ declarare, ut tanto celerius omnia, quæ nobis demandata sunt, expediamus. Petimus, ut ab Ill. Celsitudine Vestra benevole accipiantur, atque ut Regia Majestas agnoscat in his omnibus exsequendis Ill. Celsitudinis Vestræ animum voluntati S. Regiæ Majestatis non esse dissimilem.

Primo loco commendari nobis jussa est Ill. ducissa Prussiæ Ill. Celsitudini Vestræ, ut personam et res negotiaque illius omnia habeat Ill. Celsitudo Vestra commendatissima, ut scilicet ipsius Celsitudinis dignitas salva sit, ipsaque eodem jure, eademque prærogativa, qua antea perfruatur. Videt Ill. Celsitudo Vestra in quem moerorem ob invaletudinem Ill. ducis, mariti sui, conjecta sit, quam illi tota vita, ob infelicem mariti sui statum, si Deo ita placuerit, in luctu et tristitia transigenda est: orbata hic parentibus est: in quo spem consolationis suæ ponat, præter Ill. Celsitudinem Vestram, habet hic neminem. S. Regia Majestas cupit, ut eam ~~ipsam~~ Ill. Celsitudo Vestra non modo affinis, sed filiæ loco habeat, ac efficiat, ut, si consolatione interna destitutam se agnoscat, non destituatur tamen externis hisce remediis, quæ hominibus levationem doloris facere consueverunt. Est autem quod apice postulat Serenissimus rex, ut Ill. Celsitudo Vestra alterutram harum præfecturarum ipsius Celsitudini ad vitæ ipsius tempora supra dotem constitutam concedat, videlicet Riseburgum aut Preusmarcum: hoc beneficio devinciet sibi Ill. Celsitudo Vestra non mediocriter Serenissimum regem, testatam faciet præterea benevolentiam suam erga Ill. ducissam, ac eo nomine non modo apud principes clarum pietatis et munificentiæ nomen sibi conciliabit, verum etiam illustrissimam familiam Juliacensem, quæ in Germania late patet, plurimum sibi devinciet.

Secundo, postulat amice S. Regia Majestas ab Ill. Celsitudine Vestra, ut ~~in~~ ea in re quoque propensum et facilem se ipsius Majestati præstet Ill. Celsitudo Vestra, ut pro die Pentecostes quo quidem die constitutam partem unam pactæ pecuniæ Majestati Regiæ Posnaniæ Ill. Celsitudo Vestra numeraturam se recepit, duas partes eodem illo tempore repræsentet, et pro quinquaginta millibus florenorum, centum millia Majestati ejus numerari jubeat, maxime propter apparatum imminentis belli adversus Moschum instituti, quod quidem vel maximo nervo indiget.

Tertio, jubeat Ill. Celsitudo Vestra, ut Dominus Prantnerus, Ill. Celsitudinis Vestræ jurisconsultus, obligationem novam super pacta pecunia universa ducentorum millium florenorum ad illum, qui Marienburgi præscriptus est, modum, conficiat nomine Ill. Celsitudinis Vestræ, ut nobis eam tradat, ad Majestatem Regiam perferendam, prior enim obligatio, quæ antea missa fuit, mendis aliquot scriptoris conspersa fuit.

Quarto, cupit etiam R. Majestas, ut Ill. Celsitudo Vestra Torunensibus et Elbingensibus obligationes restituat, quibus fidem suam apud Illustritatem Vestram interposuerant de assignando Ill. Celsitudini Vestræ per Majestatem Regiam Ducatus possessionem.

Quinto, non vult celare S. Regia Majestas Ill. Celsitudinem Vestram constitutum esse in proximis Varsaviensibus comitiis, ut certa pars mercium illarum, quæ superioribus temporibus e regno Gedanum mitti solebat, Elbingam deinceps mittatur. Quum igitur ab ejusmodi mercibus nullum Illustritati Vestræ teloneum debeatur, Illustritas Vestra ex pactis ultra consueta vectigalia nihil exigere præterea possit. Debeatur autem teloneum hoc regno et Regiæ Majestati ipsius, quæ hoc tempore ejusmodi vectigali ad varias regni necessitates sublevandas inprimis opus habet. Postulat ab Ill. Celsitudine Vestra, ut ipsa ab exigendo altero ab ejusmodi mercibus vectigali ex portorio Elbingensi recens constituto plane abstineat, nec mercatores ipsos onere illo minime tolerabili bis pendendorum vectigalium premi ac gravari jubeat. Nihil dubitat S. Regia Majestas, quin id Celsitudo Vestra boni publici causa factura sit, quod sane Regiæ Majestati erit gratissimum, et apud regni incolas non ~~parum~~ parvam ea res benevolentiam Ill. Celsitudini Vestræ conciliabit.

Sexto, Ill. Celsitudinem Vestram scire existimamus, quam valde Regia Majestas oblectetur antiquitate investiganda, legendisque historicis, potissimum vero his, qui aliquo modo ad cognitionem et scientiam rerum Polonicarum ipsius Majestatem juvare possunt. Quum igitur in archivio Ducatus Prussiæ chronicon quoddam vetus extare dicitur, miro ejus videndi ac legendi desiderio incensa est Majestas Regia: proinde postulat, ut ipsum Regiæ Majestati Ill. Celsitudo Vestra exhibeat, sive ipsum ut est, sive etiam descriptum ex ipso exemplari. Rem gratissimam factura est S. Regiæ Majestati, nos vero dabimus operam, ut liber ille Ill. Celsitudini Vestræ descriptus restituatur.

Septimo, commendamus etiam Ill. Celsitudini negotium Domini Martini Berzevicii, cancellarii Transylvaniæ, viri Majestati Regiæ plurimum charissimi. Hoc autem

ita se habet. Ill. D. Albertus Fridericus in Prussia dux superiore anno interventu Majestatis Regiæ concessit villam Layzenoviam cum prædiis ipsi et uxori ejus, quam ducturus esset, ad extrema vitæ tempora. Quum vero privilegii et juris illius tales conditiones sint, quæ illum tanquam glebæ servum constringunt, ita ut Regia Majestas illius opera in Transylvania et ubivis alias uti commode non possit: postulat Majestas Regia, ut Ill. Celsitudo Vestra summo atque perpetuo jure, omni conditione exclusa, excepto militari munere, quo eum teneri æquum est, hanc villam ipsi concedat, eaque re Majestati Regiæ gratificetur, quo nomine et Berzevicium, virum alioquin obeundis obsequiis dignissimum, Ill. Celsitudo Vestra sibi perpetuo devinciet, et Regiæ Majestati faciet rem valde gratissimam.

Octavo, intercedit etiam actio in negotio hæreditatis Melno inter successores Elisabethæ et Ursulæ de Sieprez, aliorumque cohæredum, et inter Finkum Pritenum, subditum Ill. Celsitudinis Vestræ, a quo quum esset ad Regiam Majestatem appellatum, Majestas Regia in eo conventu Varsaviensi ad acta revidenda, aut ad pares curiæ remittendum putavit. Postulat igitur ab Ill. Celsitudine Vestra, ut acta revideri mandet, aut curiæ pares de more Ill. Celsitudo Vestra det, qui controversiæ finem imponant, et inter partes decernant. Hoc negotium tanto magis esse debet Ill. Celsitudini Vestræ commendatum, quod habebit Magnificum D. palatinum Plocensem in obsequio Ill. Celsitudo Vestra, ad quem ea res tanquam ad hæredem spectat.

Nono, vetuit etiam S. Regia Majestas edicto publico in eo conventu Varsaviensi, ne anguillaris piscatio, omni generi piscium perniciosa, quam nitellarem vocant, in Habo fieret. Postulat igitur Majestas Regia ab Ill. Celsitudine Vestra, ut, quod multoties Ill. D. dux defunctus sollicitabat, modo Regiæ Majestatis assensus accessisset, de parte etiam ducatus omnino prohibeatur, et occasiones omnes hujus piscationis tollantur et abrogentur. Qua de re fecit ordinationem Regia Majestas, eamque Elbigensibus tradidit.

Decimo, habemus etiam privatorum causas nonnullas partim a Majestate Regia nobis delegatas, partim regnicolarum et provincialium precibus susceptas, eas etiam Ill. Celsitudini Vestræ, sumpto ad id commodo tempore, quod Ill. Celsitudini Vestræ aptum videbitur, explicabimus, et rogamus, ut Ill. Celsitudo Vestra huic rei quoque audiendæ ac definiendæ nobiscum tempus sibi sumat.

Descendit deinde D. Goslicki ad ducissam, ipsique retulit quo in statu res ipsius sint, tam apud marchionem, quam apud Ordines, quod illa libenter intellexit, et quæ dicta fuerunt, in scriptis dari sibi postulavit; sed data tamen non fuerunt, quod expectabamus Ordinum de his omnibus clariorem sententiam.

12 maii. Misimus ad Ordines moderationem responsi nostri superius annotati, simul dicere jussimus, ut mittant ad nos deputatos, ut illis omnia latius explicemus ea, quæ illos dubios faciunt; illi tamen de deputatis mittendis nihil responderunt, sed responsuros se esse dixerunt sine mora et procrastinatione ulla.

13 maii. Audiendis supplicationibus privatorum [dies] consumptus est, de quibus retulimus ad Dominum marchionem, ut illis audiendis et absolvendis ~~nos~~ nos adhibeat judices, aut consiliarios sive judices mittat.

14 maii. Misit ad nos marchio quatuor judices curiæ ordinarios, qui nobiscum conferant decreta, et supplicationes eorum, qui se gravatos esse dicebant, et consiliarios Prussiæ ~~accusabant~~[recenseant]: recensitæ duæ causæ. Conclusum deinde est, ut omnium supplices libelli marchioni tradantur, et marchio finem illis imponat. Dicebant isti, ut Domini commissarii dignitatis et auctoritatis pactorumque rationem habeant, neque jurisdictionem ducis Prussiæ judicandis causis convellant, et ne peccetur contra pacta. Respondimus nihil novum nos facere, sed quod usitatum ante fuit, hoc servare: pacta etiam in suo robore permanere, ab illisque nos non discedere.

15 maii. Variæ fuerunt sententiæ et opiniones Ordinum de præstando juramento marchioni, quæ res fuit in causa, quod non miserimus ~~—~~ injurias gravatorum marchioni tot difficultatibus impedito. Privatim tamen admonebamus singulos nomine Majestatis Regiæ, ut in præstando officio suo sint morigeri, aliquin officium nostrum ex auctoritate Regiæ Majestatis nos facturos esse, neque permissuros, ut ejusmodi contentionibus dignitas Regiæ Majestatis et marchionis [lædatur] cum gravi provinciæ periculo: quo die mitiores facti, et ad concordiam propensiores effecti sunt.

16 maii. Affertur nobis responsum ab ~~a~~ Ordinibus in eam sententiam.

CXXXVI.

Ad alterum Sacræ Regiæ Majestatis Poloniæ Dominorum commissariorum responsum Ordines et Status ita respondent.

Legerunt Status et Ordines Regiæ Majestatis commissariorum responsum 12 die maii datum, quo etsi nonnihil perturbati sint, propterea quod in certis quibusdam articulis nequaquam secundum æquitatem ipsorum desiderio et expectationi satisfactum esse videtur; non leviter tamen inde confirmati sunt, quod Domini commissarii non obscuram spem Ordinibus fecerint, si quem adhuc scrupulum habuerint, se etiam illum sublaturos, et desiderio Ordinum satisfacturos. Hac itaque spe, ea, quæ in hoc ipso responso desiderantur, paucis annotanda esse judicarunt, obnixe petentes, ut si hac in re ipsis importuniores esse videntur, in meliorem partem interpretentur, et quicquid horum a provincialibus fit, magnitudini rei, summæque ipsorum necessitati imputent, magnopere autem rogant, ut id tandem sine ambiguitate præstent, quod Regia Majestas per ipsos se præstaturam clementer promisit.

Ad primum itaque articulum quod attinet, grato animo suscipiunt Status et Ordines, quod Domini regii commissarii verbis illis: „non tam juris aliqua necessitate adacti, quam adducti mera gratia," affirment Regiam Majestatem hujus provinciæ juribus, privilegiis et pactis antiquis nihil derogare voluisse, sed tantum curam ægri ducis, tanquam supremo domino competentem, Ill. D. marchioni, proximo ducis agnato, et simultanee investito, uti æquum fuit, contulisse. Sed quum

hac declaratione hic scrupulus Ordines et provinciales torqueat, de dativa cura id intelligi posse, magnopere rogant, ut sine ambiguitate aliqua et delucidis verbis addatur, hanc curam et gubernationem memorato D. marchioni collatam non dativam, sed legitimam esse. Ac sperant se a Dominis commissariis facile hoc impetraturos, quum per universum orbem juribus communibus, æquitate et consuetudinibus ita observetur, ut in hujusmodi casibus tutela ac cura proximis agnatis omnino et necessario conferatur, id quod et hujus ducatus jura Culmense et Saxonicum, atque adeo feudale sanciunt.

Secundum et tertium articulum amplius Status et Ordines non disputant.

Quartus articulus, juramentum Ill. D. marchionis Regiæ Majestati jam præstitum, quum mutari nequeat, rogant ne, quum a veteri forma nonnihil discessum sit, in consequentiam id trahatur, sed vetus et usitata juramenti formula deinceps retineatur, et ut verba illa: „dominis meis," aut omittantur, aut saltem ad Regiam Majestatem et successores ipsius restringantur.

Quintus articulus de juramento Ill. D. marchioni præstando, Ordines et Status ita respondebunt, ut Celsitudinem suam facile acquieturam omnino sibi persuasum habeant. Quod vero ad juramentum Regiæ Majestati et regno præstandum attinet, disertis verbis Regia Majestas in formula juramenti, quod Ill. duci Prussiæ moderno, Domino nostro clementissimo, præstitimus, et nunc Ill. D. marchio a nobis postulat, continetur, atque Ordines et Status omnino accipiunt ita a Dominis commissariis de futuris casibus, secundum luculentissimam pactorum dispositionem intelligi: sed ut hujus rei omnis ambiguitas tollatur, petunt Ordines dilucidis verbis id explicari, de futuro casu successionis id accipiendum esse. Quod autem ad hanc clausulam, salvis regni juribus, attinet, nunquam illa Ordines in dubium vocare præsumpserunt, sed æquum judicant, ut non minus illa, quam ducatus jura salva et integra maneant.

Sextus et septimus de constituendis et conferendis præfecturis, tam aulæ, quam castrorum, etsi Ordines non dubitant Ill. D. marchionem, Dominum nostrum clementissimum, harum terrarum privilegiorum, constitutionum, formulæ regiminis, testamenti et recessuum rationem habiturum, sicuti ejus rei spem nobis fecit et solenniter promisit; id tamen Domini commissarii in dubium vocare videntur, dum civitatum[ensi] sententiam memorata jura infringere conantium approbant. Unde quum plurima incommoda et periculosæ mutationes oriri possent, rogant provinciales, ne Domini commissarii ea temere contra Regiæ Majestatis reiteratas pollicitationes approbent, quæ ad labefactationem jurium et privilegiorum hujus ducatus fenestram aperire videntur, sed ut prudenter inducta, et a superioribus regibus confirmata omnia, secundum patriæ jura constituantur, quod ad tranquillitatis publicæ conservationem plurimum faciet, in qua conservanda Domini commissarii, tanquam præcipui incliti regni consiliarii, operam suam ponere velint, nec facile ad aliquam mutationem occasionem præbeant.

Sic de indigenæ vocabulo eam cathegoricam declarationem petunt, ut ejus vocabuli

genuinus sensus retineatur, peregrinus vero et alienus, sicuti superiore tempore, anno 1567. a Dominis commissariis regiis acceptus est, rejiciatur, idque secundum Ordinum interpositam protestationem.

Nonus, quum testamentum defuncti senioris principis Prussiæ pro eximio privilegio hujus ducatus habeatur, et a superiore Divo Sigismundo Augusto, rege Poloniæ, in publicis comitiis summa solennitate ita confirmatum, ut perpetuum sit: petunt, ut hic articulus a Dominis commissariis ita declaretur, ne de testamento aliquando aliqua suboriatur disputatio, aut illud in dubium vocetur.

Postremo, quod ad hanc clausulam in omnibus regiorum commissariorum responsis sæpius repetitam, salvis regni juribus, attinet, sperant Ordines, quemadmodum in quinto articulo dictum est, Dominos commissarios ea jura, quæ Regiæ Majestati et regno, secundum pacta competunt, intelligere, nec eo extendere, quod cum labefactatione jurium hujus ducatus conjunctum sit.

Ceteri articuli in suo tenore permaneant.

De communicata sub sigillis suis commissione Ordines summas ipsis gratias agunt.

Atque hæc sunt, de quibus Ordines et Status Dominos commissarios paucis admonere voluerunt, obnixe rogantes, ut quum intelligant quod Ordines in ipsorum responso gravissimis causis permoti desiderent, tandem ita respondeant, ut Ordines sine læsione jurium suorum acquiescere possint, atque vigore suæ commissionis id sigillis suis confirmare dignentur: rem æquitati consentaneam Domini commissarii in eo facient, et quum Regiæ Majestatis, tum Dominorum commissariorum, qui superiori tempore hic fuerunt, nec non regiorum deputatorum, et hic et Varsaviæ reiteratis pollicitationibus satisfiet, et nos quovis officiorum genere demereri contendemus.

Quod ubi legissemus et vidissemus eos in veteri sua sententia perstare, in petendis quibusdam articulis, ut sibi concedantur, et jam expresse videbamus hoc illos unum conari impetrare, ut cura et administratio ducatus a S. Regia Majestate marchioni concessa, non dativa, sed legitima, tanquam ad agnatum proximiorem spectans intelligatur, ut ita et aliis Brandeburgensibus, et potissimum electori, qui hoc unum per oratores suos sollicitabat, successive serviat, ut curationem, sive si quid postea accidat, non requisitam a Regia Majestate sibi usurpent. Quæ res quum nobis periculosa videretur, existimabamus enim ea ratione a Brandeburgensibus ad suos etiam in Germania agnatos et curam et gubernationem Prussiæ devolutam intelligi posse: itaque perstandum nobis esse in nostra sententia putavimus, et gratiam regiam in conferenda curatione valere, neque eam variis disputationibus distrahi debere diximus, privatim etiam Brandeburgenses legatos admonuimus, ne consiliis et sollicitationibus suis negotia nostra inficiant, ne, dum sollicite rem domini sui agere videntur, in aliquod discrimen, aut sinistram opinionem causam suam apud Regiam Majestatem inducant, id nos Regiæ Majestati dicturos postea, si forte in sententia perseveraverint. Erant etiam in aliis articulis quibusdam contrarii, sed nos disputationes fugiendas,

~~[existimavimus]~~, et breviter in eam sententiam respondendum illis esse putavimus, ~~hoc nimirum responso~~.

CXXXVII.

Sacræ Regiæ Majestatis commissarii ad alteram replicationem Ordinum Ducatus Prussiæ, die 16 maii oblatam, ita respondent.

Inprimis profitentur se omnia candide Ordinibus, quæ ad eorum jura et libertates conservandas, quæ pactis antiquis et juribus Ducatus Prussiæ competunt, quæ illis etiam a Regia Majestate commissa sunt, ita declaravisse, ut opus non habeant ea iterum repetere scribendo; si tamen aliquibus non satisfaciunt, aut si qui sunt, qui ea non recte perpendunt, ut fieri potest in tanta hominum et ingeniorum varietate, hoc prudentissimorum et optimorum judicio committunt, nec habeant quod amplius tam Regiæ Majestatis, quam suis nominibus dicant ad ea, quæ Ordines in dubium vocant, quæ quum sint perexigua, cupiunt Domini commissarii, ut talia esse ipsi etiam Ordines intelligant, et quod maximum est, ad præstandum officium suum S. Regiæ Majestati et Ill. D. marchioni quanto citius accedant.

Quod attinet primum articulum, et gratiam et benevolentiam Regiæ Majestatis, agnoscunt Domini commissarii suam, agnoscunt etiam Ordinum sententiam. Et quia gratia regum late patet, ideo restringenda non est ad aliquot terminos, ubi subsistat; quinimo præstat, ut subditi gratiam dominorum quam amplissime distendant, nec eam conditionibus et opinionibus coarctent, quod alioquin parum decorum judicandum est.

Ad quartum articulum Domini commissarii responderunt, et amplius dicunt ad Ordines non pertinere, ut aliena juramenta perstringant, sua potius agnoscant, et præstent, quemadmodum in quinto articulo latius antea dictum est, quod etiam nunc repetunt.

Ad sextum, septimum, nonum non disputant, sed in genere dicunt, quod justum et æquum est, quod pactis non repugnat, jura directi domini non infringit, servari debet.

Quod attinet ad clausulam, salvis juribus regni, ea verba non ad injuriam, sed ad conservationem omnium, quæ justa sunt, referri debent. In juribus regni comprehenduntur etiam jura ducatus, qui est de corpore regni, modo qui est in pactis descriptus.

Rogant Domini commissarii et S. Regiæ Majestatis nomine benigne mandant, ut his rebus et tractatibus finis imponatur, ne altercando tempus frustra teratur.

Post remissum responsum hoc nostrum, misit ad nos marchio, illo die jam Status et Ordines Prussiæ inter se convenisse, et in subjectionem ipsi con~~ce~~sensisse, juramentum præstare promisisse. Voluisse quidem marchionem, ut hic omnes præsentes jurassent; verumtamen quia Ordines allegabant consuetudinem antiquam et usu receptam per territoria in arcibus principalibus, quum ibi dux advenisset, jurandi, et petiissent, ut ea quoque

consuetudo nunc servaretur; ideo illis morem gessisse, nec voluisse committere, ut aliquid contra jura et consuetudines provinciæ fieret. Grata nobis ea fuerunt, quæ marchio significavit, tametsi paulo ante nobis ea quoque nuntiata fuerunt, jam enim agnovimus rationibus nostris illos cessisse, et a nobis satisfactum illis esse, eo quod replicationes et responsiones nullas postea nobis dederunt. Itaque re in deliberationem vocata, quum jam finis rebus imponi videretur, priusquam conventus solveretur, putavimus ex dignitate nostra, et inprimis S. Regiæ Majestatis esse, si ita marchioni videretur, ipsique placeat, ut obedientiam subditorum marchioni publicaremus, præsentibus Statibus et Ordinibus omnibus, et marchionem pro duce nuntiaremus.

Hæc eo consilio acta sunt, quod videbamus plerosque hoc unum agere, ut auctoritas et superioritas regia in publicis negotiis parum momenti habere intelligatur, et is sermo imperitæ multitudinis audiebatur.

Nos autem quanto maxime potuimus, hoc publice profitebamur, hoc etiam agebamus, ut auctoritas S. Regiæ Majestatis et jura regni apud illos populos clara et manifesta appareant. Agnoscebamus etiam officium nostrum in hoc uno positum fuisse, ut marchioni ducatum in Prussia nomine S. Regiæ Majestatis consignaremus, quod licet per nos jam factum fuisset, placuit tamen hujusmodi solemnitate repeti ac finiri: ideoque verba in eam sententiam concepta fuerunt.

CXXXVIII.

Publicatio marchionis pro duce et gubernatore in Prussia.

Quod antea ~~vobis~~ vobis in hac augusta omnium vestrum præsentia denuntiavimus et palam professi sumus, nos salutis publicæ causa huc a S. Regia Majestate, Domino nostro clementissimo, ablegatos esse, ut, quod maxime cupiebatis, capite vestro salvo, salva deinceps reliqua omnia vestra habeatis, ita quum diem hujus tantæ felicitatis vestræ in publicum proferendæ, et solemni ritu et gratulatione prosequendæ advenisse videamus, quod nostri muneris est, quod vobis felix faustumque sit, quod provinciæ isti salutiferum esse velit Deus Opt. Max, Illustrissimum Dominum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, S. Regiæ Majestatis nomine vobis ducem, Illustri Domino Alberto Friderico curatorem, provinciæ vero isti, patriæ vestræ, gubernatorem et administratorem damus hac ratione et modo, qui est a S. Regia Majestate institutus, et per nos antea declaratus. Quam igitur fidem principi vestro legitimo debetis, quam patriæ vestræ professi estis, quam deinde præstare fideles ac generosos cives æquum est, eam Ill. D. Georgio Friderico, principi vestro legitimo, præstetis, eam patriæ persolvatis, eam ipsi conservetis. Tuæ igitur, Illustrissime princeps, curæ et sollicitudini Ill. inprimis D. Albertum Fridericum, ducem Prussiæ, ægrum quidem animo, sed jure quo potitur salvum et integrum, una cum Ill. principe Maria Leonora, ducissa Prussiæ, et ipsius Illustritatis conjuge, salvis omnibus quæ ad eorum dignitatem conservandam et tuendam pertinent, commendamus, tuæ fidei et gubernationi ducatum Prussiæ, tuæ gratiæ et benevolentiæ generosissimos et

fidelissimos hujus provinciæ populos tradimus, Deumque precamur, ut Ill. Celsitudini Vestræ gubernatio ista felix sit et perpetua, vergatque inprimis ad laudem Dei Opt. Max., ac deinceps etiam ad hujus provinciæ salutem et incolumitatem, perpetuamque laudem et gloriam Ill. Celsitudinis Vestræ.

Missus est D. Goslicki cum ea deliberatione ad marchionem, qui ea omnia ipsi nuntiavit, exemplum præterea hujusmodi publicationis obtulit, ut legeret, eaque pro placito uteretur, et si ipsi videretur, emendaret. Deliberavit marchio cum consiliariis suis, respondit deinde sibi gratiosissimum esse, quod illi a Dominis commissariis dictum et oblatum esset, hoc enim cum ipsius dignitate conjunctum intelligebat, cujus Dominos commissarios esse studiosissimos, vel ex eo etiam satis abunde se perspexisse; sed quia videat negotia hæc bene et eousque progressa esse, quod non opus sit hujusmodi publicatione, ideo satius est ab ea supersedendum esse, ne disputationibus aliquibus locus relinquatur; Dominos commissarios functos esse officio suo apud Ordines prima illa audientia nomine S. Regiæ Majestatis habita, quo tempore dux et gubernator est renuntiatus et declaratus, omnia, quæ ad præsentem actum tradita possessionis ducatus pertinere videbantur: itaque hoc amplius facere non videri necessarium; rem suam hic agi; si sciret ea re sibi opus esse, tum de hoc sponte sua Dominos commissarios requireret, quorum opera in eo saltem ubi opus esset requirendam sibi esse, S. Regia Majestas decrevit in privilegio curationis, et in literis proxime ad se scriptis. Hæc quemadmodum dicta fuerunt, retulit ad Dominos commissarios D. Goslicki, qui quum viderent invito marchione id peragi nullo modo posse, et ipse id etiam marchio repudiaret, quod etiam ante id apud Ordines fecissemus, neque ~~contra~~ citra consensum marchionis facere aliquid æquum esset, quum ita in instructione scriptum exstaret; supersedendum nobis esse putavimus ab ea ceremonia, quam soli marchioni honorificam esse judicavimus, ad nos vero pertinere nihil, quod eam refugeret; privatim tamen diximus consiliariis, eam rem futuram esse D. marchioni honorificam, sed illi ad ea nihil responderunt.

17 maii. Dies sacer Pentecostes fuit: eo die marchio ex ecclesia in hospitium Domini episcopi insperatus venit una cum Saxonicis et Brandeburgensibus, multisque aliis consiliariis Prussiæ, et dixit se, tametsi non rogatus esset, privatim cum episcopo tanquam amicus ~~cum episcopo~~ prandium sumere velle, quo audito D. episcopus illum humanissime exceptum rogavit, ut hoc faceret, simulque ut restarent etiam illi omnes, qui secum venerant, grato tamen acciperet animo prandium episcopale catholicum, in quo benedictio Domini cibi et potus ~~esset~~ est.

Misimus quæsitum an tempus juramento præstando jam constitutum esset: responsum est, nondum esse constitutum, locus tamen parabatur, ~~tu~~ ubi hoc ~~f~~ acturum esse debuit. Hoc ideo perquirebamus, quia intellexeramus tacite in consilio fuisse propositum, utrum homagio a civitatibus præstando præsentes esse deberent S. Regiæ Majestatis commissarii, et variæ fuerunt de ea re sententiæ; vicerunt tamen isti, qui dicebant hoc in pactis non inveniri, fieri contra morem et usum antiquum, non debere novis rebus infirmari jura et privilegia ducatus: ideo neque invitari commissarios, neque admitti, quinimo

caveri debere, ne quid contra instituta majorum committatur. Hæc nobis insciis omnia agebant.

Cumque querulantium vocibus opprimeremur eorum potissimum, qui consiliariorum aut negligentiam, aut injustitiam accusabant, quod videbamus omnium causas nullo modo nos expedire posse, visum est nobis supplices libellos horum omnium ad D. marchionem mittere, ab eoque petere, ut præsentibus adhuc commissariis regiis justitia omnibus miseris administretur, qui jus suum a multo tempore, ab annis triginta aliqui implorant, neque tamen impetrant. Missus est cum his supplicationibus ad marchionem D. Goslicki, et quæ ad rem spectabant præfatus, eas illi dedit, summa petitionis suæ pro more et consuetudine in scripto quoque oblata, quæ talis fuit.

CXXXIX.

Petitio Dominorum commissariorum pro emeritis, et his qui injurias passi sunt.

Sacræ Regiæ Majestatis Domini commissarii.

Offerimus Illustrissimæ Celsitudini Vestræ supplices libellos [eorum], qui se injuria affectos esse queruntur a consiliariis ducatus Prussiæ, quorum nonnulli sunt ad nos per S. Regiam Majestatem remissi, ut eos eorumque causas Ill. Celsitudini Vestræ commendaremus: alii vero ultro patrocinium nostrum implorant, spem ponentes in ea gratia et benevolentia, quam nobis Ill. Celsitudo Vestra declarat, fore, ut eam ipsi quoque nostra commendatione in rebus suis sint experturi. Rogamus Ill. Celsitudinem Vestram, ut ea gratia et honore Ill. Celsitudo Vestra commissarios regios dignos faciat, eorumque commendationis rationem talem habeat, ut isti, qui ab eis commendantur, non minorem æquitatis, quam auctoritatis S. Regiæ Majestatis rationem apud se Ill. Celsitudinem Vestram habuisse intelligant.

Sunt alii, qui etiam meritorum suorum præmia petunt: hos etiam Ill. Celsitudo Vestra gratia sua prosequi velit: quid petant, ex eorum supplicibus libellis Ill. Celsitudo Vestra fusius cognoscet, et hæc sunt, quæ ad privata hominum negotia spectant.

Quod attinet executionem negotii publici, quandoquidem juramento terminabitur, rogamus, ut Ill. Celsitudo Vestra de nobis expediendis cogitet, et ad illa nobis responsum det, quæ Ill. Celsitudini Vestræ paulo ante nomine S. Regiæ Majestatis obtulimus, quæ quidem quum sint in duplici ratione comprehensa, altera quidem ad traditionem ducatus, altera ad alia negotia spectant, rogamus, ut Ill. Celsitudo Vestra de responso et recognitione ducatus assignata et consecuta Regiæ Majestati conscribenda cogitet, et in aliis quoque rebus animi sui sententiam explicet.

Respondit marchio, deliberatione cum consiliariis habita, se facturum esse omnia, et eos quidem, qui bene meriti sunt de principibus et ducatu Prussiæ, gratia et præmiis prosequetur, ubi prius cognoverit, quæ sit conditio cujusvis. Quod ad justitiam administrandam spectat, faciet etiam quod juris erit, ita ut intelligant Domini commissarii, se eorum commendationis rationem esse habiturum. De expediendis nobis

respondit, jam esse scribas occupatos iis rebus describendis, quæ præsenti negotio Dominorum commissariorum serviunt. De tempore juramenti præstandi, quum percontati essent, responderunt nihil adhuc certi constitutum esse de tempore, quæ omnia admirationi nobis fuerunt. Nihil tamen diximus de eo, ut præsentes essemus, eo quod parum decere putavimus hoc ante flagitare, quod ad officium et humanitatem eorum pertinere judicavimus: fore ut nos non modo [non] prætermitterent, verum etiam invitarent et rogarent, ut præsentia nostra homagium illud exornaremus.

Perlatum est ad nos summo mane, cives omnes Regiomontanos cogi et congregari ad præstandum marchioni juramentum: mittimus qui hoc certius inquireret: ita esse responsum est. ~~Hi~~ Ubi mox convenimus, et re in deliberationem posita, conclusimus mittendum esse ad marchionem, quemadmodum statim misimus secretarium, qui diceret ipsi nos cognovisse magis ex rumore, quam ex certa aliqua fama, civitates in arcem ad præstandum homagium convocari. Qui quidem actus quum solemnis sit, et publice fieri soleat, mirum videri nobis, quod de eo S. Regiæ Majestatis commissariis hic præsentibus neque significatum est, neque ad illud cohonestandum vocati fuerint. Existimant autem se debuisse vocari, ut præsentes juramento adsint, tum propter dignitatem et auctoritatem S. Regiæ Majestatis, quæ in hoc actu primas partes sibi vindicat, tum vero propter honestatem nostram, cujus rationem habere æquum est, in eo quod ipsi huc venerint, et maximos labores sustinuerint, ut subditos ducatus in Prussia D. marchioni obedientes facerent. Ea res, juramento concesso, finita, et ad optatum finem est deducta: proinde non indignum videri, ut etiam hujus reliquæ ~~partis~~ operæ eos faciat participes: jussimus etiam jam nos paratos, et, ubi significatum esset, venturos esse.

Ubi hæc secretarius dixisset, jubetur expectare parumper, donec cum consiliariis suis marchio collectus esset: expectat unam horam, et responsum ad nos hoc adfert. Missurum esse D. marchionem consiliarios suos, qui sententiam ejus Dominis commissariis explicaturi sunt. Expectamus non exiguum tempus: veniunt deinde consiliarii a marchione, Truxes Pritenus, et Prantnerus doctor, tertius nescio quis, et, salutatione præmissa, excusarunt longissima oratione D. marchionem, quod nos non vocavit, ut præsentes essemus præstandis juramentis civitatum: primum, ob eam causam, quod visum illi non fuerit hoc labore alioqui parum necessario Dominos commissarios onerare; secundo, D. marchionem providisse, ut omnia cum dignitate Regiæ Majestatis et regni fierent; tertio, juramentum hoc non esse universale omnium subditorum, sed tantummodo particulare civium, neque satis honestum esse Dominis commissariis, ut opifices et promiscuam plebem jurantes aspiciant; quarto, consuetudinem non esse, neque id pactis exprimi, ut juramentis præstandis præsentes esse deberent commissarii sive oratores S. Regiæ Majestatis et regni; quinto, D. marchionem literas a Regia Majestate habuisse, ut opera Dominorum commissariorum pro libito, et ubi opus esset, uteretur; sexto, in privilegio curationis expresse scriptum esse, Regiam Majestatem missuram

esse in Prussiam commissarios, si opus erit, itaque pro arbitrio suo opera et necessitate earum putat sibi utendum esse; septimo, Status et Ordines petiisse a D. marchione, ne Domini commissarii circa praestanda juramenta praesentes essent, rem novam esse, qua jura et libertates provinciae infringuntur. Ultimo dixerunt, Dominos commissarios hoc non postulavisse a D. marchione, ab eo tempore, quo D. Goslicki eorum nomine attulisset formam publicationis, a qua quoniam D. marchio supersedendum sibi esse putavit, nulla deinceps ipsius a Dominis commissariis mentio facta fuit: inde existimavit non curare Dominos commissarios, ut praesentes esse juramentis praestandis velint. Haec Prantnerus longissima oratione prosecutus est, suggerente illi Truxessio, si quid omittebat, ut oratio illa, quod postea compertum est, ad extrahendum tempus instituta esse videretur. Nos aliam egressi cameram, et inter se collocuti, quantum per brevitatem temporis potuimus, ita illis respondimus.

Inprimis gratias egimus, quod D. marchio miserit ad nos consiliarios suos, et suam nobis sententiam declaraverit, quid sentiat de vocandis nobis ad audienda juramenta subditorum. Istas causas et rationes omnes nos bene apud se ponderavisse, ita tamen de illis judicare, ut in eis videantur multa desiderari, quae ad praesens negotium pertinent. Quod enim attinet laborem, isto nos vacuos D. marchionem facere voluisse: Ill. D. marchio bene apud se ponderet, majores nos ex Polonia huc veniendo, et hic manendo labores esse perpessos. Is vero labor in arcem veniendi, quemadmodum levissimus est, ita nobis molestus minime nec potest, neque debet esse, maxime quod operam nostram D. marchioni in aliis multo gravioribus rebus probavimus, quo nomine Ill. D. marchio nos non fatigabit, adhuc etiam perculpidos ipsi in omnibus inservire.

Ad secundum, quod dicitur Ill. D. marchionem providisse, ut omnia cum dignitate Regiae Majestatis et regni fiant: hoc quomodo judicari debeat, non satis agnoscimus, quum Regiae Majestatis commissarii non admittantur in theatrum saltem ut hoc quod dicitur videant quomodo dignitas Regiae Majestatis et regni a D. marchione pendere, quam hoc solo quod non admittantur, omnes judicabunt indigniter esse tractatos, praesertim quod homagia publica sint, et sub dio peragi soleant, ut omnibus manifeste fiant. Coram nobis vero celari, nulla certe dignitas erit, utique si privati hic, si non regis Poloniae, harum terrarum directi domini, sed alterius cujusvis inferioris principis legati essemus, certe indignum videretur, et a moribus consuetudineque aulica longe alienum, ad hujusmodi actus nos non vocari, quum id facere soleant omnes, non etiam excelsae dignitatis principes, etenim existimare non debet D. marchio nos personis nostris dehonestaturos esse illius hoc homagium.

Ad tertium, ubi dicitur particulare, non universale esse juramentum, respondimus causam hanc hujusmodi esse, quae in se contrarietatem recipiat; si juramentum universale omnium esset, judicat D. marchio admitti posse commissarios praesentes; quia tamen particulare est, ideo non admitti, quasi vero non potius sequatur hoc, dum ad particulare juramentum non admitti, tanto minus ad generale admissurum esse. Quod indigni opificum aspectu videamur, hoc nos minus offendit, nam et antea cerdones, sartores, coram

Ill. D. marchione in arce degladiantes cum voluptate aspeximus. Nostrum non esse officium judicare quis jurat, sed quia præsentibus nobis hoc fit, æquum est, ut etiam præsentes simus: si fuerimus absentes, parum ad nos attineret ea curare.

Ad quartum, quod commissarii et legati regum et regni præsentes esse non soleant hujusmodi juramentis, respondimus, nos non disputare an præsentes esse, vel non esse ante soleant: sed quia hic præsentes sumus ad eam præcipuam rem possessionis tradendæ ducatus ablegati, æquum est, ut attendamus officium nostrum, et eorum, quorum causa huc venimus. Positum hoc est autem in arbitrio Serenissimorum regum Poloniæ ad audienda juramenta mittere commissarios suos: hoc notatur in pactis, hoc etiam in privilegio curationis expresse descriptum est, quod post juramentum D. marchionis, subditi etiam jurare debent regi et regno; hoc ut fiat interest curare D. marchionem et nos etiam attendere, quale sit juramentum, ut omnia pactis antiquis et privilegio curationis conformia fiant. Nunc vero contra hæc omnia videmur ab audiendo juramento excludi, quod quidem quale sit, nescimus, adeo, ut pro fide nostra in Regiam Majestatem et in regnum committere non debeamus, ut aliquid contra pacta præsentibus nobis gestum esse intelligatur.

Ad quintum, quod dicit Illustris D. marchio literas se a Regia Majestate habere, ut opera nostra pro libito utatur, non recusamus quominus id faciat: quemadmodum eum hucusque fecisse ex multis rebus apparet; nullum enim [negotium] fuit cum Duce ægro, tum etiam Ducissa et Ordinibus Prussiæ actum, quam non prius cum illius Illustritate communicassemus, omniaque conjunctis consiliis fecissemus; verumtamen ubi de juribus regis et regni agitur, ibi pro libito opera nostra non potest, neque debet uti Illustris D. marchio, quandoquidem agnoscamus officium nostrum nobis a Regia Majestate commissum, habeamus item mandata et instructiones, secundum quas omnia nobis facienda sunt.

Ad sextum, de eo quod scriptum est in curationis privilegio, Regiam Majestatem missuram esse commissarios in Prussiam, si opus fuerit, et ex his verbis vult Ill. D. marchio judicare, sibi opus non esse commissariis, ut attendant juramenta: primum quidem Illustritas ipsius non debet in eum sensum hoc verba interpretari, ut necessitas mittendorum commissariorum a suo arbitrio et voluntate dependeat, et non potius a Regia Majestate, quæ sibi reservare voluit necessitatem mittendi commissarios, si opus esse ipsa Majestas judicaverit, et ideo qui(a) opus judicavit esse mittendos, propterea misit. Etiamsi literas dedisset Ill. D. marchio, ne mittantur, ... nisi ante significaverit. Mirum autem est, ubi omnia opera Dominorum commissariorum consecutus est D. marchio, ubi etiam eorum studio et diligentia in rebus omnibus usus sit, nunc sub finem et exitum negotiorum dicat sibi non opus esse commissariis. Certe sermones istos non putamus profectos esse a singulari D. marchionis erga Regiam Majestatem et regnum, tum etiam Dominos commissarios propensione, sed ab iis, qui arbitrio suo volunt bona consilia impedire.

Ad septimum, quod Status et Ordines in Prussia petierint Ill. D. marchionem,

ne permittat nos præsentes esse juramentis præstandis, ex eo potest perspicere ipsius
Illustritas animos provincialium erga Regiam Majestatem et regnum quales sint: agi
dicunt de eorum juribus et privilegiis, tum etiam fieri contra pacta, quumtamen contra pa
id fieri nunquam possint ostendere, quinimo id pactis implicite contineri, et superior
domini arbitrio reservatum esse intelligendum est. Quum autem Ill. D. marchio jura re
et regni in hoc ducatu vindicare debet, ideo æquum non est, ut tali Ordinum petition
locum det, sed potius efficiat, ut jura superioris domini sarta et tecta conserventur, ma
xime quod idem ipse Ill. D. marchio hoc in se receperit, ut subditi in ducatu Prussiæ
post præstitum ipsius Ill. Celsitudini juramento, præstent etiam regi et regno, adeoq
palam id fieri debeat, ut non modo commissariis, verum etiam orbi universo notum
et manifestum fiat, adeoque expedit regi et regno, ut nos etiam de eo sciamus.

Ad ultimum, quod per D. Gosticki non requisiverint hoc Domini commissarii, qu
sibi juxta arbitrium Ill. D. marchionis ab inauguratione solemni ducis et gube
natoris supersedendum esse censuerunt, ita respondimus, quod a publicatione ducis et gubernatoris supersederunt Domini commissarii, eo quod ita visum fuit Illustri D. marchion
cujus arbitrio ea in re steterunt. Sed publicatio ducis alia debuit esse, alius vero act
homagii, uti ex verbis illius publicationis apparet, in qua ad fidem Ill. D. marchio
præstandam cives exhortabantur: publicatio etiam ad universos Ordines spectabat
non ad solos cives, ex eoque timendum non fuit, ut publicatione, aut verbis similibu
circa juramenta uti debeant. Domini commissarii nihil certe aliud agent, quam
quod honestabunt homagium illud, et officium suum attendent, ne quid fiat contra
jura regalia, tum etiam ut conservent dignitatem regis et regni.

Ista illis ad eorum capita omnia respondimus, privatim deinde diximus, non
hoc in causa esse quominus admittamur ad ea juramenta, sed quod fortassis aliq
ita efferantur animo, et nimium sibi indulgeant, opinionemque populo incutiant
regem Poloniæ minus hic auctoritate in negotiis publicis valere, quam quemvis
alium, quod certe a puerili sensu procedere Ill. D. marchio debet judicare. Tum di
remus adfuturos istuc esse principum Germaniæ legatos: quæ vero dignitas erit,
aberunt regis Poloniæ Commissarii? respondebant pro sua parte illos attendere jur
principum suorum. Nos deinde diximus, itidem et nos juribus regni et regis prospi
mus, et ob eam rem præsentes esse voluimus. Multa ultro citroque dicebantur
illi postea a nobis discesserunt, ita ut hæc omnia relaturos se dicerent Ill. D.
marchioni, quod nos postulavimus, et responsum se expectare diximus, petere
D. marchionem jussimus, ut nobis respondeat, et, quod maxime optamus, horam
bis assignet, qua venturi sumus, jam enim et equi et omnia ad profectionem para
erant.

Paulo post ubi discesserunt, ita ut ad portam arcis nondum pervenissent, solutu
est concilium, plebem dimissam, homagium factum. Quæ res certe gravis et molest
fuit, non enim sperabamus, eos tali fide nobiscum acturos esse, et nos domi oratione
detenturos, ut interim homagium absolvant; alioquin nos parati fuimus, invitis

ipsis, istuc descendere, et ea, quæ ad dignitatem S. Regiæ Majestatis et regni pertinent, attendere. Dictum nobis ante homagium, quando jam plebs congregata fuisset, multos appellavisse regiis commissarios, quare non adessent, sed silere jussi sunt, multisque ea res displicuit. Redit deinde Trantnerus, et recta ad D. episcopum, ubi jam abfuimus, ivit, dicens se ~~bilfeiter~~ fideliter retulisse D. marchioni ea, quæ a nobis intellexisset, missurum autem esse Ill. D. marchionem consiliarios suos, qui se de facto excusarent, et nobis præterea satisfacerent.

Veniunt deinde a prandio Saxonici et Brandeburgenses, qui eadem fere omnia, quæ mane Trantnerus excusando marchionem repetierunt, et rogarunt, ne moleste feramus hoc factum, causam hujus rei nullam exstitisse majorem, quam quod Ordines omnes hoc fere obnixe a marchione flagitassent, quibus Ill. D. marchio hoc rerum suarum initio satisfacere voluit, quum illi jura et libertates suas nimis allegarent. Ad eorum orationem brevissime respondit D. episcopus hac forma verborum:

„Deus bonarum mentium et fidelium conscientiarum scrutator, homines deinde probi prudentesque judicabunt, factumne hoc bene sit, quod postulantibus nobis negatum sit præsentes esse homagio a subditis facto Ill. D. marchioni: ea consilia, quemadmodum ipsi visa sunt jucunda, ita apud omnes gratiosa existant. Nos certe meliora optatioraque ab Ill. D. marchione expectavimus."

Hæc ubi dixisset, surgunt illi, et ad angulum cameræ se convocant, et multa secum locuti, revertuntur ad nos, ac deinde repetunt et rogant, ne ea re offendamur, satisfactum esse Regiæ Majestati et regno, tum etiam Dominis commissariis Ill. D. marchion~~e~~is omnibus officiis. Rogant deinde nos, ut prandeamus die crastino cum Illustri D. marchione, sed nos excusavimus suas quilibet causas afferens: ad extremum eorum precibus victi, promisimus nos adfuturos esse: ita illi nobis salutatis discesserunt.

Nos deinde invicem convenimus, et quid faciendum esset, consilia contulimus: visum fuit protestationem hujusmodi facere, qua jus regium et regni vindicetur, et si quid in juramento, aut etiam in aliquo peccatum esset, ut id judicio et censuræ Regiæ Majestatis et regni subjiciatur et reservetur. Hoc videbatur ad causam pertinentem maxime pertinere, quod Regiæ Majestati, tanquam supremo feudi domino recte competat, a vasallo jus suum vindicare, illique actionem de eo intentare: simulque verebamur, ne tacendo confirmemus eorum factum, eo quod juramentum quale sit nesciremus, id enim valde supprimebant, et postea cum summo labore id nacti sumus. Proinde de protestatione tali cogitandum nobis esse putavimus, data fide silentii, ut hæc secreto fiat, id vero propterea, ut ad omnia legationis nostræ capita responsum a marchione habeamus conveniens et nobis gratum, ideoque et injuriam hanc tulimus, neque cuiquam declaravimus aliqua re nos offendi.

CXL.

Juramenti forma marchioni 21 maii præstiti.

Ego promitto et juro, postquam a Sacra Regia Majestate Poloniæ, meo clementissimo Domi concessum feudum Illustris, generosus princeps, et Dominus Dominus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis etc., uti proximus confeudalis et expectans princeps, curam, gubernationem et regimen Illustris et generosi principis, Domini Alberti Friderici, marchionis Brandeburgensis in Prussia, Stetiniæ, Pomeraniæ, Cassuborum et Vandalorum, etc. ducis burgrabii Norimbergensis et principis Rugiæ, etc., Domini mei clementissimi, imbecillis principis ~~Domini, et~~ istius ducatus Prussiæ susceperit: idcirco ego eximiæ Celsitudini suæ, quemadmodum confeudali principi, curatori et gubernatori prædicti imbecillis principis, et istius ducatus Prussiæ, ac etiam in hoc casu, quod si prædictus imbecillis dux absque legitimis masculis feudi hæredibus decesserit, uti meo naturali hæredi, succedentibusque suæ Celsitudinis masculis feudi hæredibus, et si illi non amplius exstiterint, tunc et non prius Illustrissimo ac generoso principi et Domino, Domino Joanni, marchioni Brandeburgensi, Sacri Romani Imperii archicamerario et electori, in Prussia Stetiniæ, Pomeraniæ, Cassuborum et Vandalorum, quoque in Silesia Crosnensi duci, burgrabio Norimbergensi, et principi Rugiæ, meo clementissimo electori et Domino, ac suæ electoralis Celsitudinis legitimis masculis feudi hæredibus, quemadmodum regalia et ducalia pacta, præterea acquisitum simultaneum feudum nominatim sonat et exprimit et si etiam ejusdem quoque nullus superfuerit, [tum demum] et non prius Serenissimo et potentissimo principi et Domino, Domino Stephano, ac ejusdem successoribus, regibus, et inclito regno Poloniæ, subditum fidelem, obedientem et obsequentem fore, suæ Ill. Celsitudinis successum et bona scire, ac ~~ejusdem~~ illius solius, atque ejusdem terrarum et subditorum damna et incommoda, quantum possibile mihi erit, et in me situm fuerit avertere, præcaveri ac amoveri, sicuti fidum et bonum subditum decet atque convenit neque me ab his per quamcumque humanam industriam excogitandam impediri ac amoveri patiar. Nolo etiam ab hoc meo juramento prius absolvi, donec prædictus imbecillis dux in Prussia vicissim ad perfectam et constantem sanitatem pervenerit, vel habuerit legitimos masculos feudi hæredes, qui eorum perfectam ætatem assecuti et adepti fuerint. Ita me Deus adjuvet, et illius salutare Verbum.

---

22 maii. Summo mane misimus ad Dominum marchionem, ut de nobis expediendis cogitaret responsaque et literas ad Majestatem Regiam pararet, quandoquidem omnia jam ex ipsius animi sententia confecta essent, et pars una civium juramentum præstitisset altera comitiali decreto hoc idem se facturam spopondisset, nihil reliqui restare, quam ut nos officio nostro defuncti ad Regiam Majestatem discedamus, ipsique valedicamus. Petimus etiam ut supplicibus, et auctoritatem nostram implorantibus, justitiam administraret, neque pateretur eos nobis molestos esse: promissa est expeditio, promissa etiam justitia et administratio his, qui eam imploraturi essent. Eodem die misit consiliarios suos pro deducendis nobis ad prandium, ubi solenni et instructo convivio excepti fuimus. Valedictionis prandium appellavit marchio, ante et intra prandium

usus interprete Domino castellano Culmensi, valde se ipse excusabat de eo, quod ad homagium nos non evocasset, rejiciens omnem culpam in provinciales, qui eum sollicite petierunt, ne id faceret, et videbamus eum ob eam rem non mediocriter doluisse. Nos tamen tacebamus, et quasi res illa nos parum moveret ostendebamus. Ubi jam ex convivio discessuri eramus, rogavimus deinde, ut nos marchio cito expediret, siquidem non habeamus quod amplius hic agamus. Promisit se missurum esse ad nos die crastino consiliarios suos, qui nobis sententiam ipsius ad omnia capita legationis explicarent, priusquam in scripturam ea referant.

3 maii. Venerunt ad nos consiliarii, et de singulis capitibus legationis nostræ sententiam marchionis nobis explicarunt, dicentes in eum modum responsurum esse Regiæ Majestati Ill. D. marchionem. Quum multa videbantur ita dicta, ut parum nos redderent contentos, diximus quoque de singulis capitibus sententiam nostram, quomodo oporteat marchionem respondere: res non levi contentione acta fuit, disputabatur enim in utramque partem, pro eo atque commodum utrisque videbatur. Et multa quidem nobis concessa fuerunt, alia negata, quæ in responso authentico latius continentur, quæ etiam speciatim oretenus declarabant, quod ea describere sit laboris plane difficilis, et minus necessarii, utpote de pecunia, de portorio, et aliis id genus ea spectantibus, quæ sub finem describentur. Sub noctem post magnas disputationes a nobis discesserunt, promittentes in scriptis daturos esse nobis ea omnia, de quibus inter nos agebatur.

Ducissa sollicitabat, ut illi authentice responsum demus, quomodo scilicet dignitatem ægri ducis Domini commissarii providerint, quomodo item res suas constituerint, ut ita ex eorum authentico responso certitudinem habeat rerum suarum, vel mariti sui. Ipsius postulationis verba fuerunt ista.

CXLI.

Postulatio ducissæ pro finali authentico responso Dominorum commissariorum.

Nihil dubitat Illustrissima ducissa, Dominos commissarios optime recordari, quos articulos ipsius Ill. Celsitudo 4 maii Reverendissimo et Magnificis Dominis exhibuit, ad quos quidem quoniam hactenus nullum accepit responsum, intermittere non potuit (siquidem intellexit Dominos commissarios hinc brevi discessuros esse), quin Dominos commissarios hoc suo scripto compellaret, petendo, ne Domini commissarii Ill. Celsitudinem suam cum resolutione diutius detineant. In primis vero ut Domini commissarii id provideant, quæ cumprimis ad dignitatem suæ Celsitudinis charissimi mariti pertinent, ita sane, quemadmodum eade re et Majestas Regia et ipsi Domini commissarii suæ Ill. Celsitudini spem certissimam fecerunt, et quemadmodum ipsa naturæ et æquitatis ratio exposcit.

Non potest etiam Ill. Celsitudo sua Dominos commissarios celari, Ill. D. marchionem (quantum quartum articulum de ordinatione curiæ attinet) consignationem et ordinationem quamdam Ill. Celsitudini suæ misisse, quo scilicet modo tam suæ Celsitudinis, quam Ill. ducis aulæ servitores haberi debeant.

Ad quam quidem Ill. sua Celsitudo hesterna die se declaravit Ill. D. marchioni,

et quamvis nihil dubitat D. Marchionem ea in re æquitatis et dignitatis rationem maximam
habiturum esse; nihilominus cuperet Ill. Celsitudo sua, ne in posterum tale quid enascat
ut hæc ipsa curiæ ordinatio præsentibus Dominis commissariis concludatur et constituatu

Intellexit etiam bene Ill. Celsitudo sua quam benigna fuit utrarumque Majestatum
Ill. D. marchionem intercessio occasione alicujus præfecturæ in hoc ducatu ~~retaxationis~~ relaxationis dun
taxat gratia, et quoniam hoc negotium primum per Dominos commissarios nomine Ma
jestatis Regiæ apud Ill. D. marchionem agitatum est, et postea Domini provinciales de
ipso negotio certam consultationem habuerunt, petit summopere Ill. Celsitudo sua, ve
lint Domini commissarii propensam benevolentiam et operam suam hoc in casu Ill. suæ Cel
situdini accommodare, quo Ill. sua Celsitudo hac tam præclara Regiæ Majestatis gratiæ
significatione gaudere, lætarique, et hujus gratiæ fructum re ipsa toto vitæ suæ tem
re habere possit. Quod Ill. Celsitudo Dominis commissariis omni tempore benevolentia a
omni gratificandi voluntate compensare vult.

Maria Leonora, ducissa Prussiæ.

Hac ipsius postulatione lecta, conscripsimus mox responsum, ~~illisque~~ illudque sigillis nostris m
nitum et subscriptum illi per D. Goslicki misimus, de quo fuit contenta, et gratias egit.
Responsum vero nostrum tali forma verborum conscriptum fuit.

CXLII.

Responsum ultimum ducissæ datum a commissariis 24 maii.

Postulavit a nobis Ill. Celsitudo Vestra, ut ad illa Ill. Celsitudini Vestræ respondeamus,
quæ in negotiis Ill. principis, Domini Alberti Friderici, ducis in Prussia, conjugis Ill. Cel
situdinis Vestræ charissimi, tum etiam solius Ill. Celsitudinis Vestræ, cum Ill. D. Georg
Friderico marchione, duce ac gubernatore in Prussia, et Statibus provinciæ nobis mediantibu
acta et constituta sunt. Nos quemadmodum antea fecimus, ita et nunc præsenti scripto no
stro declarare Ill. Celsitudini Vestræ volumus.

Ad primum articulum quarta maii oblatum, de dignitate Ill. Domini mariti sui co
servanda ita respondent, et repetunt etiam responsum suum, die 6 maii Ill. Celsitudini
suæ datum, quod dignitas personalis et ducalis Ill. D. Alberti Friderici, ducis in Pruss
per omnia salva et integra permanet, et permanere deberet, ita ut ipsius Ill. Celsitudo
pro duce Prussiæ, quemadmodum antea, ita et nunc haberi, dici et vocari debeat, ex
cepto exercitio juris et officii sui ducalis, quod ad regendum et gubernandum spectat,
hoc propter imbecillam valetudinem, et conditionem præsentem Illustris D. ducis, quo
casu constitutum habet a Sacra Regia Majestate curatorem et gubernatorem suum et
ducatus Prussiæ Ill. D. Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, ducem etia
in Prussia ob spem futuræ successionis post Ill. D. maritum suum, aut ipsius masculos liber
Quod quidem juris ducalis exercitio tamdiu Ill. D. Albertus Fridericus carere exist
mabitur, donec ad bonam valetudinem per Dei gratiam redibit, aut liberos mascul
habiturus est, ad quos puberes administratio et proprietas juris sui ducalis devolvi,

eoque Ill. D. Georgius Fridericus, marchio et dux, cedere debebit justa jura ipsi a Regia Majestate concessa. Ad quæ se remittunt, et hujus quidem articuli sensus ~~est~~ talis est, et ea ratione cum provincialibus conventum est, qui eadem quoque ratione se Ill. D. marchioni obstrinxerunt. Quin etiam ducis Prussiæ titulo, quemadmodum antea, utetur, quod non debet, neque potest trahi in suspicionem diminutæ dignitatis D. Alberti Friderici. Ut autem ad titulum ducis apponantur verba: curator hoc tempore Prussiæ ducatus, parum videtur necessarium esse illud verbis apparere, quod in rebus apparebit. Cæterum, de curiæ ordinatione, iisque omnibus, quæ ad dignitatem et commoda vitæ tam Ill. ipsius ducis ægri, quam Ill. ducissæ spectant, ut omnia pro dignitate utriusque fiant, ita actum est, quod Domini commissarii rem omnem in hoc officio ~~curatoris~~ curationis Ill. D. marchionis ponendam esse censuerunt. Qua de re tractatus etiam inter Ill. D. marchionem et Ill. D. ducissam intercesserunt, regestraque data, quæ Domini commissarii viderunt, et ut ea justa et æqua esse velit Ill. D. marchio, Ill. Celsitudinem ipsius nomine Regiæ Majestatis postulabunt et rogabunt, ut etiam præsentibus his ea res finem suum habeat, neque dubitant ipsius Ill. Celsitudinem ~~Ill.~~ id facturam esse, quod regia æquitas et ipsarum Ill. Celsitudinum dignitas requirit, earum enim dignitatem suam propriam existimare debet. De hoc articulo ita etiam inter provinciales in articulis replicatoriis conventum est.

Articulus tertius prima et quarta die maii Dominis commissariis ab Ill. principe oblatus, de proventibus scilicet ducatus in usum Ill. D. Alberti Friderici et provinciæ asservandis, in eo loco relinquitur, qui officio curationis competit, et est descriptus in ejusdem curationis decreto a Sacra Regia Majestate Ill. marchioni dato.

Ad articulum quartum et quintum, de curiæ ordinatione, et quotidiana de thesauro sustentatione, responsum est superius, debere scilicet id dependere ex officio curatoris, quod justissimum et utilissimum fore Ill. Duci et Ill. ducissæ, dubitari non debet.

Sextus articulus, de visendis solatii causa castris, relinquitur suo loco. Hoc enim æquissimum est, cum scitu tamen Ill. D. marchionis.

Septimi articuli, de sigillo Ill. Duci concedendo, repetitur resolutio Dominorum commissariorum sexta maii data, ut scilicet Ill. æger dux sigillo ducali ~~tutato~~ utatur in expediendis privatis negotiis, et illud ad negotia publica expedienda non valeat, et differat ab eo, quod erit publicis negotiis ab Ill. marchione destinatum. Mutatio autem sigilli fiet talis, et ea forma, quæ Ill. ducissæ placere potest.

Octavo articulo, de servandis juribus et libertatibus ducatus satisfactum est: quod ultimo a Dominis commissariis Illustrissima princeps postulavit, ut interventu suo nomine Sacræ Regiæ Majestatis efficiant, ut Ill. princeps alteram harum præfecturarum in solatium multarum molestiarum habeat, hoc officium suum illis etiam a Majestate Regia impositum præstiterunt Domini commissarii, et jam dudum commendarunt negotium hoc Ill. D. marchioni, qui tandem per consiliarios suos tale responsum dedit, se quidem velle plurimum commodare ducissæ, tanquam affini suæ charissimæ, propter suam erga illius Celsitudinem benevolentiam, ea in re plurimum etiam valere Sacræ Regiæ Majestatis apud se commendationem dicens; sed quia videat summa hujus provinciæ incommoda, videat ære alieno obæratam provinciam, videat

sumptus maximos, quibus omnibus pro bono et utilitate hujus provinciæ velit obviam ire ne magis profundetur: itaque hoc tempore se facere non posse, cogitaturum tamen, ubi provin istis malis liberabitur, ut hac et alia quoque ratione Illustrissimæ ducissæ commodare pos cujus res et ipsius dignitatem hoc statu præsenti fore sibi charissimas dixit. Hæc nobis D. marchio respondit, quem etiam adhuc amplius petierunt, et petere non desinent, ut in e re Ill. Dominæ ducissæ gratificetur, quod si parum petendo proficient, hoc facient, quod illis est a Majestate Regia in instructione commissum, ut negotium ad ipsam Majestatem Regiam referant. Ut autem bonæ voluntatis Regiæ Majestatis erga Illustrissimam princi pem significatio clarius appareat, hoc totum, quod est Dominis commissariis cum Ill. m chione de Illustrissima principe dici jussum, ipsius Ill. Celsitudini ex instructione ex cerptum offerendum esse putavimus.] Et hæc sunt, quæ Domini commissarii ultimi responsi nomine ad articulos, qui illis sunt ab Ill. ducissa propositi, danda esse puta verunt, quorum declarationem et asservationem nomine Sacræ Regiæ Majestatis r tam et firmam Ill. Celsitudini suæ fore promittunt, ipsiusque Celsitudinis grat et benevolentiæ se commendant.

Misimus deinde ad marchionem, an expeditio nostra parata jam sit, et ut ea nobi mittatur: responsum est, parata esse omnia, sed non habituros esse ea Dominos co missarios nisi in arce, quum Domini commissarii valedicturi sint marchioni. Eoden die venerunt ad nos plus quam decem viri ex civibus Regiomontanis, et aliis in duca Prussiæ civitatibus, qui venerant in conventum, et longa oratione fidem suam erga Regiam Majestatem et regnum recensuerunt, et se excusarunt ea suspicione et calum quam de illis habuisset ordo equestris, quasi illi proditores legum et libertatum esse Hoc inde profectum fuit, quod civitates erant marchioni propensissimæ, nobili tas vero infensissima: et ideo nobilitas, paucis exceptis, negotia omnia marchio inficere volebat, eumque pro duce et gubernatore accipere nolebat, quibus adhæ bant ducissa et regentes, tum etiam terrarum consiliarii. Civitates contra marc ni favebant, quarum etiam nos studio et opera ad bonum et optatum finem multa deduximus. Ubi cives illi finem dicendi fecerunt, in scriptis deinde obtulerunt n bis quædam verba, quæ fuerunt ejusmodi.

CXLIII.

Excusatio civitatum Prussiæ contra nobilitatem facta coram Dominis commissariis.

Sacræ Regiæ Majestatis, Domini nostri clementissimi, commissarii, Reverendi me, Magnifici et Generosi Domini, Domini nostri gratiosissimi. Perlatum est ad nos, duos ~~istos~~ illos Status hujus ducatus Prussiæ, consiliarios provinciales, et nuntios te restres, exclusis et insciis nobis, Dominis regiis commissariis scriptum quodda nomine Ordinum et Statuum obtulisse. Quum vero illud ipsum scriptum, præterq quod contra antiquam et inveteratam consuetudinem, exclusis nobis, tertio statu, obl tum sit, etiam gravissimam accusationem contineat, ac si nostra sententia in sext

et septimo articulo jura provinciae infringere et quasi fenestram ad labefactationem jurium et privilegiorum hujus ducatus aperire velimus, pernecessarium esse duximus nostram innocentiam Dominis regiis commissariis declarare. Ingenue igitur fatemur, nunquam nobis in mentem venisse jura et privilegia harum terrarum infringere, sed potius ea pro viribus tueri ac defendere velle. Quod autem in conferendis praefecturis atque officiis, tam aulae, quam castrorum, utilitatem publicam, quae omnibus honestis et virtute praeditis viris suprema lex ~~esse~~ esse perpetuo debet, privatis quorumdam studiis praetulimus, in eo fecimus id, quod fidelium subditorum candor et fides postulat, et patria communis a nobis omnibus suo quodam jure exigere videtur. Proinde si Domini regii commissarii aliquam de nobis sinistram suspicionem susceperint, obnixis precibus oramus, ut in hac re nostram innocentiam agnoscere, nosque excusatos habere velint. Juvante et auxiliante Deo, ita nos in consultationibus publicis, et aliis negotiis pro parte nostra semper exhibebimus, ut a nobis nec observantia debita, nec fides et integritas desiderari possit. Quod ut a nobis Domini commissarii regii gratis animis accipiant, nosque sibi commendatos habeant, majori quo possumus studio rogamus.

Nos collaudavimus eorum studium, et promisimus ea nuntiaturos esse Regiae Majestati et commendaturos eorum fidem et observantiam. Hortati sumus, ut in fide et Regiae Majestatis (et Ill. D. marchionis) constanter perseverent, et de gratia Regiae Majestatis sibi bene polliceantur.

Dies dominicus fuit. Misimus ad Dominum marchionem, quod a prandio volumus ipsum salutare et ipsi valedicere, petiimus ut pro illo tempore responsa et literae nobis dari possint. Contentus eo nuntio fuit, et responsa daturum se promisit. Misit mox a prandio consiliarios suos, qui nos in arcem usque deducerent. Ubi venimus, Andreas Pauli, Saxonicus, nomine marchionis verba fecit, et inprimis Sacrae Regiae Majestati gratias egit pro ea gratia, quam Ill. Domino marchioni declaravit, mittendis huc commissariis suis ad expedienda reliqua negotia, quae de gratia Regiae Majestatis D. marchio consecutus est, promittens a marchione studium, observantiam et gratitudinem omnem, gratias deinde egit Dominis commissariis, quod in his omnibus actionibus studium et diligentiam suam D. marchioni probaverint. Oratione finita, responsum dedit, obligationem Torunensem et aliarum provinciarum, et multa alia monumenta, quae non est opus recensere, exhibuit. Nos invicem collocuti rogavimus inprimis, ut salva gratia D. marchionis responsum illud prius videremus et legeremus. Legimus, marchione in proximam palatii cameram deflexo. Rediit deinde D. marchio, et quum nostrum nomine gratias egit D. episcopus Ill. D. marchioni, quod memorem et gratum se praestaret gratiae et beneficentiae Regiae Majestatis, ut amplius bene sibi polliceretur de gratia et benevolentia Regiae Majestatis, gratias etiam egit, quod obsequium et studium Dominorum commissariorum gratum apud se haberet, quod etiam hospitalem se illis exhibuisset, et alia verba benevolentiae commemoravit, quae longum esset recensere, gratias item egit de responso dato,

et quod illos amice hic et benevole tractaverit. His finitis, ubi dextra dextris jungi debebant, paululum in partem abstracto Ill. Domino marchione, cui mox se adjunxerunt Saxonici, verba ad eum talia fecit D. episcopus.

„Omnia hic, Illustrissime princeps, Ill. Celsitudini Vestræ ex sententia cessisse, iterum gratulamur, obsequia etiam nostra Ill. Celsitudini Vestræ gratissima esse lætamur. Quoniam tamen veremur, ne quid in hac varia et ancipiti rerum tractatione in officio nostro aliquid desiderari possit, cavendum nobis esse putavimus hoc scripto, et ea protestatione, quam Ill. Celsitudini Vestræ offerimus. Rogamus, ut Ill. Celsitudo Vestra in bonum finem datam et factam esse existimet, cui iterum nostra studia et obsequia commendamus."

In cursu orationis e sinu extractam protestationem illi in manus dedit, quam ille subtristior accepit. Aliam deinde similibus verbis conceptam Zackio cancellario, voce clara evocato, dedit, ut eam Ordinibus, tanquam cancellarius et officialis publicus, redderet. Tertiam publico notario, cum ea verborum præfatione, ut de hujusmodi protestationibus publica conficeret instrumenta, et in memoria habeat de quibus rebus protestamur.

Eo facto, mox discessit in cameram marchio, præfatus ut paululum expectaremus: expectavimus duas fere horas. Exiit deinde cum Saxonicis et Brandeburgensibus, quibus etiam erant intermixti consiliarii terrarum Prussiæ. Tum Andreas Pauli clara voce protestatus etiam est, dicens: protestationem hanc nostram non esse, neque debere juribus marchionis quicquam præjudicari, simulque tradidit nobis protestationem suam a marchione subscriptam et obsignatam, quam nos accepimus citra præjudicium Regiæ Majestatis et regni, de quo protestati sumus. Ita ex palatio discessimus, salutato Ill. marchione, et recta ad ægrum ducem venimus, huic etiam valedicturi.

Ad quem D. episcopus orationem etiam habuit, precatus illi bonam valetudinem et felices in rebus omnibus successus, simul etiam si quid haberet, quod renuntiari cuperet Sacræ Regiæ Majestati, ut diceret, et Dominos commissarios apud se haberet commendatos. Respondit pro eo Zackius cancellarius, gratias agens pro officio humanitate exhibita a Dominis commissariis, precatus illis optimum et felix iter, simulque et ipsius studia et obsequia commendarent Sacræ Regiæ Majestati; literas ad Regiam Majestatem dedit, ac deinde discessit. Egressa mox ducissa, cui dum eodem modo valediximus, Illa vero multis verbis ipsa sola prius teutonice, ac deinde per interpretem Zackium cancellarium latius summas Majestati Regiæ gratias egit, quod tantam curam habeat de illius persona, maritique sui charissimi. Deum se dixit rogaturam pro ipsius Majestatis felici incolumitate, diuturnoque imperio, rogavitque, ut Majestas Regia gratia et patrocinio suo, quo coepit, eam prosequatur, quandoquidem post Deum Max., in quem spem ponat beneficentiæ præter Majestatem Regiam hic haberet neminem. Petiit humillime et diligentissime, ut sua humillima et subjectissima obsequia tanquam famulæ et subditæ fidelissimæ et obsequentissimæ (his verbis usa est), Regiæ Majestati commendaremus, simulque literas obtulit una cum responso germanice scripto. Salutata ipsa, discessimus, et recta ad videndam bibliothecam ducalem perreximus, in qua singularia duo vidimus pulchre compacta: Postillam Martini Lutheri, et Biblia

Brzestensem polonice impressam. Est autem ipsa bibliotheca numero librorum refertissima. Venerunt Saxonici, Brandeburgenses et alii plurimi nos salutandos et valedicendos: ita eo die discessimus comitati extra civitatem a consiliariis marchionis et equitibus numero fere ducentis.

CXLIV.

Responsum Illustrissimi principis ac Domini, Domini Georgii Friderici, marchionis Brandeburgensis, in Prussia ducis, Sacræ Regiæ Majestatis commissariis, Reverendissimo, Magnificis Dominis, Domino Petro Dunin Wolski, episcopo Plocensi, Domino Petro de Potulice, palatino Plocensi, Domino Joanni Dulski, castellano Culmensi, capitaneo Branscensi, Rogosnensi et Surasensi, Domino Laurentio Goslicki, cantori Plocensi et canonico Cracoviensi datum 26 maii, anno 1578.

Illustrissimus princeps et Dominus, Dominus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis, in Prussia dux, quum multis aliis nominibus, tum et hoc etiam benevolentiam Regiæ Majestatis erga se abunde perspexit, quod sua Majestas commissarios suos huc miserit, ut si quid adhuc in negotiis suæ Celsitudinis gubernationis suæ possessionem adeuntis expediendum esset, quod presentiam ipsorum requireret, id auctoritate ipsorum conficeretur. Et eos quidem miserit, qui dignitate, nobilitate, prudentia, et omni genere virtutum excellunt, ac de ea re Regiæ Majestati, quam videt de suæ Celsitudinis negotiis esse sollicitam, qua decet observantia agit gratias, ac ut eam benevolentiam suam suæ Celsitudini perpetuo conservet, ac in posterum etiam suæ Celsitudinis negotia sibi commendata habeat, rogat. Intellexit autem sua Ill. Celsitudo capita legationis Reverendissimi et Magnificorum Dominorum commissariorum in duplici ratione posita esse: quædam enim pertinere ad ipsum curationis et gubernationis negotium, illud provincialibus publicaretur, eosque ad obedientiam suæ Celsitudini debitam admonere; quædam vero ab eo negotio aliena esse, et quantum ad illa attinet, referent Reverendissimus et Magnifici Domini commissarii suæ Regiæ Majestati, quomodo ea omnia tractata, et quod eo loco jam sint, ut Ill. marchio speret, quæ restant etiam ex animi sui sententia confectum iri. Qua quidem in re quum multum adjuverint suam Celsitudinem Reverendissimus et Magnifici Domini commissarii prudentia et dexteritate sua, agit Ill. marchio Reverendissimæ et Magnificis ipsorum Dominationibus de hoc et de eo etiam, quod omnia sincere et amice cum sua Celsitudine hactenus communicarunt, et egerunt, quas debet gratias, et Reverendissimæ et Magnificis Dominationibus ipsorum vicissim sua officia, et benevolentiam defert. Erga Ill. ducem ægrum et Ill. ducissam ita sese Ill. Celsitudo sua geret, ut decreto regio hac in parte satisfiat, et ut Ill. ducis ægroti nomine nemo, nec Ill. etiam ducissa, vel mariti, vel suo etiam nomine de sua Celsitudine merito conqueri possit. Cæterum, quum de gravaminibus quibusdam, quæ provinciales in decreto regio comprehensa esse dicunt, disputationes quædam inciderint, quæ tamen hoc tempore non omni ex parte determinari potuerint, rogat sua Ill. Celsitudo Reverendissimum et Magnificos Dominos

commissarios, ut de iis rebus ad Regiam Majestatem ~~deferant~~ referant, et apud eam auctoritate eo illa omnia dirigant, ne pactis antiquis et privilegiis harum terrarum præjudicium aliqu adferatur.

Ad reliqua capita sua Celsitudo Ill. ita respondet. Primo, quantum ad Ill. Dominam Du sam attinet, Ill. marchio, ut antea testatus fuit, ita adhuc testatur, quod ita sese erga ea gerere velit, ne habeat quod merito conqueratur; intelligit enim sua Ill. Celsitudo non t tum conjunctionem sanguinis, quæ inter ipsos est, sed officium etiam suum illud requirer filiæ loco ipsam, et res negotiaque ejus commendatissima sibi habebit. Quantum vero ad dua illas præfecturas attinet, meminit sua Ill. Celsitudo Dominum legatum Juliacensem ea de verba Varsaviæ fecisse; quum id tamen ipsi mandatum ab Illustrissima Domina Ducis vel ipso teste non fuisset, quam non dubitat Ill. D. marchio pro sua prudentia optime int ligere, quod talis concessio provinciæ huic, non exiguo ære alieno gravatæ, incommod esset, et minus etiam necessaria, si ipsi Dominæ Ducissæ aliequin id, quod Ill. mar adhibitis in consilium provincialibus, curabit de rebus omnibus, propter ea, quæ ex pact dotaliciis jam habet, quæ certe non exigua sunt, recte prospicietur. Ill. marchio in hac temporis brevitate nondum rationes omnes redituum et sumptuum inspicere, et ~~excurrere~~ [exquirere] potuit id, quod tamen prima occasione faciet, et antequam id fiet, Regia Majestas fac intelligit eum de his et aliis rebus certi aliquid constituere non posse.

De pecunia paucioribus terminis persolvenda Ill. marchio Sacræ Regiæ Majestati g tificari potuisset, si Varsaviæ de ea re mentio facta fuisset; sed jam etiamsi diligent de eo cogitaret, videt sibi plane impossibile esse, quum propter brevitatem temporis, tum etiam quod reliqua hac æstatis parte nullæ celebrentur in Germania nundinæ, in quib commode tantæ pecuniæ summa transcribi possit, hic autem tanta pecuniæ inopia si ut vix ad quotidianos aulæ usus sufficiat. Rogat igitur Ill. marchio Sacram Regiam Majestatem, ut hac in re ipsum excusatum habeat. Scribet tamen sua Ill. Celsitudo suos consiliarios cameræ in Germaniam, et ab illis inquiret, an futuro autumno Reg Majestati aliqua saltim ex parte gratificari possit, et ubi responsum ab illis accepe faciet de eo Regiam Majestatem certiorem. Obligatio nova de tota illa pecuniæ pactæ summa, ad eum qui Mariæburgi præscriptus est modum, sine [mora] confic tur, quæ Regiæ Majestatis Magnificis commissariis tradetur, ita tamen ut suæ Celsit ~~Dni~~ dini literis juxta adjunctam, vel similem formam caveant, quod prior obligatio consiliariorum suæ Celsitudinis intra duos menses certo huc remitti debeat. Obliga tiones Elbingensis et Torunensis civitatum restituentur.

De non exigendo vectigali a mercibus, quæ Elbingam mittentur, Ill. marchio cum consiliariis suis et provincialibus, quibus jura hujus ducatus perspecta et cognita sunt contulit: in quam vero sententiam illi suæ Celsitudini responderant, Reverendissimus Magnifici commissarii ex adjuncto eorum responso intelligent. Quum itaque pacta, qu sua Celsitudo diligenter inspexit, clarissima sint, ~~de~~ de novis teloneis non constituend in præjudicium subditorum utrinque, illud autem teloneum in portu Regiomontano de om nibus mercibus suæ Celsitudini et successoribus ex iisdem pactis, et ante etiam ea ratione

ordini Teutonico expressissime debeatur, sperat sua Celsitudo Regiam Majestatem, quam juris et æqui observantissimam novit, non solum contra pacta illa nihil admissuram, sed etiam non impedituram, quominus sua Celsitudo jure suo etiam utatur, et eo quidem magis quod, quemadmodum ipsa Regia Majestas dicit, portus ille quotannis aggeribus muniendus sit, tanto quidem sumptu, ut omnis fere pecunia, quæ ex teloneo percipitur, istis ædificationibus vicissim aliquando impendatur.

De antiquo chronico, quod in archivo exstet, sua Celsitudo inquisivit, sed nihil certi agnoscere potuit: si sciret quale id esset, libenter Regiæ Majestati describendum curaret.

Intellexit sua Ill. Celsitudo Generoso Domino Berzevicio Listenaum prædium in Prussia non exigui valoris donatum fuisse, a quo et ob quas causas, sua Ill. Celsitudo suo loco relinquit, illud autem mirata fuit sua Celsitudo, se præterita, Regiomonti ea tractata fuisse, quum jam cura ducis et gubernatio ducatus suæ Celsitudini a Regia Majestate collata esset, et ipsum Dominum Berzevicium in possessionem istius prædii immissum eo ipso tempore, quo sua Celsitudo Varsaviæ apud Majestatem Regiam fuit, quum tamen nec a Prutenicis legatis, nec a D. Berzevicio ipso suæ Celsitudini de ea re diceretur, quod tamen merito fieri debuisset, non tantum ratione curæ et gubernationis, sed etiam simultaneæ investituræ, et juris successionis suæ Celsitudinis in hoc ducatu. Sed ut illa se habeant, Regiam Majestatem sua Ill. Celsitudo celare non vult, academiam Regiomontanam ex prima fundatione in omnibus feudis caducis id juris habere, ut quarta eorum pars augendis stipendiis professorum et conservandæ scholæ debeatur, quæ quidem hoc casu contra jus suum integrum illud feudum Domino Berzevicio concessum fuisse, apud suam Celsitudinem [conqueritur]. Præterea accedit etiam hoc, quod Lichtenseni, priorum prædii istius possessorum hæredes, jus in eo prædio prætendant, ac hoc nomine allatis a Regia Majestate literis intercessoriis, quarum exemplum Reverendissimo et Magnificis Dominis commissariis simul offert, judicium parium curiæ petierint, et adhuc instantissime petant, unde Regia Majestas facile intelligit suam Celsitudinem hoc rerum statu, et antequam controversiæ illæ definiantur, de prædio isto amplius quid in præjudicium aliorum constituere non posse. Quemadmodum etiam provinciales, ne id Celsitudo sua faciat, petiverunt, ex adjuncta ipsorum sententia Reverendissimus et Magnifici Domini commissarii perspicient. Ipsum alioquin Dominum Berzevicium, uti egregium virum, omni benevolentia sua Ill. Celsitudo complectitur.

De actione in negotio hæreditatis inter successores Elisabethæ et Ursulæ de Siepz et consortes, et inter Finckium Prutenum, sua Ill. Celsitudo inquisivit et comperit, eam controversiam in judicio ventilatam, sententiam tandem definitam esse, quæ jam ante multos annos in rem judicatam, ut dici solet, transierit. Quum autem justo tempore dictis Elisabethæ et Ursulæ de Siepz et consortibus remissio actorum unicum finiendarum litium in hac provincia remedium oblata, sed ab ipsis repudiata fuerit, et ad Regiam Majestatem appellatum: quæ quidem appellatio, utpote contra transactionem Lublinensem facta, et ipso jure nulla, et a Regia Majestate etiam refutata fuit, quod literis suæ Regiæ Majestatis doceri potest, non videt igitur sua Celsitudo, quo pacto jam

vel acta illa revideri, vel pares curiæ ordinari possint, præsertim invita altera parte, quæ jure suo quæsito jam utitur, ac illud in dubium revocari non passura esset. In rebus reliquis alioquin sua Ill. Celsitudo Magnificis Dominis palatinis, Posnaniensi et Plocensi, omnem benevolentiam exhibere parata est.

Piscationem anguillariam, quam netellariam vocant, sua Ill. Celsitudo id jam ante prohibuit, sed conqueruntur suæ Celsitudinis subditi, canonicos Frauenburgenses ea piscatione contra mandatum regium nihilominus uti, id quod etiam posthac se facturos suæ Celsitudini nuper significaverunt. Quapropter rogat sua Celsitudo Regiam Majestatem, ut ei rei provideat, quo canonici isti, non minus quam Celsitudinis suæ subditi, a piscatione illa abstineant, et mittet sua Ill. Celsitudo aliquem ex suis consiliariis ad Reverendissimum Dominum coadjutorem, qui de eo negotio in præsentia Reverendissimi et Magnificorum Dominorum commissariorum cum ipso agat.

Quantum ad privatorum causas attinet, Ill. Celsitudo sua curabit, ut in iis, quæ judicialiter tractantur, justitia ex æquo et bono omnibus administretur. Reliquorum, quæ Reverendissimus et Magnifici Domini commissarii suæ Celsitudini commendaverunt, merita Ill. Celsitudo perpendet, et ita se, quantum fieri poterit, exhibebit, ut Rev. et Magnifici Domini commissarii intelligant eorum commendationis rationem habitam fuisse.

Porro cum etiam sua Ill. Celsitudo Regiæ Majestati nuper Varsaviæ vetera illa gravamina ducatus Prussiæ obtulerit, de appellationibus, sessione, teloneis, finibus, et aliis, ad quæ S. Majestas tunc respondit, pleraque in aliud tempus distulit, rogat sua Celsitudo Ill., ut Rev. et Magnifici Domini commissarii etiam ea apud Regiam Majestatem promovere velint, ut, quamprimum fieri poterit, determinentur.

Et hæc sunt, quæ Ill. marchio Rev. et Magnificis Dominis commissariis hoc tempore respondere voluit, quos rogat ut Regiæ Majestati suæ Celsitudinis officia et obsequia deferant. Ita enim sua Ill. Celsitudo Regiam Majestatem existimare cupit, suam Ill. Celsitudinem erga Regiam Majestatem ita sese semper gesturam, et dignitatis auctoritatisque regiæ rationem habituram, ut fidelem principem vasallum decet. Ac petit sua Ill. Celsitudo, ne Regia Majestas aliis fidem habeat, qui suæ Majestatis animum a sua Celsitudine forte alieniorem facere conabuntur, sed si quid tale acciderit, ut Regia Majestas suam Ill. Celsitudinem primum audiat, intellectura sine dubio a sua Celsitudine ea, ut quod in sua Celsitudine Regia Majestas desiderari possit, non sit habitura.

Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis.

CXLV.

Responsum a ducissa in Prussia Dominis regiis commissariis ad eorum resolutionem super exhibitos gravaminum articulos, datum 25 maii, anno 1578.

Ejus Celsitudo Dominis regiis commissariis ante omnia quam maximas potest agit gratias, quod in charissimi sui Domini et mariti negotiis, atque etiam sui ipsius, et personam suam attinentibus rebus, omnia ipsis diligenti et fideli curæ esse siverint, et ad exhibita

gravamina pro rei necessitate scripto responderint.

Quod vero præeminentiam ducis in Prussia attinet, confidit sua Celsitudo Dominos commissarios, atque adeo quemquam sibi vitio vertere non posse, quod hactenus eam sibi fideli curæ esse siverit: honoris et conscientiæ causa secus facere non potuit. Ac quæ ad ea Domini commissarii regii responderunt, et quemadmodum eam rem, quæ inter Regiam Majestatem et suam Celsitudinem, marchionem Georgium Fridericum, acta est, interpretentur, iis Celsitudinem suam habendi Regiæ Majestatis honoris causa acquiescere oportet, ac confidere vult, nullam aliam voluntatem fuisse, atque Domini regii commissarii hoc tempore declarassent, quorum responso sua Celsitudo in omnem casum se consolari atque uti cogitat. Quod si vero res secus evenire deberet, et contra hæc aliquid, aut his, aut futuris temporibus (quod quidem sua Celsitudo futurum non sperat) susciperetur, tum permanet sua Celsitudo in ea declaratione, quam ad quartam diem maii tradidit, nempe quod in omnem æternitatem istis non assentietur, quodque suo charissimo marito, aut etiam ejus hæredibus, qui adhuc Dei beneficio existere possent, in eo, quod ipsis solis secundum naturam, jus et æquitatem, eorum dignitati et præeminentiæ debetur, derogare, et aliō tribuere non possit, in quo sua Celsitudo penitus perseverat.

Quod ad alios articulos pertinet, cupivisset sua Celsitudo, ne quid in posterum disputationis esset, et etiam nunc præsentibus Dominis regiis commissariis, compositi et explicati essent, quemadmodum de principio promiserunt, causamque dederunt, ut sua Celsitudo iis articulos ejusmodi traderet.

Quando autem Domini regii commissarii hoc tempore suæ Celsitudini, Domino marchioni, ista permittunt, hoc quidem Celsitudo sua sibi non patitur adversum esse, neque dubitare vult, quin sua Celsitudo in omnibus, pro eo ac recepit, se amicissimum et paternum præstitura sit.

Quod postremo Domini regii commissarii ex clementissimo mandato Regiæ Majestatis, cum Celsitudine sua, marchione, de capitaneatu Treusmark egerunt, ac quando sua Celsitudo ad id se declaravit, hoc sinit suum obtinere locum; nihilominus tamen Regiæ Majestati pro clementissima intercessione subjectissime et humillime ducis [nomine], regiis autem commissariis diligentissime pro adhibita cura et opera gratias agit. Atque his concludendo, se atque una charissimum suum dominum et maritum, cum his, tum aliis in rebus plane in Regiæ Majestatis gratiam, favorem et protectionem fideliter commendat.

Maria Leonora, ducissa in Prussia.

CXLVI.

Protestatio Dominorum commissariorum contra juramentum subditorum Prussiæ Illustri Domino marchioni facta.

In nomine Domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis notum sit, et evidenter pateat. Quod anno ab Incarnatione Domini 1578, regni vero Serenissimi ac invictissimi principis ac Domini, Domini Stephani Dei gratia Regis Poloniæ,

Magni Ducis Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæque, nec non principis Transylvaniæ, feliciter [incipienti] anno tertio, die vero solis vigesima quinta mensis maii hora vesperarum, vel quasi, in arce Regiomontana ducatus Prussiæ, et palatio Moschoviti vulgo nuncupato, fenestris versus meridiem sito, atque in notarii publici, ac testium infrascri ptorum ad id vocatorum et specialiter adhibitorum præsentia, personaliter constituti, Reve rendissimus in Christo Pater et Dominus, Dominus Petrus Dunin Wolski Dei gratia episco pus Plocensis, et Magnifici Domini, Petrus de Potulice palatinus Plocensis, Joannes Dulski castellanus Culmensis, Rogosnensis, Surascensis et Branscensis capitaneus, atque Reverendus Dominus Laurentius Goslicki cantor Plocensis, canonicus Cracoviensis, Vladislaviensis, Sando miriensis, Sacræque Regiæ Majestatis secretarius, commissarii, a præfato Serenissimo et invictissimo principe et Domino, Domino Stephano Dei gratia Rege Poloniæ, Magnoque Duce Lithuaniæ, etc., Domino nostro clementissimo, atque inclito regno Poloniæ, supremo et directo, atque hæreditario totius Prussiæ domino, ex comitiis regni generalibus Var savienisbus, anno præsenti, videlicet 1578, diebus januarii, februarii et martii Varsaviæ celebratis, ad tractandam et consignandam curationem et gubernationem terrarum duca Prussiæ subjectarum, Illustrissimo principi ac Domino, Domino Georgio Friderico, marchi ni Brandeburgensi, ac in Prussia Stetinensi, Pomeraniæ, Cassuborum, Sclavorumque, nec non in Silesia Carnoviæ duci, burgrabio Norimbergensi, Rugiæque principi, huc Regio montum dati et deputati, atque specialiter missi et ablegati, prout de eorum hujusmo facultate in literis commissionis manu ejusdem Sacræ Regiæ Majestatis propria subscrip tis, et sigillo regni majori communitis, de data Varsaviæ die prima mensis aprilis anni præsentis plena extat fides, principales principaliter per se ipsos, et pro se ipsis ultro ac libere, palam ac manifeste, omnibus melioribus modo, via, jure, stylo, causa, forma et consuetudine, quibus melius et efficacius potuerunt, et de jure debuerunt, tenentes et habentes suis in manibus literas in papyro scriptas, protestationem inferius insertam in se continentes, manibus propriis subscriptas, et sigillis suis consignatas, de quorum manuum et sigillorum veritate plenum est mihi, notario publico, factum testimonium, illas prænominato Illustrissimo Domino Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, in præsentia ejusdem ducatus consiliariorum et Ordinum, ac suorum aulicorum, atque aliorum multorum hominum ibidem personaliter adstantium, atque aliam huic similem Magnifico Domino Venceslao Schack tanquam cancellario, et in effectu in ipsorum pro prias manus tradiderunt et reliquerunt, atque juxta illarum vim et continentiam nomine Sacræ ac Serenissimæ Regiæ Majestatis, atque totius regni Poloniæ publice et solemniter protestati sunt, petentes eamdem suam protestationem recipi et admitti. Quarum literarum protestationis tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis.

Illustrissime princeps, et quicumque alii adestis, tam ex Ordinibus Prussiæ, quam al terius cujusvis conditionis viri. Nos Sacræ Regiæ Majestatis Poloniæ, Domini nostri cle mentissimi, commissarii ad tradendam ducatus Prussiæ possessionem Illustrissimo Domino Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, ablegati, palam et publice profitemur, quod quæcumque in toto hoc tradendæ possessionis ducatus Prussiæ negotio per nos Regiæ

CXLVII.

Protestatio Illustris Domini marchionis contra scriptam protestationem Dominorum commissariorum.

Quod ad protestationem attinet, de eo quod Reverendissimus et Magnifici Domini commissarii actui, quando civitas hæc juramentum suæ Celsitudini præstitit, adhibiti non sint, eam Illustrissimus princeps marchio suo loco ita relinquit, ne per eam juri suo et privilegiis harum terrarum præjudicium aliquod fiat, et de ea re vicissim, quam potest fieri solenniter protestatur. Non videt enim sua Ill. Celsitudo quam causam habeant Reverendissimus et Magnifici Domini commissarii conquerendi, quod sua Celsitudo id non fecit, quod facere ipsi minime necesse fuit, et ad quod nullo jure fuit obligatus. Non enim meminit sua Ill. Celsitudo moris esse, si quid intermittatur, quod meræ est voluntatis, aut officii potius, vel humanitatis, ut id protestationibus, quæ ad judicia spectant, vindicetur. Quum Reverendissimus et Magnifici D. commissarii Reverendum D. Golsicki ad suam Celsitudinem misissent cum verbis illis conceptis, quibus illi provinciales in actu juramenti præstandi alloqui constituissent, respondit sua Celsitudo inter ea verba multa esse incommoda posita, quæ pactis et privilegiis hujus provinciæ præjudicare possent. Quod quum maxime affirmassent provinciales, ac ne permitteret Rev. ac Magnificos Dominos commissarios cives eo modo alloqui, aut actui illi jurandi interesse suam Celsitudinem rogassent, sua Celsitudo id vicissim tum Rev. Domino Goslicki indicavit, ac exposuit non esse usitatum, ut in præsentia Dominorum commissariorum cives jurarent, qui sane, quantum sua Ill. Celsitudo judicare potuit, contentus eo responso tunc fuit, neque unquam Ill. marchio putasset ea omnia in tam sinistram partem accipi debuisse, prout ea accepta esse jam videt, præsertim quum ipsi Rev. et Magnifici D. commissarii postea dixerint, se honoris causa tantum adesse cupiisse: jam autem ex hac protestatione sua Celsitudo perspiciat, aliam eorum intentionem fuisse. Pacta clarissima sunt (prout de consuetudine idem etiam ubique observatur), quod dux Prussiæ post investituram a Regia Majestate factam, propria auctoritate possessionem Ducatus apprehendere possit. Et decretum regium, de quo inter Regiam Majestatem et Ill. marchionem convenit, eo casu tantum si opus sit commissionem fieri debuisse dicit. Quod autem opus non fuerit, sua Ill. Celsitudo et Regiæ Majestati, et ipsis etiam Rev. et Magnificis D. commissariis antea literis significavit. Ad quæ Regia Majestas ita respondit, ut sua Celsitudo non possit existimare Regiam Majestatem voluisse, ut Rev. et Mag. D. commissarii necessario actui illi interessent. Quum igitur hac in re nihil egerit sua Celsitudo, quod contra pacta, antiquam formam juramenti, ipsis Dominis commissariis exhibitam, investituras, aut decretum sit, aut etiam regis voluntatem, quem tanta prudentia et æquitate præditam Ill. Celsitudo sua novit, ut non postulaturus sit, ut novitate aliqua provinciales graventur, et optime etiam intelligit Illustrissimi marchionis mentem non esse, nec fuisse unquam ipsius Majestati aut ejus juribus aliquid derogari. Iterum dicit, protestationem a Rev. et Magnificis Dominis commissariis factam juribus suis et hujus provinciæ nihil derogare posse, ac eadem, ut antea dictum est, denuo quam maxime fieri potest, solemniter protestatur, ac quod sua Ill. Celsitudo juribus suis etiam caveat, in eo Rev. et Magnifici D. commissarii pro sua prudentia Celsitudinem suam haud dubie excusatam habebunt. Actum Regiomonti, die 26 maii, anno 1578.

Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis.

Majestatis commissarios acta sunt, et pro justis et legitimis haberi et judicari libenter agnoscimus, siquidem talia sunt, quæ veteribus pactis, quæ juribus regis et regni, quæ ducatus Prussiæ, quæ etiam ordinationi et gubernationi non ita pridem a Sacra Regia Majestate Illustrissimo Domino marchioni, Georgio Friderico, datæ non impugnant, hoc sentire, hoc judicare etiam Illustrissimum ~~ducem~~ Dominum marchionem, ducem et gubernatorem in Prussia existimamus, et libenter audimus ipsius Ill. Celsitudinem professam esse, nos officio nostro et auctoritate commissoriali in possessionem ducatus Prussiæ vigore juris a Majestate Regia concessi ipsius Ill. Celsitudini tradendi, recte et legitime perfunctos esse. Felicem igitur eam gubernationem ipsius Ill. Celsitudini precamur. Si quid vero ab aliquo alio actum est, aut agi præsumatur, quod veteribus pactis, quod juribus regis et regni, quod ordinationi præfatæ repugnat, hoc nullum et cassum esse, et in perpetuum fieri debere, publice ~~dicimus~~ profitemur, et de hoc solemniter protestamur. Cæterum, vigesima prima maii, quum subditi ducatus istius homagium Illustrissimo Domino Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, duci, curatori et gubernatori in Prussia, per Regiam Majestatem constituto, præstiterunt, nos ad audiendum et videndum hujusmodi juramentum, neque vocati, neque admissi fuimus. Vocatos autem et admissos oportuit, ut ostendamus et sciamus, si juramentum et homagium illud antiquis pactis, si juribus regis et regni, si gubernationi et curationi præfatæ competit, et licet de optimo Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ animo bene nobis persuadeamus, de hoc tamen, salva in omnibus Ill. Celsitudinis Vestræ dignitate, solemniter protestamur, quod illa juramenti formula nobis incognita est, et juramentum, absentibus regiis commissariis, postulantibusque, ut præsentes essent, non tamen admissis, factum fuit. Inde veremur, ne quid contra pacta et præscriptum decreti commissionis factum esse intelligatur. Contra hæc igitur coram Ill. Celsitudine Vestra, coram Ordinibus harum terrarum, coram publicis magistratibus et officialibus, ubicumque protestationes nostræ ad notitiam pervenerint, omni meliori via, modo et ratione solemniter protestamur, et dicimus hujusmodi juramentum præstitum, vel alias aliquod tale præstandum, si et in quantum scilicet, et ubi superius expressis et nominatis rebus derogat et præjudicat, quod non potest, ~~nec~~ neque debet ullum præjudicium, damnum et derogationem afferre pactis antiquis, superioritati directi domini, juribus regis, et regni Poloniæ, illudque judicio, cognitioni ac censuræ supremi domini, Regiæ Majestatis et regni subjicimus, et pro subjecto, subjiciendove haberi volumus.

Insuper si omissa, aut infecta sunt ibi aliqua, tam in personis, quam in rebus, quæ sensui et rationi pactorum, aut juribus regis et regni repugnant, quod illa pro infectis et omissis habere volumus, nullaque esse, et nullitatis vitio subjecta appellamus, omni quo possumus modo, via, ratione meliori, salvis juribus Regiæ Majestatis et regni pactis antiquis tam expressis, quam non expressis, et supremo domino reservatis et competentibus, salvo etiam jure addendi et minuendi, de quo solemniter protestamur. Datum Regiomonti, 25 mensis maii, anno Domini 1578. Petrus Dunin Wolski, episcopus Plocensis. Petrus de Potulice, palatinus Plocensis. Joannes Dulski, castellanus Culmensis. Laurentius Goslicki, cantor Plocensis.

CXLVIII.

A ~~duce~~ marchione ab Anspach ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063. t. II.

Serenissime et potentissime Rex. Regiae Vestrae Majestati salutem dicimus, et studia operamque nostram in omni officiorum genere promptissimam pollicemur. Domine clementissime et affinis charissime et observande. Redeunt jam ad Regiam Vestram Majestatem ejus commissarii, quos ipsi huc mittere placuit, ex quibus Regia Majestas Vestra satis superque intelliget, quomodo negotia hic tractata, et quod eo jam loco sint, ut speremus quae reliqua sunt, etiam ex animi nostri sententia confectum iri, qua quidem de re non dubitamus, quin Majestas Vestra pro benevolentia sua erga nos, et de rebus nostris sollicitudine, non minus laetatura sit, quam nos ipsi. Regiae certe Majestatis Vestrae commissarii, praestantissimi viri, et omni genere virtutum ornatissimi, plurimum nos adjuverunt prudentia et dexteritate sua, ita ut merito habeamus, quod Regiae Vestrae Majestati pro sua erga nos, in his negotiis omnibus, multipliciter declarata, propensissima voluntate agamus gratias, id quod ea, qua decet observantia, his literis facimus, ac Regiam Majestatem Vestram rogamus, ut eam, quam diximus, suam benevolentiam, perpetuo nobis conservet, et nos et negotia nostra in posterum etiam ~~sibi~~ sibi commendata habeat, ac omnino sibi persuadeat nos ita erga Regiam Majestatem Vestram nos gesturos esse, ut ejus rei nunquam eam poenitere possit. Quod ~~e~~ reliquum est, Regiam Vestram Majestatem bene valere, ac omnia prosperrima ipsi evenire optamus, Regiae Vestrae Majestatis favori observanter nos commendantes. Regiomonti, 20 maii, anno Domini 1578.

CXLIX.

Ab eodem ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063. t. II.

Serenissime et potentissime Rex. Regiae Vestrae Majestati salutem dicimus, et studia operamque nostram in omni officiorum genere promptissimam pollicemur. Domine clementissime, affinis charissime et observande. Non dubitamus Regiam Vestram Majestatem meminisse inter caetera, quae post discessum nostrum Varsavia Regiae Majestati proponenda curavimus, et id fuisse, quod assecurationem quandam pro haeredibus nostris allodialibus de pecunia illa recuperanda, quam in ducatum Prussiae ejusque ratione impendimus, a Regia Vestra Majestate petierimus, ad quod Regia Vestra Majestas tunc ita respondit, ut existimaret sumptuum illorum eam rationem esse, quae partim decreto ipso sit jam constituta, partim vero talem, de qua his temporibus tractare, et intempestivum, et parum necessarium esse videatur. Quum vero diligentius ea de re cogitaremus, deprehendimus omnino nostras nostrorumque haeredum allodialium, quorum non est exiguus numerus, res requirere, ut tali assecuratione de pecunia illa nobis et ipsis in omnem eventum caveatur. Etsi enim decreto Regiae Vestrae Majestatis promissum sit, quod casu convalescat dux aeger, aut liberos masculos suscipiat, qui ad legitimam aetatem perveniant, nos ducatu hoc cedere et rationes reddere debeamus, in quibus quod respectu ducatus erogaverimus, ut recte

expensum, suscipiendum erit; tamen quum, quod in divina positum est voluntate, facile humanitus quid nobis accidere posset, antequam ex prædictis casibus aliquis eveniret, quod si fieret, hæredes nostri allodiales, de quorum commodis ut solliciti sumus, ita pietas nos admonet, eam pecuniam, quæ certe pro ea, quæ nunc est, hujus ducatus redituum ratione, primis aliquot annis reddi nobis non poterit, difficulter recuperaturi essent, nisi auctoritate Regiæ Vestræ Majestatis adjuventur, necessarium esse existimavimus eam assecurationem denuo jam ad Regiam Vestram Majestatem mittere, quam, qua decet observantia, rogamus, ut eam, vel eo, quo scripta est, vel simili, qui Regiæ Vestræ Majestati videbitur, modo dare et confirmare velit, in quo faciet R. V. Majestas nobis rem gratissimam, quam omni officiorum et obsequiorum genere recompensaturi sumus. R. V. Majestatem optime valere, et diutissime omnibus rebus felicem et florentem esse optamus. Datum Regiomonti, 21 maii, anno Domini 1578.

A ducissa Prussiæ ad Regiam Majestatem.

Serenissime Rex, potentissime princeps, ac Domine, Domine clementissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ stabile regnum, longævam vitam, et omnia bona precor. Serenissime Rex, Domine clementissime, et affinis charissime. Literas Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ ejusdem commissarii, Reverendissimus, Magnifici, ac Venerabilis, Petrus Dunin Wolski, episcopus Plocensis, Petrus de Potulice, palatinus Plocensis, Joannes Dulski, castellanus Culmensis, et capitaneus Branscensis, Rogosnensis et Surascensis, Laurentius Goslicki, cantor Plocensis, canonicus Cracoviensis, Regiæ Vestræ Majestatis secretarius, mihi exhibuerunt, ex quibus non minus, quam de relatione ipsorum Dominorum commissariorum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ benevolum, propensum, ac plane paternum animum perspexi, quod quidem mihi ob adversam valetudinem Illustris conjugis mei non parum perturbatæ accidit gratissimum. Atque Deum Opt. Max., ut is eum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ animum mihi diu conservet, precor: etsi vero negotium Illustrissimi conjugis mei (uti quidem ex omnibus tractatibus apparet) non perinde ac sperabam successerit, nec debita ratio dignitatis Illustritatis ejus habita sit; tamen id iniquitati temporis magis, quam Sacræ Regiæ Majestati Vestræ, de qua mihi semper omnia bona polliceor, ascribendum, ideoque Deo committendum existimavi. De cætero autem non diffido, si Sacræ Regiæ Majestatis in negotiis meis opera indiguero, eam mihi ut antehac sæpissime, ita et in posterum fore promptam. Reliqua Sacra Regia Majestas Vestra ex commissariis, quibus ut Sacra Regia Majestas indubitatam fidem habeat, rogo, cognoscet. Deus Opt. Max. Sacram Regiam Majestatem Vestram diu conservet incolumem. Datum Regiomonti, die 25 mensis maii, anno Domini 1578.

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ subdita princeps, Maria Leonora in Prussia ducissa.

CLI.

Instrukcya na sejmik Korczyński województw Krakowskiego i Sandomierskiego, na dzień 22 maja, roku 1578, dana od JKMci Janowi Sienińskiemu, kasztelanowi Żarnowskiemu, postowi JKMci (1).

Mss. Dzikowski Vol II   Ex mss. bibl. Kurnicensis.

[Po dość długim wstępie, tak ta instrukcya brzmiała]..... Po sejmie Toruńskim, na który wszyscy nieprzyiaciele y przyiaciele Koronni oko mieli, gdyśmy się rebus infectis rozjachali, y gdy zatem bardziey in suo errore et obstinatione Gdańsk trwał, tyran ten Moskiewski będąc in perniciem nostram intentus, gdy się JKMość woyskiem w kraiach Pruskich zabawiać musiał, vires takowych, żeby ich na różne części, gdzie było potrzeba, rozdzielić mógł, nie miał, consilia sua ad perniciem nostram explicabat, które żeby mu tym lepiey siły, y perfidiam sobie zwykłą do tego przymieszał. Z królem JMcią o postaniu ultro citroque postów, zabiegaiąc przelaniu krwie chrześciańskiey, ut prae se ferebat, postanowił, że tymczasem pokóy miał z swey strony dzierżeć, króla JMci ubezpieczył rękomo, ani postów króla JMci czekał, ale niedaleko od granic czekał z woyskiem, które mógł mieć naywiększe, czekał z apparatem woiennym, y czekał dotąd, dokąd mu to, czego potrzebował, nie zniosło się tak z strony apparatu, iako pogodnego czasu do woyny. Lubo go za barbarum y głupszego niż my mamy, więcey iednak przedsię astu y przewrotnością swą a niż mocą skrycie przeciwko nam machinabatur, iako się to potem iawnie odkryło, nie tylko przez morze, ale iuż na zachód słońca nas minąwszy, czembyś się mógł spomódz szukał. W Inflanciech samych przez Magnusa, któremu się ta posługa, iako u tyrana, nie nadała, wszystko sobie ku posiedzeniu utacnił. Tataryna, przyległego nam y sobie sąsiada, iako wilka głodnego przedarowawszy, do siebie przyciągnął, y dwakroć do pustoszenia ziem naszych przywiódł; żeby iescze y molem belli Turcici na nas obalił, Niżowce do Wołoch wyprawiał, co się z więźniów tych, które miał woiewoda Wołoski, na próbie potem pokazało. Ten tedy animus iest tego okrutnika przeciwko Koronie tey, te iego consilia, którey chciwości swey pretext iakiś czyniąc, a iuż nie przestaiąc na Inflanciech, nie przestaiąc na szarpaniu Wielkiego Xięstwa Litewskiego, ale żądzę swą na opanowanie wszystkiey Korony y państw iey rozciągaiąc, mimo to, co przedtem o prawie swem na ziemie Ruskie zwykł baiać, pisał do kniazia Połubińskiego, że mu ziemie Inflanckie y Pruskie należą, iż on iest własnym potomkiem cesarza Augusta, który w Toruniu, w Malborgu, w Gdańsku, w Choynicy, y we wszystkich ziemiach Pruskich panował; mieni że na xięstwie Pruskiem dług ma niemały, mistrzom Pruskim pożyczony, a o Wielkiem Xięstwie Litewskiem y o wszystkiey Koronie twierdzi, że on iest iey własnym panem. Gdyż królów Polskich niestało, królowa Anna, iako białogłowa, do królestwa nie ma

CLI. (1) Król musiał złożyć sejmik w Korczynie dla tych dwóch województw, z tej przyczyny, że ich postowie na ostatnim sejmie nie chcieli zezwolić na podatek do prowadzenia wojny z Moskwą, tem się składając, że nie mieli na to upoważnienia od swych województw.

nic, nam królestwo słusznie przychodzi, który naystarszym panem ze wszech panów od wieków iest. Expostuluiąc przykro z posły, że JKMość, nie iego na Koronie, która mu należy, posadziliśmy, dla tego abyśmy pod dzisieyszym królem JMcią, panem naszym, iako on powiada, swey woli używać mogli, któreyby on nie cierpiał, ale że iednak czasu swego w tey krzywdzie poczuie się.

Te tedy myśli y dumy są dziedzicznego tego nie pana, ale nieprzyiaciela oyczyzny naszey. Gdy za praktykami Magnusowemi, iako się wyżey wspomniało, pod ubezpieczeniem JKMci, zamki Inflanckie posiadł, iako ztąd wielki żal JKMość miał, tak o tem myślał, żeby mógł tego y dawnych inszych krzywd Koronnych powetować, o czem tym więcey JKMość myśleć musiał, gdyż widział, że to iedno były principia dolorum, y że się te iego conatus daley, usque ad interitum Reipublicae rozciągaią; ale że sam tey trudności przez się JKMość zmódz nie mógł, trudno co inszego uczynić miał, iedno że seym walny tak dla tego niebezpieczeństwa, iako dla innych złożyć raczył. Interim, żeby się ten nieprzyiaciel zadzierżał, dokądby się za spólną radą y pomocą wszystkich potężności iaka przeciwko niemu nie przysposobiła, postom, którzy się byli przy granicach zadzierżeli, za usiłowaniem obłudnem y wzywaniem tego nieprzyiaciela do niego JKMość iechać dopuścić raczył, z tą iednak kondycyą, że miał gońca JKMci z nową instrukcyą do nich przypuścić, ponieważ mu to posłowie przez listy swe przekładali, iż po wysłaniu ich y po wzięciu instrukcyi, on był posiadł zamki Inflanckie, i że im było trzeba dla tey przyczyny inszey instrukcyi JKMci od tey, z którą byli wyiechali. Posłowie do Moskwy iachali, JKMość do Warszawy na seym iachać raczył. Tam JKMość raczył rozkazać dostateczną propozycyą uczynić tak o tym uszczerbku państw Koronnych, y dalszem przedsięwzięciu tego tyrana, iako też o niebezpieczeństwie od cara Przekopskiego, który posła JKMci, Pana Taranowskiego, niewdzięcznie przyiąwszy y osadziwszy, iuż się do państw Koronnych iść groził. O czem czuiąc JKMość, zabawiwszy iardę, która była pod Gdańskiem, y z swey własney skrzynki, gdyż iuż poboru niestawało, żołd iey dawszy, zaraz ią do Ruskich kraiów obrócił, ale na tak możnego nieprzyiaciela mało to bydź widział, iako też ~~do~~ niebezpieczeństwach, których się możem od inszych, a zwłaszcza od cesarza Tureckiego, za takiem przez ugraniczne ludzie przyczyndawaniem spodziewać.

Gdy tedy te różne niebezpieczeństwa się okazowały, wszystkich iednakie o tem było rozumienie, gdyż nie możem wszystkim iednego czasu sprostać, to, co nas naybardziey dogara, naprzód gasić, obrachowawszy się w siłach swoich, o tego, który nie tylko od nas, ale od wielu inszych królestw mocy y siły ma, nie kusić się, czekać czasów lepszych y zmiłowania Pańskiego nad narodem chrześciańskim. W tem mądrey rady mądrych przodków JKMość naśladuiąc, przymierze, które ma z tym poganinem Korona, y pokóy zachować umyślił. Od drugich, baczyli wszyscy, że gwałtu Korona na ten czas obawiać się nie mogła. Już też xiążęta Rzeskie przednieysze, iako urodzeniem y stany, tak cnotami prawie xiążęcemi, y miłością przeciwko Rzeczypospolitey chrześciańskiey wielcy, chęć swą braterską JKMci y Koronie tey szczerze oddali byli. Zostawali tedy tylko dwa, Moskwicin z Tatarzynem. Przeciwko Tatarzynowi tak częste krzywdy Stany poruszały; iednak wyrozumieli bydź magis e Republica tempori cedere, a onego z Moskiewskim, upominki mu dawszy, na ten czas spuścić, y tym to kształtem odprawić, żeby Korona od niego pokóy miała, a Moskwicin trapion był. Któremu zdaniu wszech Stanów na seymie dosyć czyniąc JKMość,

iuż się o to starać raczy, aby ono pilnością swą do skutku przywieść mógł, iuż z postem carskim, który u JKMci był, wszystko namówić raczył.

O Moskiewskim wszyscy to iednostaynie rozumieli, wziąć go na ten czas przed się, et consiliis ejus zabiegać. Inflanckiey ziemi bronić, którą y porty tamecżne gdyby nieprzyiaciel posiadł, classem swoię na morze puścił, iuiby commoditates portuum Pruskich y wszystkie dostatki nasze upaść musiały. A co dalej tyran ten iuiby wrota otworzone miał y do Wilna przez bliskość, y do ziem Pruskich. Wspominali że na on czas xięstwo Litewskie y Korona stać mogła bez Inflanckiey ziemi, gdy ią Krzyżacy dzierżeli, homines, qui moribus et humanitate regebantur, którzy pacta conventa umieli strzedz, y łamać się ich wstydzili, y choćby byli chcieli ie łamać, nie byli tak możni. Teraz inszaby była, gdyby ią do końca tak możny, iadowity, niewstydliwy okrutnik opanował.

To tedy uważaiąc, ten pierwszy wstępek w akcie seymowym, że wszystkim zgodnie zdało się namawiać de rebus Moschoviticis ac Livonicis, bronić Inflanckiey ziemi y nie opuszczać iey. Tey deliberacyi ten raś wstępek był, ieśli woynę takową przedsięwziąć, żebyśmy się tylko temu nieprzyiacielowi oganiali, czyli abyśmy y swoie rekuperowali, y onego w domu iego szukali, a Pana Boga na pomoc wziąwszy, nim na nas co cięższego przyidzie, iuż z nim sobie koniec uczynili. Uważaiąc wszystko z obu stron, naprzód się zawarto, żeby bellum offensivum, a nie defensivum przed się wziąć, a wziąć ie przed się potężnie, tak iżby non cunctando tego nieprzyiaciela dopędzić do upaści. Były za tem dalsze namowy, y barzo Stany wszystko uważały, iakichby sił na tego nieprzyiaciela trzeba przypatrowali się, rozumieli że nie trzeba go sobie lekce ważyć, że lubo ludziom iego nie dał Bóg, iako cnym narodom naszym, takowego poczuwania się w poczciwości, przedsię iednak że wiele ludzi mieć może, że ma ludzie, którymi przez te lata ustawicznie w sprawach woiennych robił, y przeto w rzeczach rycerskich ćwiczone, który głód, zimno, niedostatek wycierpieć mogą, y dla tego impedimentis nie obciążaią się. Do czego iuż przystąpił apparat woienny, strzelba, rzemieślnicy takowi, iakowych przedtem nie tylko Moskwa nie miała, ale y teraz mało panów ma.

Przytem tedy deliberacya była, ieśli pospolitem ruszeniem, ieśli ludźmi służebnymi z nim walczyć. Że nie pospolitem ruszeniem, ale ludem służebnym, wszyscy się do tego przychylali, dla tego iż bellum offensivum wedle zwyczaiów Koronnych pospolitem ruszeniem trudnoby się wieść mogło, ktemu lubobyśmy też iuż tylko chcieli swego bronić, tylko rekuperować, niepodobnaby było przez odległość ziemi Inflanckiey, o którą idzie. Za czem y z niebezpieczeństwem wielkiem insze wszystkie kraie Koronne tak bardzoby się były obnażyły, y iedne państwa y województwa drugim w ciągnieniu tak dalekiem bardzoby szkodziły, zkądby nie tylko mordy, sedycye, ale y na wieczne czasy waśni urośćby mogły; ktemu byłoby to z utrapieniem wielkiey części narodu szlacheckiego, którym Pan Bóg acz dał znaczne urodzenie, ale dostatku tak wielkiego dać nie raczył, żeby tak dalekiey expedycyi podołać mogli, nie tylko do tak dalekiey, ale tak ogłodzoney prowincyi, że y tych trochę obywatelów, co ich tam zostało, wyżywić nie może.

Acz JKMość nie miałby nic pocieszniejszego, iedno rycerstwo swoie, które mu Pan Bóg w opiekę iego dać raczył, społem widzieć, wszakże musiała u JKMci przeważyć utilitas publica,

że to wolał do inszey zręczniejszey okazyi odłożyć. Przystąpiło się tedy do tego, aby się namawi o walce przeciwko temu nieprzyiacielowi przez lud służebny, obrachowało się iako wiele lu iezdnych, iako wiele pieszych, i iakowych, iakiego apparatu woiennego, iakich rzemieślników y mistrzów ~~wszystkich~~ potrzeba. Wszystkich iednostayna myśl była, radniey sobie raz gwałt uczy a niżeli interitum patriae czekać. Było y to przypominano, iako wielekroć Stany na tę woynę pobory za króla Zygmunta Augusta postępowali, iako wielkie summy na dobra królewskie wzią dopuścili, przedsię iednak lubo to wszystko społem złożone niepodobnąby summę uczyniło, do poży tku żadnego nie przyszło.

Bardzo dobrze ten tyran, że mu to było na pomocy przeszłych czasów, iż eśmy rozumieli, żeśmy małą rzeczą tę woynę mogli odprawić, gwałtu sobie nie czyniąc, czego nakoniec y z pośmiewiskiem używał przy poślech naszych, bo przed nimi powiadał, iż zwłóczycie dla tego namowy ze mną, aby na tym seymie, o którym ia wiem pobór iaki postanowiono, ale tego wam za ćwierć albo za półto lata niestanie, żołnierze wasi waszę ziemię pustoszyć będą, musicie mnie prosić o pokóy, a tak co musicie potem, uczyńcie lepiey teraz, zaraz uczyńcie. A tak konkludowały Stany, że lepi sobie raz gwałt uczyniwszy, molestiam hanc in perpetuum z siebie złożyć, tak iako to był Pan Bóg dał Rzymianom za dzielnością ich, y chęcią przeciwko mi astu swemu, iż iedna vic toria de Perseo wszystkim poborom y podatkom Rzymskim na wieczne czasy koniec uczynił

Tu iuż namówił się poczet iazdy, poczet pieszych, namówiło się iakoby wielki Xięstwo Litewsk iakoby wielki Korona Polska opatrować miała, także też y apparat obsidendarum arcium. Ob rachowało się też y to, iako wielkiego kosztu na to trzeba, y iako wielkiey summy. Konkludowa to się przytem, że nie na ieden tylko rok, ale na dwa obmyślić nervum belli była potrzeba, aby rerum gerendarum cursus non interrumperetur, gdyż na przerwaniu takowych spraw, a zwła szcza gdy Pan Bóg raczy szczęścia użyczać, wszystkie praemia et fructus belli zwykły się hamować, y miasto pożytku y pociechy wszystko w szkodę y żal obracać. Czego pokazała się summa wielka, ale takowa, że wziąwszy Boga na pomoc, za pocieszny koniec certaminum tych Moskiewskich, za staraniem y dzielnością IKMci, tak też y rycerstwa, Król IMość stać mógł. Zgodnie tedy namówiło się sposobów szukać, którymiby się do tey summy przyiść mogło. Deputowani byli tak panowie Rady, iako posłowie do szukania tych sposobów.

Tu iuż póty zgoda wszystkich była, gdy się to te to owe sposoby podawały. Na te, które w uni wersale opisane są, wszystkie inne woiewództwa zezwoliły. Widzieli to dobrze, że te sposoby w uni wersale opisane, bez obciążenia nie były, ale zdało im się radniey to obciążenie pro una vice sobie uczynić, a stawnie y pożytecznie wszystkie niebezpieczeństwa od tego nieprzyiaciela na wieczne czasy znieść. Woiewództw Krakowskiego, Sandomierskiego y Sieradzkiego posłowie przyznawali, że takowe przedsięwzięcie było potrzebne Rzeczypospolitey, y takowe, które gwałt Rzeczypospolitey na nich wyciskał, iedno to przekładali, iż mieli limitatam potestatem, a tak fines aggredi im się nie godziło. Nie wątpiły iednak insze wszystkie woiewództwa, gdyby do WMciów wiadomość tylko rzeczy doniesiona była, że się WMcie in hoc curriculo sublevandae patriae ostatni zostawać nie mieli. Zniesiono tedy to wszystko, co się tam namówiło, modos te conquirendi nervi belli, które się zdały universałem, opisano iż posłowie woiewództw WMciów y Sieradzkiego

nie mieli plenam facultatem. Taka się tych województw ratio miała, że wszystek seym conclusit consensum ich w tem requirere, gdzieby się od inszych województw różwinili, pospolite ruszenie, nemine dissentiente, iest uchwalone, któremby się tak Inflanckie iako Ruskie kraie wedle potrzeby ratowały.

Tym tedy kształtem namowy około woyny Moskiewskiey, y per istos gradus, przy namowach około sprawiedliwości, która też iednomyślnie od wszech Stanów, za pilnem usilowaniem JK Mci zamkniona iest, przetoczyły się za złożeniem seymików. Sieradzkie województwo rado do zgody wszystkich przystąpiło; te tylko dwa województwa zgodę wszech ieszcze hamuią.

Jest rzecz bardzo potrzebna y to przypomnieć, że gdy przed skończeniem seymu nowina przyszła od posłów z Moskwy, iż iuż Moskiewski do krótkiego odkładu woyny przywiódł, to iest do trzech lat, do czego y to przyczynę dało, że ich instrukcya seymowa dla przewłoki namów tych, które były na seymie, dosyć nie mogła. Przełożone były wszem Stanom kondycye przymierza tego przezeń podanego, w którem Stany wiele fortelów obaczyli, y ie nie tak przymierzem, iako woyną accommodatam ad arbitrium et opportunitatem hostis bydź naleźli; dla czego wszyscy iednostaynie na to się zgodzili, aby JKMość tak turpes y periculosas inducias nie przyimował, ale żeby persisteret w namowach około woyny potężney przeciwko niemu.

Te fortele w tem przymierzu pokazowały się, iż tylko z ziemiami Ruską y Litewską pokóy stanowił, o inszych ziemiach zamilczał, o Inflanciech iawnie mówił, że z strony ich przymierza nie stanowił, a z strony Litwy y Rusi tak stanowił, aby rozgraniczenie przez kommissarze, gdzieby różnice były, stało się, a tym kształtem aby woyny przez trzy lata nie było. W tych kondycyach te fortele obaczywszy Stany, że Inflanckiey ziemi albo przychodziło z wielką sromotą y niebezpieczeństwem innych państw nie bronić, albo broniąc tak wielki koszt uczynić, nad któryby większego nietrzeba ad summam totius belli; szalonego zdała się bydź rzecz, dać się przywiązać do iednego mieysca, gdzie każda rzecz trudnieysza nam, zabawa wielka około zamków gęstych, trudność wielka wychowania woyska, którego nie tylko takiego byłoby trzeba, żeby się o iakie zamki kusić miało, ale y wytrzymać nieprzyiacielowi mogło, gdyby chciał ad universalem conflictum udać się. Baczyli to, że chut ten przewrotny nieprzyiaciel, iż za wyciągnieniem naszem, za zżądznieniem woyska, wszystko mu samo w ręce rychło przyiść miało. Tym kształtem port Ryski y inne iegoby były, imperium maris nostri przynimby zostało, wszystkie zboża, towary nasze iużby przez odięcie portów nam takich wczasów ani ratunków iako dotąd nie przynosiły. Daley gdyby mu się Inflancka ziemia dostała, ipsum belli ductum secutus, wziąwszy ziemię Kurlandzką, którąby za dwa dni opanował, mógłby bez fortelnego naruszenia tego przymierza przed się z nami o ziemie Pruskie czynić, o których iedno to wspomniał, że Kurlandzka ziemia ma z niemi granicę, nie dokładaiąc tego, iako o zamkach Litewskich, że się w nie wstępować tym czasem nie ma. A nakoniec y z strony Wielkiego Xięstwa Litewskiego y ziem Ruskich, gdyby mu się zdało woynę zacząć, wziąwszy przed się pretext rozgraniczenia ziem Litewskich y Ruskich od ziemi iego, około którego iakoby trudna zgoda między kommissarzami była, łatwo to każdy obaczyć może.

Przypominali to starzy a biegli senatorowie Wielkiego Xięstwa Litewskiego, qua fide ten tyran

granicy. Gdy za króla Zygmunta kommissarze wysłani byli, ze strony iego powiadano, że y Połoc, Witepsk pana ich były, y zaraz tamże pod temi traktaty zamek nowy Putywel, który y po dziśdzień stoi, zdradliwie, z uymą wielką Wielkiego Xięstwa Litewskiego zbudowali. Widzieli nadto, że ten tyran, obtendendo nomen pacis, y tego szukał, aby nas w suspicyą u cesarza Tureckiego o porozumienie społeczne iego z nami przeciwko niemu przywiódł, za czemby pod dostawanie ziemi Inflanckiey y Tatarami nas nękać mógł, y nakoniec o Turecką woynę przyprawić, co się ztąd pokazuie, iż pod tenże czas starał się o to, aby przez Niżowce, zwiodszy ie z Dniepru, żeby Tatarowie wolnieyszy przechód do nas mieli, w Wołoszech tumult uczynił. Iakoż tego dokazał, co utrapieni ludzie, obywatele ziem Ruskich dobrze poczuli, a WMoście wszyscy dostatecznie wiecie, iż za woyściem Niżowców do Wołoch, które cesarz Turecki rozumiał bydź naszemi ludźmi, pewnieby-śmy byli experti arma Turcica, by był Pers na ten czas cesarza Tureckiego nie zabawił, tak iako nieomylną sprawę y wiadomość IKMość przez dworzanina tego, którego do Konstantynopola słał, który się po skończeniu seymu do IKMci wrócił, wziąć raczył.

Ten tedy wszystkich Stanów iednomyślny był głos na seymie z upszeymego affektu ich przeciwko oyczyznie swey, przeciwko dobremu y sławie iey, przeciwko także sławie IKMci y narodu swego, aby IKMość, tak sprośnym, tak omylnem przymierzem, tak siebie, iako rycerstwa, y ziem swych nie wiązał, coby teraz tym bardziey Stany popierali, za przyiechaniem posłów, gdy do pierwszych captiones y ten iawny fałsz przystąpił, że rewersał induciarum od posłów naszych wziąwszy sam im swóy rożny podrzucił, czego w rewersale posłów naszych nie było, że iuż Król IMość Kiesi zamku y miasta Dunaburga, Rygi zamku y powiatu iey z porty, a iako on zowie z przystaniszczami morskiemi, także ziemię wszystkę Kurlandzką, co ieszcze IKMość dzierży, zaniechać ani w nie wstępować ma, zamków y ludzi, którzyby pod IKMci poddaństwo się uciekali, nie przymować, czemu się WMoście w przymierzu, którego oto iest oryginał, raczycie przypatrzyć, które-go iż IKMość przyiąć nie chce, przytykaiąc się w tem do zdania seymowego, y owszem odestać ie maiąc wolą, raczył zakazać posłów iego za granicę Wielkiego Xięstwa Litewskiego puszczać. Niechże tedy teraz kto powiada, y na gardło swoie bierze, że pokóy poyźeczny Rzeczpospolita od Moskiewskiego ma, że woyny nie będzie, i że iuż IKMość zapomni dobra Rzeczypospolitey, zapomni sławy swoiey, zapomni sławy narodu Polskiego, y takowe więzy sobie y poddanym swim na szyię włoży.

Iuż ieście WMoście podobno obaczyli o co idzie, obaczyliście też iakiego poratowania na ten czas Rzeczypospolitey potrzeba, teraz obaczcie, ieśli te impedimenta, które zgodą WMciów zinszemi województwy hamuią, takowe są, aby nie miały tak wielkiemu gwałtowi y potrzebie ustąpić.

Bo co powiadaią, żeby to była zła sequela, aby wszystkie województwa bez dwóch miały co konkludować, w tem dosyćby rzec, że naywiększa powaga iest u każdego szlachcica to, co iest zdrowo oyczyznie. Ale tu lekkiego uważenia tych województw od inszych żaden praetendere nie może, gdyż wszystek effekt tego, w czem była niezgoda, na assensum tych województw podali. Dignitatis tedy tych województw iest, non vinci humanitate ab aliis, wszech innych braci swey, tak wielu województw Rad Koronnych zdania non rescindere, auctoritatis IKMości też w tem convenientem rationem habere.

Ale nowa to rzecz takowy podatek? Prawda, nowa, aleby też to nowina była, a pociesżna nowina, ablata recuperare, fines Reipublicae dilatare, detergere superiorum temporum ignominiam. I to iest rzecz tak nowa, że żaden o zastarzeniu iey nie myśli; pro hac vice tylko się stanowi. Bywały te przypadki, że Wielcy Polacy brali na się zadzierżywanie zamków Ruskich, Mali Polacy żołnierzom zaciężnym żołdy płacili, było to, że na mnieyszą dość potrzebę pogłówne dosyć cięższe niż ten podatek uchwalone było, przedsię to w obyczay nie weszło. Co w prawie pospolitem iest, to trwa, co się na raz tylko stanowi, raz tylko bywa, albo bywa tylko wtenczas, gdy tego potrzeba, a gdy się nato wszyscy zezwolimy, żaden tego, invitis omnibus, wycisnąć nie może. Scopus tedy uczynienia sobie gwałtu na ten czas ten iest, nie żeby podatki takie iterowane coraz były, ale żeby ich y mnieyszych na potem przeciwko temu nieprzyiacielowi potrzeba nie było.

Ale obrócą ten podatek na co inszego? privatis go rozdadzą? Dziwowałby się IKMość, ieśliby to kto IKMci przyczytał. Jawną a pewną sprawę o Królu IMci od tych wszystkich, co na seymie byli, wziąć WMoście możecie, że się Król IMość tych podatków ani tknąć chce, y to było usiłowanie IKMci, aby IKMci ludzie iezdni y pieszy y apparat woienny, nie pieniądze dane były, gdyż teraz IKMość wiedzieć tego nie może, temu wielkiemu pocztu ludzi ten podatek iako wydoła. Bo pewnie do takiego przedsięwzięcia wielkiego woyska, a na wielkie woysko nakładu wielkiego potrzeba. W tey sprawie acz nie chciał IKMość repugnare zdaniu Ordinum, ale iednak szafunku też podatków tych na się wziąć nie chciał. Postanowieni są, iako WMcie z uniwersału Warszawskiego obaczyć możecie, dway szafarze w Wielkiey Polsce, dway w Małey Polsce, z obligacyą tą, że coby gdzie indziey, a nie na potrzebę woienną obrócili, ma być na ich maiętnościach patrzono, co ieśli nie zda się być dobrze obwarowano, więc lepiey warować. To rzekłszy, y ta obiekcya iuż ustanie, że wybiorą się pobory pierwszego roku, y obrócą gdzie indziey, gdyż IKMość tego lata walczyć nie pocznie; ale oto nie w ręku kogo inszego, ale szafarzów WMciów samych te podatki będą, które, choćby woyna nie doszła, powinni są WMciom dochować sub periculo bonorum suorum. A co się dotyczy zwłoki tey woyny, wżdy szlachecka wokacya iest rycerskie rzemiosło. Niech każdy obaczy, iako to podobna rzecz iest, gdy dopiero pieniądze maią być zbierane, gdy lato upływa. Woynę tego lata zacząć, by nakoniec y pieniądze iuż były gotowe, zebranie ludzi a zwłaszcza pieszych, o które ćwiczone trudno, zebranie rzemieślników woiennych, zgotowanie y odwiezienie do ziemi nieprzyiacielskiey dostatku dział, kul, prochów, zwłaszcza w ziemi nie do końca do tego sposobney, a zaś może być tak z trzaskiem, a zaś o to się kusić nie będąc przygotowanym, nie iestże to nie tylko darmo wodę mierzyć, ale oślep na iawny upadek y hańbę podawać się?

Dołożono tego w uniwersale, powiadaią, że z tych poborów kule, prochy maią być obmyślane, a Król IMość, mówią, to powinien. Każdy z tych, co przy dobywaniu miast y zamków bywał, wie iako koszt wielki na te potrzeby wychodzi, a bez tego wszystkiego wielkiego dostatku próżno czego dobywać; insza to a niż do polney bitwy, albo pospolitego ruszenia, dla obozu strzelbę y prochy obmyślić, do czego ieszcze pod pospolite ruszenie, wedle praw Korony tey, miasta królom tak z strony wozów, iako pieszych y żywności pomocne być muszą. Ale iednak IKMość w tem się WMciom tak deklarować raczy, że iako rad z chęci swey pewny też poczet ludzi kosztem z mieszka swego chować do tey potrzeby na seymie ofiarował się, tak tym radniey, gdyż tak ludzie rozumieią o tey powinności

JKMci, z strony apparatu wszelką możność swoią do tego przyłoży, że Stanom co naymniey z tych pobor nain wynidzie, y nie będzie JKMość od nich sumptu nań rekwirował, chyba in extrema necessitate, acz iey nie będzie.

Wracaią się snadź drudzy do pospolitego ruszenia, ymienią że byłoby pożytecznieysze. Ale i w się wyżey okazało z namów seymowych, że finem latum et gloriosum przynieśćby nie mogło, y owszem.... wszech innych części Koronnych, utrapienie wielkiey części stanu rycerskiego, skażenie wielu państw Koronnych, uszkodzenie w maiętnościach, waśni wierne przyniosłoby. Teraz tedy o pospolitem ruszeniu mówić, na tak daleką potrzebę, nic inszego nie iest, iedno mówić o wyciągnieniu y zubożeniu rycerstwa zbytniem, który gdyby osobami tam iechali, pewnieby im druga tak daleka zabita za żywe, mówić o zgłodzeniu y utrapieniu chudzych, mówić o spustoszeniu przez nas samych niemałey części państw Koronnych, czegoby wszystkiego przyczyna od innych województw na te dwa włożona była. A koniec takiego kosztu, zwleczenia, utrapienia tenby był pewny, że pobywszy tam cokolwiek, musielibyśmy się rozjachać. A nieprzyiaciel zaś, za odkryciem tych naszych niedostatków y niesprawy, zarazby w tropy przyszedł y wszystkoby osiadł. Królowi JMci samemu snadnieyby to pospolite ruszenie, a niż komu przyszło, y zawżdy iest gotów do niego, ale musi rationem salutis poddanych swych iako prawy król mieć, przeto lubo zatem rozróżnieniem na seymikach Proszowskim y Opatowskim iuż JKMci do rozesłania wici przychodziło, wolał JKMość ieszcze inszych remedia pokusić, a niżeliby się do tego extremum, cum damno suorum et periculo regni rzucić miał. Ale ieśli o rząd idzie domowy, aby się tą woyną naprawił, vitia zniosły, naydzie się do tego inszy łacnieyszy y lepszy, a niż w tumulcie, w którym się częściey snadź dobremu a niż złemu dostawa, obyrzay, iedno tylko chcieymy, y będzieli się zdało, zinszey przyczyny czasu swego, y na mieyscu bliższem, a niż w Inflanciech, nie będzie JKMość od tego, aby nie miał rad zgromadzenia rycerstwa swego widzieć.

Nie wątpię w tem nic, że każdy z WMci non praejudicat, et obfirmato in contrarium animo poselstwa JKMci słucha, ale wolnym animusem, wolnym rozsądkiem, bez affektów, okrom tego iednego chwalebnego, a szlacheckim ludziom przystoynego affektu miłości przeciwko Rzeczypospolitey. Już tedy każdy z WMci mógł ręką dotknąć szczerego w tem a uprzeymego przedsięwzięcia JKMci.

Baczyto na oko każdy, iż nie o pożytek JKMci, nie iżeby z tąd kogo privatim spomagać chciał, idzie. Ale idzie naprzód o zadzierżenie upadaiącey Rzeczypospolitey, idzie o poparcie sławy narodu naszego, idzie o to, aby naprzód bracia WMci bliżsi temu niebezpieczeństwu, którymeście WM przysięgami obowiązani są, który pomsty deserti jurisjurandi od Pana Boga na WMcie wołać będą, a potem WMcie sami, dzieci, żony WMci mordowane, haňbione, w niewolą wieczną wzięte nie były. Czego snadnie temu tyranowi y Tatarzyn pomoże, gdy propter obtentum foederis naszego z Moskwą, wodze mu cesarz Turecki popuści. Poczuli to y poczuwaią bracia WMci Rusacy, za nim tuż WMcie, obywatele tych dwu województw, iako przyległych, hoc malum manet. Jakoż y pod ten czas król JMość sam przyiachawszy, gdyż ieszcze do cara nowy poseł króla JMci nie doiechał, w trwodze zastał te kraie za nowiną o przyściu drugi raz cara przez Dniepr. Lecz iednak JKMość pewien iest, iż za przyiachaniem do Tatar posła carskiego z posłem JKMci przymierze

z tym nieprzyiacielem doydzie.

Jeśli privatim do kogo redundabit ztąd pożytek, nie redundabit do kogo innego, iedno do WMci samych, do dziatek WMci. Bo te pieniądze WMciomże, dziatkom WMci dawane będą. Tym sumptem propriam professionem urodzeniu swemu szlacheckiemu, ci, którym ich lata, zdrowie, powinności urzędu y powołanie, iakie który na sobie nosi, dopuści, exercebunt; zato sławiąc, sławy przodków swych poprawować będą, hac vera laude ad praemia et ornamenta virtutis drogę sobie uścielą. Dziatki WMci, młódź Koronna, maiąc tę szkołę, tymże nakładem, nie w próżnowaniu ale w ćwiczeniu będzie, z sławą zaraz w lata póydzie, przystęp sobie ten do wszelakiey uczciwości y nagrody czynić będzie.

Co się dotyczy JKMci, ten co zna dobrze JKMość, bez wielu gadek o tem łatwo przyzna JKMci, że sobie nie tylko w tym podatku, ale w żadney inney rzeczy nic privatim nie szuka, iako człowiek animi prawie regalis, który tylko ad ornandam hanc coronam, którey go Bóg przeto żył, wszystkę myśl swą, wszystek dostatek obraca. Niech kto ukaże, aby JKMość ynaymnieyszy grosz nie tylko co mu z Korony, ale y zkądinąd przychodzi, privatim mieć chciał. Cokolwiek JKMci, tak ztąd iako zinąd przychodzi, nigdzie indziey iedno na zapłatę żołnierskim ludziom, na potrzeby Korony tey obraca, privatim nic sobie nie zachowywa, y teraz na tę woynę Gdańską nad pobory, co się na deputacyi w Warszawie na seymie pokazało, dwakroć sto tysięcy wydał.

Do tego się przyzna JKMość, że tu szuka z strony swey, aby suae pietati erga hanc patriam, quae illum excepit et ornavit, dosyć uczynił, iesz cze y dalej szuka sławy swey, aby pamiątkę po sobie zostawił, że nie tylko królem, ale godnym królestwa był, co się iednak do WMci też ściąga. Bo iako sobie tego życzyć raczy, aby sławnym królem był, tak też y WMciom, gdy o tem myśli, aby sam sobie sławy szukaiąc, tym więcey a więcey naród nasz wystawił. Boć wszystka sława królów z ludzi, z poddanych, sam ieden człowiek przez się wielkich a nieśmiertelney sławy godnych rzeczy dokazać nie może. Pokazaliście WMcie w tem chęć JKMci, iżeście JKMość, minąwszy inne przednieysze kompetytory w chrześciaństwie, za pana y króla sobie obrali, pokażcież y to, o co WMci JKMość przezemnie Radę y posła swego prosi y obtestatur, że JKMci życzycie sławy, czego gdyby JKMość nie znał, ona chęć WMci w wielkąby się JKMci gorzkość obróciła; bo tak rozumie żeby mu nie tylko królem, ale y człowiekiem lepiey nie być, a niż obelżonym a niesławnym królem. Im królewski stan wyższy iest, tym bardziey znaczny y pamiętny iest, z wielką y wieczną haňbą wiek królewski in otio et desidia traductus, który wieczną mu infamiam pusilli et angusti animi irrogat. Czego się strachaiąc, lubo by JKMci snadnie przyszło bez pracy, bez frasunków, wczasów y krotofil, którychby się w tey Koronie dosyć nalazło, używać, woli sequi viam virtutis arduam złamaniem głowy, z potem, z niewczasem, z niebezpieczeństwem, a tem się chce dobrego imienia y sławy na potomne czasy dostępować.

Ale w tem mieycie WMcie wzgląd nie tylko na ten uczciwy a prawie królewski animus pana swego, ale, co większa iest, y na sumienie JKMci. Przywiedliście WMcie JKMość przy koronacyi do przysięgi, de amissis recuperandis; gdy się pytać raczył de modo, deklarowaliście, że za pomocą WMci. A zaiby teraz opuszczony od WMci, a opuszczony tylko od dwuch województw, nie tylko

amissa nie miał recuperare, ale daley na sprosne tracenie zamków, prowincyi, nakoniec Korony wszystkiey patrzei? Boże tego uchoway! da Bóg, WMcie będziecie mieli na sumienia y pańskie y swe wzgląd.

Niedawno przeszłych czasów pragnęliście WMcie tego ustawicznie, mieliście w ustach swych zawżdy, że WMci kurczenie się przed nieprzyiacielem y zależenie pola mierziło. Prosiliście WMcie Boga, aby głowę WMci, króla WMciom excitaret, ad studium laudis. A zaibyście WMcie teraz mieli tę chęć swą odmienić, pokarać to, żeście iners otium bardziey, niż sławę, niż dobre oyczyzny swey umiłowali? Nie rozumie tego, nie rozumie o WMciach JKMość, wie żeście są podobni sam sobie, wie że podobni mężnym a zacnym przodkom swoim, którzy mężtwem swem z małey tak wielką y szeroką Rzeczpospolitę nasze uczynili, y WMciom ią przez ręce podali, które ich mężtwo iako im wielką sławę przyniosło, tak WMciom ich potomstwu turpissimum fuerit parta non tueri y nie tylko wszystkę, iako się zaniosło, ale y naymnieyszą część Rzeczypospolitey utracić.

Otoż iest ta prywata a nie inna, którey w tey kontrybucyi JKMość szukać raczy. Połóżcie WMcie na iedną stronę sławę narodu swego, ćwiczenie dziatek swoich, sławę pańską, sumienie swe y pańskie, przed Panem Bogiem y przed ludźmi czyste, nie tylko zadzierżona, ale in suam amplitudinem iaka za przodków WMci była, przywróconą Rzeczpospolitę, auctam, dali Bóg, insigni provincia, co nas inszym nieprzyiaciołom straszne uczynić może, co nas może tak wesprzeć, że y na kogo większego pokusić się będziem mogli, nie czekaiąc per inertiam, iako osądzeni na śmierć kiedy nas wywiodą. Połóżcież WMcie na drugą stronę obełżenie y niesławę wieczną narodu naszego, chowanie dzieci swych w próżnowaniu, pod takowe niebezpieczeństwo Rzeczypospolitey na iakie się zewsząd zanosi, iako kur na zabicie, obełżenie y wzgardę y swoię u postronnych ludzi na wieczne czasy, obrazę sumienia swego za opuszczeniem braci swey przeciwko przysiędze swey, które wieczną niesławę tu y na onym świecie pomstę Bożą y gniew na nas bez pochyby poruszy, za naszem zaniedbaniem y niezgodą przydanie serca y temu tyranowi y wszem innym nieprzyiaciołom naszym, że się na nas wszyscy razem obwiążą, zgubienie naprzód Inflanckiey ziemi z porty, potem Litwy z Prussy, potem wnet y ostatka, mordy y okrucieństwa nad bracią swą naprzód, potem nad sobą, dziatkami, żonami swemi, albo pohańbienie y obełżenie ich, wieczną niewolą gorszą śmierci, z wieczną niesławą y pośmiewiskiem u wszech narodów, że nakoniec y u chrześcian commiseratione indigni videbimur.

Tego tym podatkiem, który na krótki tylko czas namówion iest, uyść, onego dostać y doyść WMcie mogą. Co u siebie uważywszy, łatwo WMcie tę deliberacyą odprawią. W czem ieślibyście się ieszcze WMcie poczuć nie chcieli, czego JKMość o WMciach rozumieć nie raczy, oświadcza się przed Bogiem y przed ludźmi, że nie JKMość, ale WMcie causa tantorum malorum, y upadku swego y oyczyzny swey będą, czego Panie Boże Wszechmogący racz uchować!

CLII.

Cardinalis Farnesius ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu. coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime Rex. De canonicatu Cracoviensi, qua dignitate ornari praestantissimum virum, Bartholomaeum Zawacium, Majestas Vestra pro eo, quo tenetur orthodoxae religionis studio, tantopere cupit, egi cum Sanctissimo Domino Nostro, ut debui, diligenter, qui bene sua sponte erga Majestatem Vestram animatus, meis etiam precibus incitatus, facile annuerat, ut in locum egregii viri, Martini Lasci, nuper mortui, in canonicatu Cracoviensi sufficeretur is, quem Majestas Vestra commendavit. Sed accidit perincommode, ut paucis ante diebus, quam ego essem de hac re cum pontifice maximo locutus, alius quidam, quem ego prorsus ignorabam, et pontifex ipse non meminerat, eundem canonicatum et petierit a S. D. N., et obtinuerit, ita ut omne meum officium, quod Vestrae Majestati in eo navavi, inane redditum sit, et supervacaneum. De qua quidem re volui Majestatem Vestram facere [certiorem], ut sciret nec pontifici maximo voluntatem, ut ~~mo~~ mos Vestrae Majestati gereretur, defuisse, nec meam in exequendis ejus mandatis diligentiam, de qua non dubitare Majestatem Vestram pro mea in eam observantia pro certo habeo. Deus Majestatem Vestram incolumem, felicemque conservet. Datum Romae, 10 calend. junii, anno Domini 1578.

CLIII.

List od iednego przyiaciela od dworu do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Iuiesmy terаz lepszey myśli: wczora z nowiną przybieżono, iż we czwartek przeszły w Korczynie Krakowianie y Sandomirzanie iuż się do zgody przywieść dali, y na podatek pozwolili, snadź za pracą y staraniem Pana woiewody Podolskiego y Pana Bieckiego; przeto iuż uniwersały drukować kazał y rozesłał.

Tu długo zamieszkamy? atoli snadź pierwey niż odiedziem, te tu kraie od Tataryna uspokoić mamy. Broniewskiego, który po przymierze do cara Przekopskiego poiachał, poczekamy z czem przyiedzie.

Pan woiewoda Kiiowski Niżowce z Dniepru zganiać ma, na co sam Przekopski car stoiąc na drugim brzegu Dniepru patrzeć ma. Nie wiem, będzieli co z tego, bo snadź tych urwańców znowu wielka się tam zebrała gromada, że ich iest około 3,000. Odprawiwszy to tu, a w Samborze też trochę pobywszy, ku Krakowu w iesieni obrócić się mamy, a tam podobno bellum parabimus.

Czaus Turecki onegday przyiachał, y nazaiutrz miał audiencyą. Fuka, grozi, pisze cesarz, abyśmy Podkowę z Konstantym albo żywe, albo głowy ich do Konstantynopola odesłali, przeto iuż tu Podkowie sieść. Kopią listu cesarza Tureckiego, co go Dzierżek na kilka dni przed tym czausem przyniósł, y który summam legationis tegoż czausa in se continet, posyłam WMci, memu miłościwemu panu.

Poseł Moskiewski iedzie, na granicy zatrzyman trochę, bo tego potrzeba było.

Ale co za przymierze? Pokóy z Litwą eatenus servabo, póki ty sąsiedzie (bo królem nie zowie), non te intromittes do Inflant. Pisze Pan starosta Grodzieński (chory ten bardzo, y nie tuszą mu żywota), że ingentem parat exercitum, które pod tym czasem miało się iuż ściągnąć do Pskowa.

Żołnierzów się tu gromada naiechała, o pieniądze wołaią. Posłano po nie do Rawy, drugich się też z Poznania przez Pana Żołkiewskiego spodziewaią. Więc też podobno za tą zgodą na ten podatek, będą z nimi traktować o dalszą służbę do Inflant, albo gdzie potrzeba będzie.

Z Królewca kommissarze piszą, że tuszą iż tam wszystko podług myśli odprawią. A Panowie Prussacy seymik, który im złożono, zrzucili, sami sobie inny złożyli.

Pan Wileński administracyą Inflancką złożył z siebie y królowi oddał powiadaiąc, iż na niey 360 wsi utracił. Pan woiewoda Ruski y brat iego Pan hetman są tu, będą niedługo y drudzy z Korczyna. Medyka Panu Żołkiewskiemu staremu dana.

Pan Rozrażewski niedawno powiadał mi, że na rynku Niemca iakiegoś pytaiąc o nowiny z Wielkiey Polski, słyszał mówiącego: „Niemasz tam, powiada, nic nowego, iedno że Pan marszałek Koronny z xiędzem biskupem do cesarza uciekli. Imieliśmy się do żdechu wszyscy. Król IMość wczora ztąd do Glinian na sarny yeżdżaiące odiachał, iutro zasię będzie. Datum we Lwowie, die 27 maii 1578.

CLIV.

A marchione ab Anspach, duce in Prusia, ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarskaw Paryżu: coll. Faur. t. 11.

Serenissime Rex et potentissime princeps. Regiæ Vestræ Majestati salutem dicimus, et studia operamque nostram in omni officiorum genere promptissimam pollicemur. Domine clementissime et affinis charissime et observande. Scripsimus ad Regiam Vestram Majestatem per ejus commissarios, qui 25 hujus mensis nobis valedixerunt, ac sperabamus equidem, quum responsum a nobis ad omnia legationis suæ capita tunc accepissent, nihil illos habituros, quod hic agerent amplius. Sed secus accidit, nam protestationem aliquam tunc nobis obtulerunt, quod Reverendissima et Magnificæ ipsorum Dominationes actui, quando civitas hæc juramentum nobis præstitit, adhibitæ non fuissent, quod certe nobis et mirum, et ingratum etiam, ut vere fateamur, fuit. Nam ut taceamus protestationem eam rebus nostris minime hoc tempore conducere, videbamur in ea etiam perstringi, quasi contra dignitatem Regiæ Vestræ Majestatis aliquid egissemus, cujus tamen nos studiosissimos esse, ut Regiam Vestram Majestatem certo statuere non dubitamus, ita ipsorum Dominationes etiam existimare cuperemus. Non ignoramus enim quid hac in parte officium nostrum, qui Regiæ Majestati Vestræ juramentum fidelitatis præstitimus, requirat. Necessarium itaque putavimus Regiam Vestram Majestatem, quomodo ea res acta sit, et quæ nostra mens, quæ animi intentia fuerit, certiorem facere.

Disputatum fuit inter nos et provinciales de juramento nobis præstando: nam illi simplici tantum promissione obedientiam debitam promittere nobis volebant. Tandem eo deventum fuit, ut provinciales cæteri in præfecturis quisque suis, cives autem hujus urbis hic quamprimum secundum antiquam formam se juraturos pollicerentur. Ad hanc rem quum dies esset constituta, miserunt ad nos Reverendissimus et Magnifici Domini commissarii Reverendum Dominum Gosticki, qui verba quædam concepta afferebat, quibus ipsorum Dominationes contra receptam consuetudinem provinciales eos, quando cives juraturi essent, alloqui constituissent, inter quæ multa certe incommode posita erant, et ita ut pactis antiquis, investituris et privilegiis harum terrarum præjudicium aliquod afferre potuissent. Quod quum omnes maxime affirmassent, provinciales ipsi ne permitteremus, ut Reverendissimus et Magnifici Domini commissarii actui illi jurandi interessent, et illis verbis, quæ oblata erant, provinciales, qui tamen nec omnes tunc juraturi essent, alloquerentur, summopere rogassent: quod diceret, id contra veterem consuetudinem esse, et facile ad præjudicialem consequentiam, et non dubiam labefactationem pactorum et privilegiorum antiquorum trahi posse. Id tunc Reverendo Domino Gosticki indicavimus, et alia jam oratione ad provinciales ultra eam, quæ sub primum ipsorum adventum ad Status omnes habita fuisset, non opus esse exposuimus, qui quidem, quantum judicare potuimus, eo responso tunc contentus [fuit], nec quicquam amplius, aliquot diebus sequentibus ea de re nobiscum tractatum fuit. Postea vero quum dies dicta advenisset, in ipso fere momento, quo cives jurare debebant, Domini commissarii iterum ad nos miserunt, et se adhiberi postularunt, quum nobis tunc non integrum, nec ex re et auctoritate etiam nostra, rogantibus nos præcipue provincialibus, esset negotium, ad quod omnia parata et instructa jam erant, diutius differre. Ablegavimus igitur

quosdam, qui nos de ea re apud [Dominos commissarios] excusarent, et juramentum a civibus
accepimus. Pacta enim clarissima sunt, quæ dux Prussiæ post investituram a Regia Majestat
factam, possessionem ducatus apprehendere possit, et decretum Regiæ Vestræ Majestatis de im
sione, si opus erit, loquitur. Quod autem opus non fuerit, Regiæ Vestræ Majestati antea signific
mus, quum, ne commissarios suos huc mitteret, antequam a nobis certior de eo redderetur, r
vimus, ad quæ R. V. Majestas ita tunc respondit, ut existimare non possumus V. R. Majesta
voluisse, ut Domini commissarii actui illi necessario interessent. Ex quibus R. V. Majestas fac
intelligit, nihil a nobis hac in re actum esse, quod contra pacta, contra antiquam formam
juramenti, ipsis Dominis commissariis ante exhibitam, contra decretum, receptam consuetu
nem, aut etiam contra R. V. Majestatis voluntatem sit, quam scimus ea prudentia et æqui
tate præditam, ut juribus nostris derogare nihil cupiat, prout nos etiam ea mente, eoque anim
sumus, ut nihil omnino R. V. Majestatis juribus, dignitati et auctoritati detrahere velimus
Ac propterea, quam diximus, protestatio, et præter opinionem, et incommode etiam nobis acci
Nam et mirum nobis visum fuit de ea re intermissa protestari, quæ meræ voluntatis nostræ 85.
et officii humanitatis, aut honoris potius, id quod ipsi Domini commissarii testati fuerunt
quam necessitatis fuit. Et qualiscumque tandem ea protestatio sit, in hac certe nondum co
firmata subditorum nostrorum obedientia; res nostras, et id ipsum, quod magno labore et
ximo sumptu consecuti sumus, non parum turbare posse videtur. Quod ut ut nobis potuit esse
non ingratum, tamen nihil agere voluimus, quam quod aliam protestationem de conservandis no
stris, et hujus provinciæ juribus et privilegiis, Dominis commissariis vicissim obtulerimus, pr
ut R. V. Majestas ex adjuncto exemplo perspiciet, eam certissimam spem in R. V. Majestat
prudentia, æquitate, et bonitate collocantes, quod R. V. Majestas hæc omnia ita moderatur
sit, ne nos, successores, et provinciales nostri, quod merito conqueramur, habituri simus, ac ut
faciat, nec aliud de nobis, quam quod R. V. Majestatis dignitatis, id quod re ipsa potius, quam
verbis declarare volumus, studiosissimi simus, sibi persuaderi patiatur, ea qua decet obs
vantia rogamus.

Porro mandaverat etiam R. V. Majestas Dominis commissariis, ut inter cætera nobiscum
agerent, quo in causa hæreditatis inter Magnificos Elisabetham et Ursulam de Siepr et
Fintzkios Pritenos, aut acta reviderentur, aut pares curiæ ordinarentur. Ad quod post dilige
ter habitam inquisitionem respondimus, negotium illud diu in judicio ventilatum, sententia
tandem definitum fuisse, quæ jam ante multos annos in rem judicatam, ut dici solet, tran
sierit. Nam etsi actores de ea sententia hic lata ad regem Sigismundum Augustum [appellave
rint], Lublinensem [transactionem] ~~sententiam~~ interpositam non acceptatam, sed causam huc remissam fuisse,
prout ex literis Sigismundi Augusti, felicis memoriæ, quarum exemplum simul transmittimu
latius videre licet. Non posse igitur nos, invita altera parte, jus ejus quæsitum uno ex supr
dictis modis dubium reddere. Sed eo responso non contenti Magnifici Domini Posnaniensis et
Plocensis palatini, hæredes dictarum Magnificarum, tunc, quum protestatio supradicta no
bis oblata [fuit], publice etiam de eo ad R. V. Majestatem in præsentia nostra per mini
strum quemdam suum coram notario publico appellarunt. Quod quidem quum manifeste con
tra pacta, et transactionem Lublinensem, contra ipsam æquitatem sit, quum R. V. Majestas

× [quod vim rei judicatæ obtinuit], et

facile intelligat, quanta in rebus omnibus confusis ~~et~~ incertitudo futura esset, si de eo semper appellare ~~liceret~~ liceret,× quot ~~judices~~ in dies causas semel definitas iterum sub incudem, quod dicitur, revocare [necesse fuerit]. Iam R. V. Majestatem qua decet observantia rogamus, ut ei rei etiam ita prospiciat, ne contra pacta, et ipsam æquitatem aliquid admittatur, nec litigatoribus via aperiatur, lites in infinitum extendendi.

Postremo R. V. Majestas intelliget ex literis provincialium nostrorum, quid illi ab ea petant. Illud igitur etiam negotium, qua decet observantia R. V. Majestati commendamus, ac rogamus, ut pro sua æquitate providere velit, ne privilegiis harum terrarum ullum detrimentum adferatur. R. Majestatem Vestram recte valere, et omnibus rebus felicem et florentem esse optamus, ejus favori et gratiæ, qua decet observantia nos commendantes. Datum Regiomonti, die 27 maii, anno 1578.

85. 187 ex operibus mspt. Hosii St. Hozyusz do Mikołaja Mieleckiego Woj. Podolskiego
Dziękuje mu za wytrwałość w swem obronie wiary zachęca aby nie ustawał
aby się stawał
„ Gratulatur constantiam in tuenda fide Christiana hortatur ad perseverantiam et ut Christianos non Aegyptios in exercitu regio praeficiendos curet et quod evangelium haereticorum sit propria voluntas eorum

CLV.

Adolphus, dux Holsatiæ, ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime et potentissime Rex, Domine et affinis plurimum colende. Cum debita reverentia receptis Vestræ Regiæ Serenitatis literis a fideli et singulariter Nobis dilecto Osvaldo Grullio, internuntio nostro, plurimum sumus gavisi gratum fuisse oblatum Vestræ Regiæ Serenitati studium nostrum, et desiderium de Vestra Regia Serenitate bene merendi a Vestra Regia Serenitate probari: magnaque fiducia ducimur, Deo auspice, non defuturas Nobis in posterum occasiones, ut, quod literis sumus polliciti, re ipsa exhibere, et præstare possimus: id ut fiat, obnixe annitemur, nihilque operæ et diligentiæ sumus intermissuri. Quod vero Vestra Regia Serenitas de sua erga Nos amicitia et benevolentia Nos non dubitare jubet, Nobisque mutuæ erga Nos affectionis spem bonam facit, illud summa gratitudine suscipimus, Vestræque Regiæ Serenitati gratias agimus quam maximas.

Dolemus certe, literas nostras non maturius, et antequam regni comitia Varsaviæ dissolverentur, ad Vestram Regiam Serenitatem perlatas fuisse: sed quum Regia Vestra Serenitas ad primam occasionem denuo regium favorem suum, gratiamque promptam largissime Nobis polliceatur, confidimus futurum, ut quidquid nunc paulo tardiore submissione literarum nostrarum neglectum fuit, in futurum possit resarciri. Et quum Vestra Regia Serenitas in literis suis potestatem Nobis faciat, Vestræ Regiæ Serenitati denuo de prioribus postulatis nostris et admonendi et liberius explicandi, quod emolumentum Reipublicæ ex opera nostra accedere possit, voluntati Vestræ Regiæ Serenitatis morem omnino gerendum censuimus. Itaque ne frigidius jam agere videremur, nulla mora interposita, Vestræ Regiæ Serenitatis responsiones ad quosdam articulos per internuntium nostrum propositos, et perlegimus et quæ ulteriores instituti nostri rationes ineundæ essent, rogavimus consiliariorum nostrorum sententias omnibus sane sedulo perspectis, ut negotii magnitudo postulare videbatur. Tandem inter nos convenit, adjunctam declarationem nostram, quid rerum nostrarum rationes patiantur, et quid usus et emolumenti Vestræ Regiæ Serenitati et regno suo inde accedere possit, reverenter Vestræ Regiæ Serenitati submittendam.

Intelliget ex ea explicatione Vestra Regia Serenitas, Nos perpendisse admodum sollicite, quantus rerum cardo in gravissimo illo instituto versetur, ut ex faucibus immanissimi hostis tellus Livonia, quam nunc magna ex parte tenet, eripiatur, quantique momenti sit, ut suæ numerosissimæ copiæ a quotidianis impressionibus arceantur. Quod negotium certe et exacta consilia, et vires, quæ hosti opponantur, præsentes, et robustissimas, et exquisitissimas, tum et loca, ubi pedes figi, et præsidia opportuna constitui possint, nec non et sumptus maximos ad alendum militem requirit. Nihil aliud in fauces immanissimi hostis Livoniam conjecit, quam quod defensio semper segniter parata et gesta, et nunquam justus exercitus hostium numerosissimis copiis fuit oppositus, neque limites muniti, nec caput et arx belli constitutum, neque præsidiarius miles in justa copia conductus fuit. Quod si Vestra Regia Serenitas miseræ et desolatæ terræ bene consultum velit, aliæ certe rationes, quam hactenus factum est, justæ defensionis nunc ineantur oportet,

et res serio agenda erit, ne deprædatoria saltem manu, et vagorum hominum manipulis r
agatur, sed prospiciatur de justo exercitu in Livoniam transportando et alendo, de auxili
necessariis apud vicinos conquirendis, muniendis limitibus, de justo militum numero c
locando in opportunis præsidiis, et certo ordine, certaque ratione reprimendi tam potente
et validum hostem. Hæc quum hactenus neglecta ~~essent~~, calamitosæ exitio provi
ciæ fuerint, tantamque illi vastitatem et deformitatem, quæ nunc conspicitur, indux
rint, diligenter curata, illam juri et potestati amplissimi regni Poloniæ, et pristino
nitori, accedente gratia et benignitate Dei Opt. Max., restituere possent.

Tantam molem si in Nos suscipiamus, merito Nobiscum non ita agendum esse V
stra Regia Serenitas censebit, ut aliud nihil quam exitium nostrum, et interitus to
tius provinciæ, cum sinistro omnium hominum de Nobis judicio et obloquiis, Nobi
sint expectanda. Si vero et favor divinus et fortuna, rebus recte procuratis, Nobis a
fulserint, etsi lucri nihil ex desolata ac plane in ingentem vastitatem redacta provi
cia, rebus quantumvis feliciter confectis, sperare possimus; tamen satisfactum pro
nibus exantlatis laboribus Nobis esse putabimus, quod christianæ fidei et regni juri p
vincia sit reddita. Et nihil Nobis erit antiquius et prius, quam permanere in fide e
clientela S. Regiæ Serenitatis, eique nostra fide, opera et sedulitate assistere. Ex hi
causis Vestram Regiam Serenitatem oramus, ne in actione ista ea excipi patiatur, q
bus exceptis, de recuperatione et protectione provinciæ Livoniæ spes nulla Nobis
se possit, neque etiam pactis eas apponi permittat conditiones, quæ Nobis duræ, et
graviores sint, quam ut eas ferre possimus. Eo ipso maximo beneficio Vestra Regia Se
nitas Nos sibi devinciet, dabimusque operam, ut nostris fidis et officiosis obsequiis Vest
Regiæ Serenitati gratum animum nostrum in omnem eventum testatum faciamus. Supe
est quod obnixe petimus, Vestra Regia Serenitas ad has nostras literas et adjunctam
declarationem benigne Nobis respondere, et de animi sui sententia Nos certiores redd
dignetur. Vestram Regiam Serenitatem divinæ protectioni ad diuturnam incolumit
tem sedulo commendamus. Ex arce nostra Gottorpio, pridie calendas junii, 157

CLVI.

Ad Regiæ Majestatis responsiones super quibusdam ab Illustrissimo Holsatiæ duce propositis articulis, ex sententia suæ Illustritatis reverentes replicationes et resolutiones.

De declaratione ad primum articulum, præstationem homagii, et servitiorum conc
nentem, Illustritas Domini ducis Regiam Serenitatem recte et ex æquo et bono sensisse i
telligit. Quamobrem Illustritas illam responsionem cum debita gratiarum actione ratam
habet, [et], si cætera conveniant, integris hujus negotii tractationibus relinquit.

Quod in responsione ad secundum articulum Regia Serenitas Rigam cum castello, d
inde et arces, Dunemundum, Kokenhausen et Dunebirgum, ab infeudatione Domini ducis vult
esse exceptas, et juri regio reservatas, in eo duræ partes suæ Illustritati videntur esse pro
positæ ex rationibus, quæ sequuntur.

Primo quod necessarium sit, si de profligando potentissimo hoste, et liberanda a miserrim

servitute provincia Livonica, tum et defendenda, et conservanda a quotidianis impressionibus, certa iniri ratio debeat, ut prædicta loca capita et arces belli constituantur, ubi Illustrissimus dux pedem figere, et deinde consilia et conatus suos in hostem dirigere possit. Sed in dubium non revocatur, Regiam Serenitatem nosse in ducato Transdunano nulla esse magis opportuna loca ad capita arcesque belli constituenda, quam urbem Rigam et castella, Dunemundum, Kokenhausen et Duneburgum, ex quibus hostem Dunæ fluminis transitu prohibere necessum sit, unde et hostis etiam commode invadi possit, et ex manibus suis ea castra et oppida recipi et recuperari, quæ jam ex ducatu Transdunano in potestatem suam venerint. Quod si Regia Serenitas sit in ea opinione, Illustrissimo duci se hoc ipso gratificaturam, ut sua Illustritas, relictis a tergo ~~his~~ prædictis quatuor munitionibus, de reliquis oppidulis et castellis investiatur, nequaquam eo ipso desperatæ ac perditæ Livoniæ provinciæ consultum fore sua Illustritas [arbitratur, et non aliud] quam ab hoste lanienam, dedecus et extremam jam jam desolatæ terræ perniciem polliceri potest. Quamobrem sperat, Regiam Majestatem tanti negotii rationes meliores habituram, et ea inituram consilia, quibus certi atque firmi aliquid contra immanissimum atque potentissimum hostem constitui, et serio in actum deduci, atque ita provincia Livonia in fide et jure S. Regiæ Serenitatis conservari possit. Id ipsum est hoc emolumentum, quod sua Regia Serenitas, Polonia et Lithuania ex petita infeudatione de ducatu Transdunano sibi promittere possunt. Nec parvi momenti res est, Curlandiam vicinam, reliquasque adjacentes provincias, quæ juris Polonici sunt, habere ducatum Transdunanum Moschis et Tartaris oppositum, munitum limitem, quem antequam hostis perrumpat, reliqui Regiæ Serenitatis subditi vicini arma capere, et se defensioni parare, et instructos facere possint. Quod de jure regis, in quo prædictæ munitiones manere debeant, responsioni regiæ adjectum est, supervacaneum videtur, quum, si totus ducatus Transdunanus Illustrissimo duci in feudum concedatur, superioritas illarum quatuor munitionum, æque ut totius terræ solo utili Illustrissimo duci concesso, in jure regio permaneant, unde rex atque regnum fidelitatem et conventa servitia perpetuo expectare possint. His vero exemptis, nihil Illustrissimo duci præter Moschorum et Tartarorum præda relinqueretur, quum cæteras Transdunani ducatus partes, præter exceptas quatuor munitiones, tueri et conservare impossibile foret.

Penes tertiam responsionem de libera ducatus Transdunani investitura, sine reluitione privatis hominibus facienda, certior atque magis specifica regia declaratio videtur expectanda: opus enim foret Regiam Serenitatem prius de uniuscujusque titulo suæ vel possessionis, vel detentionis, certius aliquid cognoscere, ad quod opus commissarios in Livoniam destinare suæ Regiæ Serenitatis arbitrio relinquendum esse videretur.

Regiæ Serenitatis responsionem ad quartum articulum, Illustrissimus dux secundum suæ Illustritatis propositum intellectum iri confidit, nempe quæ sua Illustritas suis sumptibus, suoque milite e manibus hostium erepturus esset, ut illa tanquam incrementa feudi Transdunanæ provinciæ feudali jure accederent: hoc Serenitati et regno, et magno usui et honori futurum esset,

propter hostes longius semotos, et propter incrementum feudi sui, in quo rex et regnum dominium directum et proprietatem amissam essent recuperaturi.

Ad responsionem super quinto articulo, Illustrissimus dux ratum habet, quod de simultanea fratris investitura Regia Serenitas concedit, et quod ad reliquos ~~articulos~~ (agnatos) attinet...., ut que sua Regiæ Serenitatis gratiam et favorem sperat.

Ad sextum, septimum et octavum articulum, gratissima est Illustrissimo duci facta spes per Regiæ Serenitatis responsionem, et confidit sua Illustritas, super iis articulis, si res ad ulteriores actiones deveniat, Regiam Serenitatem illa omnia ex æquo et bono præscripturam.

His constitutis et utrinque firmatis, de copiis militum Regiæ Serenitati adducendis, et quid præterea ex sua Regiæ Serenitatis voluntate esse posset...., videtur enim iniri posse certa ratio, quæ defutura esset, præmissis fundamentis nondum jactis. Quamobrem Illustrissimus dux sibi omnino persuadet, Regiam Serenitatem magni hujus negotii initia, progressum atque finem pro sua prudentia recte consideraturam, et ut illa omnia recte et ordine tractentur, deque iis certis atque specificatis conditionibus transigatur, cum plenissimis mandatis, intellecta Regiæ Serenitatis sententia, ~~(internuntios)~~ ~~suos ablegare volet~~

Illustrissimus dux ad suam Regiam Serenitatem [internuntios] suos ablegare volet. Quod superest, sua Illustritas jure affinitatis et spe benevolentiæ atque humanitatis regiæ, omnia officia et obsequia reverenter et amicissime defert. Ex Gottorpio, pridie calendas junii (1), anno Domini 1578.

T. N. 85, 188 Ex originali pargameneo do St. Aug. z Wenecyi 2 Czerw. 1578

Doża Weneckí Nicolaus de Ponte do St. Bat.

Dziękuje za przysłanie tak wybornego posła jakim był Andrzej Jastrzębski

rekomenduje się i przyjaźnię

---

(1) Przepisywacz nie tylko po kilka wyrazów w dwóch miejscach tego dokumentu opuścił, które dla niewiadomości myśli xięcia Holsztyńskiego trudno było innemi zastąpić, ale i datę na pridie calendas maii odmienił, mówię odmienił, bo xiąże dwa razy w swym liście do króla wyraźnie mówi, że mu to pismo wraz z swym listem (to jest ostatniego dnia maja) posyła.

Vincentius Laureus, episcopus Montis Regalis, ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Paulo post meum in Poloniam reditum, quum ego Majestati Vestræ legati apostolici officium tribuissem, seque ex parte Sanctissimi Domini Nostri ad concordiam cum imperatore confirmandam esse cohortatum [exposuissem], memini Majestatem Vestram sapienter et copiose disserere de christianæ Reipublicæ tuendæ ratione, ac maximam illius conservandæ spem in christianorum principum conjunctione positam asseverare, eoque nomine conjunctionem hujusmodi non optare modo, sed cunctis etiam honestis rationibus curare velle, itaque cupere quidem se, ut regem catholicum et christianæ religionis studiosissimum, Cæsareæ Majestatis amicitiam, sed eam tamen, quæ vera esset, et non simulata. Eo denique Majestas Vestra se adduci passa est, ut spem non obscuram mihi dederit, velle se frequenti senatu rem hanc proponere, ac de illius sententia legatos ad imperatorem ea causa mittere. Magnis equidem, uti par erat, tam præclarum ac pium Majestatis Vestræ institutum laudibus extuli, idque S. D. N. et imperatori confestim significandum curavi, quorum uterque, Majestatis Vestræ voluntate collaudata, non mediocri id sibi voluptati esse affirmavit. Sub comitiorum deinde finem (nam in id tempus, tanquam magis opportunum, censuerat Majestas Vestra negotium differendum), mihi occasionem urgenti humanissime Majestas Vestra respondit, se, quod toties pollicita fuerat, sancte, ut solet, præstare velle, quoniam tamen paulo ante nuntium acceperat, Turcarum principem adversus christianos magnum aliquod bellum agitare, dubitetque, ne ille Hungariæ et Transylvaniæ provinciis vicinis proximis oculum adjecerit, videri propterea Majestati Vestræ hanc legatorum missionem tantisper retardandam, dum idem princeps, ut rumor est, contra Persas arma convertere cogatur, eo enim casu Majestatem Vestram omnino statuisse per legatos salutarem ac perpetuam pacem cum imperatore confirmare, atque ea non Poloniam modo, sed et Transylvaniam comprehendi oportere.....

Feci non invitus pro meo studio in Majestatem Vestram, consiliumque Majestatis Vestræ plenum, ut mihi visum est, prudentiæ et fidelitatis, S. D. N. atque imperatori per literas ostendi, idque imperatorem non improbasse, Reverendissimus nuntius apostolicus apud Cæsaream Majestatem mihi non ita pridem significavit.

Nunc autem quum auditum sit, Turcarum principem non modo legionarios optimos, sed et auxiliarios milites suis laborantibus suppetias misisse contra Persas, ibique belli, quod et anceps et diuturnum futurum est, sedem fixisse, revocanda mihi pro meo munere putavi in Majestatis Vestræ memoriam ea ipsa, quæ de hac legatione sæpius cum Majestate Vestra accurate egissem: facio autem eo libentius, quod, ut dixi, Majestas Vestra mihi asseruit, si eæ provinciæ ab imminenti belli periculo vacuæ forent, tunc se quam primum constituisse S. D. N. et imperatori satisfacere. Sane perquam commoda totius rei præstandæ nunc occasio oblata est; etenim Turca Persico bello distentus, diu dubieque rem gerat necesse est. Quum autem cognitum mihi sit, nihil in magnis rebus gerendis tam exactum esse, quod Majestati

Vestræ consideranti in promptu non sit, permagna me tenet spes, se cumulate in ea re S. D. N. desiderio responsuram. Hoc certo nomine Majestas Vestra Serenissima totius familiæ Austriacæ voluntatem sibi quam maxime conciliabit, Cæsaris primum, cui persuasum est, salutem Hungariæ et finitimarum regionum hac amicitia contineri, deinde ipsius Hispaniarum regis, in quem Majestatem Vestram optime propensam esse novi, tum vero quæ Majestas Vestra pro pietate et magnitudine animi sui jam diu cogitat, in rem regni hujus et totius christianæ Reipublicæ facilius et celerius Deo juvante assequetur.

Hinc ante diem septimum profectus est Pater ~~W.~~ Varsevicius, quocum omnia quæ ad Sveticum negotium attinent, diligentissime contuli. Is ut est vir bonus et perspicax, ac Majestatis Vestræ observantissimus, quibus rationibus rex ille persuaderi patiatur, facile intellexit, negotiumque gerendum libentissime suscepit. Et quoniam rerum Sveticarum haud ignarus, novit Serenissimam reginam maximi a rege conjuge fieri, ac de rebus omnibus in consilium adhiberi, constitui cum ipso, ut negotium cum regina prius probandum curaret, quam de eo cum rege quicquam ageret. Ut vero superioribus diebus feceram, nunc etiam ad Serenissimos regem et reginam scripsi, instante præsertim Sveco oratore, qui responsum nomine Majestatis Vestræ datum suis principibus minimum gratum fore existimabat. Utrarumque literarum exempla cum his erunt.

Ego intra paucos dies Cracoviam cogito, ibique Reverendissimum successorem meum expectabo: simul atque advenerit, si longinquitas locorum Majestatem Vestram invisendi facultatem mihi eripuerit, id officium literis præstabo. Quod reliquum est S. Regiæ Majestati Vestræ addictissima studia et obsequia mea humillime commendata esse cupio, atque optimam valetudinem, et felicissimos rerum omnium successus a divina bonitate assiduis precibus contendo. Datum Varsaviæ, die 10 junii, anno Domini 1578.

TN 85 d 189 z Oryg. Archiw Sapieh. 11 Czerwca 1578. z Lwowa

SB do Wawrzyńca Wojny podskar. WXL

CLVIII Donosi iż Chodkiewicz Jan Kaszt. Wileński zwrócił mu do skarbu pobrane sumy przypadające do czasu zdania starostwa Kowieńskiego.

TN 85 d 190. z Oryg. w Arch. Sapieh. 11 Czerwca z Lwowa

~~Chod~~ SB do Waw. Wojny podskarb. WXL

CLIX Chodkiewicz wniósł do skarbu ex re starostwa Kowieńskiego 9 [illegible] flo

trzeba [illegible] ile wniósł, a ot rachunek z cho–

CLVIII.

Idem ad Rudolphum, Romanorum imperatorem.

Quum primum in Poloniam redire jussus sum, inter cætera, quæ mihi mandata sunt a S. D. N. illud potissimum fuit, ut propter communem christianorum salutem cunctis honestis rationibus pacem inter Cæsaream Majestatem Vestram et Serenissimum Poloniæ regem stabiliendam præcipue curarem. Quantum ego ad id studii et diligentiæ adhibuerim, arbitror Majestatem Vestram non latere: non destiti sane, quoties res postularet, et literis et sermone regem Serenissimum hortari atque orare, ut paterna salutariaque S. D. N. consilia ac monita in tempore sequeretur. Rex, ut princeps est usu magnarum rerum exercitus, quamvis sæpe mihi affirmarit, se penitus intelligere, quantum suæ et salutis communis intersit, cum optimo imperatore, vicino proximo, consuetudinem et amicitiam jungere; Turcicorum tamen consiliorum minime ignarus, postremo censuerat e re tum sua, tum Vestræ Majestatis fore, ut hujusmodi negotium tantisper differretur, dum princeps Turcarum arma, quæ christianis cervicibus jam impendebant, in Persas, ut spes erat, convertere cogeretur. Id ubi ita esse de certis nuntiis auditum est, regem ego ad negotium explicandum, et Magnificum regni cancellarium ad illud juvandum apud Regiam Majestatem meis literis (quarum sunt cum his particulæ), sum cohortatus. Quid in eo profecerim, cognoscet Majestas Vestra ex illarum etiam particulis, quibus ad meas uterque rescripsit. Caput negotii est, regem ad Majestatem Vestram internuntium legare constituisse, quo concordiæ cum Majestate Vestra perpetuo confirmandæ fundamenta jaciat, optare tamen ut nuntius apostolicus det operam, quo et appareat hanc legationem Majestati Vestræ fore gratam, et in iis, quæ juste proponentur, æquitas ac benevolentia Majestatis Vestræ probetur ipsi regi Serenissimo, cui quum ego nomine S. D. N. optima quæque de rectissimo Majestatis Vestræ in christianam Rempublicam studio ante prolixe sim pollicitus, non dubito Majestatem Vestram pro sua prudentia singulari de tanto negotio consilii sui rationem brevi composituram esse, quo Reverendissimus successor meus, qui jam in provinciam ingressus est, facilius Deo juvante assequatur, quæ ego in hac legatione perturbationibus rerum et angustiis temporis exclusus, Cæsareæ Majestati Vestræ, ut vehementer cupiebam, præstare non potui. Datum.... anno Domini 1578.

CLIX.

List od iednego przyiaciela od dworu do Pana marszałka Koronnego.

X 1)

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Skoro po Korczyńskim seymiku przyszła tu była nowina do dworu, iż te tam woiewództwa z drugiemi na wszystko pozwoliły, y byliśmy zatem całe dwa dni bardzo dobrey myśli. Już poborowy uniwersał do druku gotowano, aliż Pan Żarnowski przybieżał potem z pewnieyszą rzeczą, że się zgodzili, ale w niektórych artykułach chcą moderacyi, a naybardziey około piwa. Za tą tedy pewnieyszą od Pana Żarnowskiego wiadomością, rozpisało się do tych tu bliskich panów deliberatoriæ, coby daley z takowem rozróżnieniem czynić. Król sam w liściech takowe media podał, aby dosyć

czyniąc prosbom rycerstwa, folga się im wszystkiem generaliter wtem stała.... Nate listy iwż od niektórych woiewa responsa przyniesiono. Variæ sententiæ. Biskup Krakowski, woiwoda Podolski, Pan Biecki na takowe media wzdrygaią się bardzo y piszą, ieśli się to tym dwiem woiewództwom pozwoli przeciwko innym wszystkim, res pessimi exempli urośćie, iż potem wolno będzie dwiem, trzem, upartszy się na co, nad drugiemi przewodzić, albo też y to, że dowiedziawszy się inne woiewództwa, iż w Korczynie przyswem stoią, tedy y one nie pozwolą, et totam rem infectam reddent, et ergo z podatku nic. Drudzy zasię in sententiam regis inclinant, iako Pan woiewoda Krakowski. Od Pana Krakowskiego y Sandomierskiego responsu ieszcze niemasz. Dziś też wtem postowie dway od tych dwóch woiewództw przyiachali. Introducti in senatum toż referowali, cośmy iuż pierwey wiedzieli, to tylko przydawszy, że między sobą wkażdem woiewództwie zosobna ieszcze po dwóch szafarzów mianowali, a na końcu tę solemnem protestationem uczynili: ieśli król w tym roku starosty y dzierżawców nie przywiedzie do tego, aby trzy części królowi oddali, że na drugi rok podatku tego nie dadzą, y chcą aby ta protestacya była im solenniter zapisana y wydana.

Coż tedy daley czynić? My tu nie wiemy. Dictæ sunt sententiæ dziśiay, ale niezgoda wielka: iedni wydać uniwersał, iaki w Warszawie napisany iest, y tak wybierać; drudzy zasię e contra wedle Korczyńskiego. Król rozumie aby się nato może bez wiosła puścić, a iuż uniwersał ten w imię Boże wydać, iako napisany w Warszawie iest, a potem obaczyć się, do czego się ludzie mieć będą. Wszakoż ieszcze non est hoc firmiter conclusum. Król sam dziś dosyć zatobliwie dixit sententiam: Turcica et Germanica arma diriment hanc controversiam. Me non poenitet patriæ, non amicorum aut consanguineorum, quos hic non habeo, tantummodo quod ego in ea tempora inciderim, in quibus capiti meo et gubernationi hoc regnum obvenit.

W Krakowie zasię był tumult niemały około Brogu. Ciało niewiasty iakieyś sekty luterskiey, gdy do grobu przez miasto wieziono, hultaie, żebracy opadszy obszarpali, y one porwawszy do Wisły wrzucić chcieli, potem na sam Bróg uderzyli. Hamować z trudnością możono. Było to całe dwa dni. Składaią na studenty, ale xiądz biskup Krakowski sprawę pewną daie, że się tam żaden student nie przymieszał, czego pilnie sam przestrzegał. Więc Pan Stadnicki przyiachał tam do niego. Zieżdżaią się siła owych młodzików nieunoszonych cum armis, studenty, żaki po ulicach tłuką, biią, nawet snadź y w Szkolnie rektorowi bez mała się nie dostało, y te sprawy nic też za sobą nie ciągną dobrego.

Ieszcze nam tu zamieszkać ze cztery niedziele, aż byśmy się dowiedzieli czego pewnego od Broniewskiego o przymierzu z carem Przekopskim. Czaus ~~tego dnia~~ odprawion być ma. Podkowa nieborak gardło dać musi, y pewnie albo ieszcze przy tym czausie, albo skoro odiedzie plectetur capite. Konstantego obmawia król, że niewinien.

Pan woiewoda Lubelski na pograniczu ~~..~~ Podolskie kommissarz naznaczony do Bracławia, do Winnicy, do Niemierowa, czyni inkwizycyą około tych Kozaków, co z tamtąd wychodzą, im a wieszać, ścinać. Do niego przydany iest Pan hetman propter securitatem cum exercitu. Ale ~~przecię~~ tuszą wszyscy, że przecię nic Kozakom nie będzie. Datum we Lwowie, die 10 junii 1578.

CLX.

Mandatum Regiæ Majestatis, quo bona olim Alexandri Chodkiewicz, quæ jure caduco, aut alio, ad jus regium derivari possent, Joanni Chodkiewicz dantur, donantur et conceduntur.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ

Teka Naruszewicza 92. Ex orig. arch. Sapiehani (V)
85, 191.

Significamus tenore præsentium quibus expedit universis. Quod quum perlatum ad Nos esset Magnificum Alexandrum Chodkiewicz ex hac vita decessisse, graviter sane ejus casum tulimus, quod juvenem optimæ spei, de Nobis ac Republica benemeritum vis fati Nobis eripuerit. Cujus obitu carissima hæc familia ad pauciores redacta esse, non sine nostro ac Reipublicæ incommodo plane videatur. Nostrum igitur interest, hos qui adhuc supersunt, singulari nostra gratia complecti ac sublevare. Quum igitur Illustris ac Magnificus Joannes Chodkiewicz Nobis supplicasset, ut si quæ forte bona hæreditario jure a dicto olim Alexandro Chodkiewicz possessa hactenus fuissent, quæ tamen jure caduco, aut alio quocumque ad jus nostrum regium derivari possent, sibi suisque successoribus daremus et donaremus: Nos ejusdem petitionibus annuere duximus, ac per præsentes annuimus, eaque omnia bona, si quæ per dictum olim Alexandrum Chodkiewicz hæreditario jure hactenus possessa sunt, quæ quidem quocumque jure ac prætextu in jus nostrum regium mensamque nostram caduco devoluta fuisse viderentur, eidem Illustri Joanni Chodkiewicz, castellano Vilnensi, etc. ejusque successoribus damus, donamus et conferimus, perpetuo ac in ævum, prout id in meliori forma, modo ac stilo fieri potest. In cujus rei fidem præsentes literas damus manu nostra subscriptas. Datum Leopoli, die 15 junii, anno 1578.

Stephanus Rex.

CLXI.

Legatio Mehmet Gierei, principis Tartarorum ad Stephanum, regem Poloniæ.

Coll. Taur. 6063, t. 111.

Inter maximos maximo, majorisque partis Russiæ supremo imperatori, fratri nostro, potentissimo regi Poloniæ Stephano, post plurimas salutationes, amicitiam luculentem denuntiamus.

Tempore demortui regis, Sigismundi Augusti, fratris nostri, sub felici suo regimine, dona parenti, prædecessori nostro mittere solita sunt, atque omnes Nizovii, qui damnum et injuriam nobis, ditionibusque nostris exercere volebant, a sceleribus coercebantur, ita quod ex utraque parte, in pace et tranquillitate pupilli et orphani, viduæque mulieres viventes, super caput suum aureas coronas ponebant, hanc ob causam, quod nullibi damnum, vel injuria exercebatur, eo quod omnibus par erat. Et ideo parens noster amicis vestris amicus, inimicis vero inimicus demonstrabatur. Post mortem vero Sigismundi Augusti regis, fratris nostri, omnes provinciæ dominiaque ipsius sine custode et protectore remanserunt: tamen a nobis nullum damnum, vel injuriam acceperunt, imo per septem, vel octo annos in pace et tranquillitate requieverunt (1). Ad ultimum vero, vivente parente nostro, Adel Gierei sultan, quorundam servorum suorum sermoni et consilio acquiescens, equos ascendens, usque Camenecensem oram perrexit cum licentia parentis nostri..... Ego itaque missus a patre meo sub Camienicc civitatem, fratrem meum Adel Gierei præveni, eumque reduxi cum toto suo exercitu, hoc autem tempore Galgæ officium gessi.

Postquam autem paradiso dignus parens noster, Daulet Gierei, ex hac vita discessit, Nos Mahomet Gierei han cum summa felicitate locum parentis nostri accepimus, quo tempore Vos, frater noster, potentissime Stephane, rex Poloniæ, nuntium vestrum Taranowski simul cum literis propter bonam vicinitatem, sinceræque amicitiæ stabiliendæ causa misistis ad nos, fratrem vestrum. Nos etiam frater vester, secundum morem antiquum, amicitiam et amorem nobis denuntiatum, grato animo ab eodem nuntio vestro suscepimus, illique debitum honorem exhibuimus, et munera cum salutatione, etsi perexigua, recepimus. Eo tempore præter spem et opinionem nostram, ex Borysthene Nizovii.... venerant in terram nostram, illicque tres legiones hominum interceperant: ideoque nos ægre ea ferentes, cum toto exercitu nostro surreximus, atque usque ad Ostrog, oppidum fratris nostri, ducis Vasilii, iter perfecimus, illumque ipsum prævenimus, et illinc ulterius milites nostros propter prædas misimus. Tandem dux Vasil caput suum nobis declinans, suum hominem ad nos misit dicens: „terra est nostra atque incolæ habitantes: igne omnia consumere damnum est: qualis num sit culpa nostra, prorsus ignoramus.„ Ad hæc illi nos respondimus, Nizovienses nobis, subditisque nostris magna damna intulisse, muneraque solita, ab antiquis

CLXI.) temporibus nobis dari solita, a vobis intertenta esse, maxime autem quod eo tempore

(1) Tu han rozminął się z prawdą, bo zapewne nie zapomniał, że w ~~drugiem~~ pierwszem bezkrólewiu (1575) po śmierci Zygmunta Augusta, Tatarzy wpadli do Polski, że założyli koczowisko pod Sieniawą, i nie wprzód ustąpili, aż wybrali z miast i okolicznych włości 55,000 ludzi, i 150,000 klaczy i koni, prócz bydła i łupów w bogatych sprzętach. Dowodziło nimi siedmiu synów Daulet Giereja, między którymi był zapewne i autor tego listu, Mehmet Gierej. Bielski, VI.

maximus rex, frater noster, nuntium Taranowski ad nos miserat propter stabiliendam confirmandamque pacem et amicitiam. At ille ulterius respondit: „Potentissime Cæsar, tu es potentissimus princeps, de præteritis nihil dicendum est: jam qui est captus, sit captus, qui vero quæsivit, sit suum quod invenit. Antiquitus solita dari munera et dona tibi promitto, solutura esse a fratre tuo, Stephano rege meo, idque quod attinet Nizovios, idem ipse ego mandato suo omnes ex Borysthene expellam. Ad hæc tibi promitto, quod quoticscumque ascenderis equum cum tuo exercitu adversus Moschum, regem, dominum meum, fratremque tuum tibi numeraturum quinque millia aureorum præter alia munera hic non expressa, ab antiquo dari solita." Petiitque a nobis, ut mitteremus cum ipso magnum oratorem nostrum, quem ipsemet comitare debebat, ad Vos, fratrem nostrum, eaque omnia juramento nobis effici promisit. Præterea et Vos, frater noster, Stephane rex Poloniæ, simili modo per literas suas a Taranowski datas solvere promisiste, idque Taranowski oretenus coram nobis pollicitus est.

Ego itaque frater vester, verbis et promissionibus ducis Vasili acquiescens, ex primariis servis meis Harremum in locum oratoris eligens, ad Vos, fratrem nostrum, misimus. Quo tempore Vos frater, maxime rex Stephane, ad serenissimum et potentissimum imperatorem Turcarum hominem vestrum misistis, conquerentes a nobis sibi illatas maximas injurias et damna, quod quidem et nos similiter fecimus, ad potentissimumque imperatorem hominem cum literis nostris ablegavimus, denuntiantes, Vos fratrem nostrum nobis esse inimicum, eo quod neque munera ab antiquo tempore nobis solvi debita, dare velitis, neque Nizovios ex Borysthene, qui nobis infinita damna inferunt, expellere vultis. Itaque summus imperator, maximusque nostrorum, Mehmet Bassa, ille vir præcipuus, ad nos per Suleiman czausium scripsit in eum qui sequitur sensum..... at ex nunc frater noster, rex Poloniæ, solvat munera ab antiquis temporibus dari consueta, et Nizovios ex Borysthene expellat, ex illisque justitiam administret: et ita facile inter vos et dominia vestra pax et amicitia coletur: hæc nobis per suas sanctissimas literas indicta sunt.

Nos itaque, frater, ut satisfaciamus mandato imperatoris, annuentesque petitioni Mehemet Bassæ, ad omnia acquievimus, statimque nuntio vestro Taranowski debitum honorem et reverentiam exhibentes, cum eodem ipso hominem nostrum dantes, illi omnia regestra prædecessoris vestri, fratris nostri Sigismundi Augusti, miseramus simul cum Suleiman czausio imperatoris Turcarum. Quum autem illi ipsi jam essent in itinere, eo tempore frater noster, maximus rex Stephanus, nostrum servum Harremum cum Broniewski ad nos, fratrem vestrum, misistis, denuntiando nobis per eosdem vos præparativos nobis munera ad diem 7 augusti mittenda, tantummodo ut nos in præsentia Taranowski amicitiam et pacem promittentes, jusjurandum præstaremus super pacta conventa, eandemque pacem et pacta conventa ad Vos in scriptis ~~mandaremus~~ mitteremus per oratores nostros. Ob eamque postulationem vestram nos, frater vester, in præsentia Taranowski, ~~et~~ Broniewski et Suleiman czausii, oculis ipsorum inspectantibus, juramentum præstitimus, et pacta in scriptis per mancipium nostrum Abrahamum, magnum oratorem nostrum, ad Vos, fratrem nostrum, maximum regem Poloniæ Stephanum, misimus. Ergo Vos,

frater, maxime rex Stephane, secundum promissionem suam solita munera ad nos 7 die augusti ablegate. Hoc quoque scitote, quod eo tempore, quando nos officio Galgæ functi essemus, præter novem vestes sericas, mille ducentos aureos nobis solvere solitum erat. Nunc vero ad id officium frater noster Adel Gierei successit: itaque a Vobis, fratre nostro, maximo rege Stephano, petimus, ut propter amicitiam, fraternitatem et pacem conservandam, petitionis meæ causa duo millia aureorum eidem fratri nostro mittere velit. Nam quotquot sunt nobis fratres, idem sunt omnes quoque fratres vestri, qui quum amicitiam ~~nost~~ vestram desiderant, amicis vestris amici, inimicis vero inimici sese exhibebunt, ergo contradicere non debetur. Eodemque modo Serenissimæ matri meæ, quum antea sit mos a multis temporibus sibi dari quinquaginta aureos, rogamus a Vobis, fratre nostro, ut habeat centum, nihil dubitantes, quin petitio nostra hac in parte locum habebit, idque Vos facturos amicitiæ et fraternitatis nostræ causa.
[Præterea quum ad vota Serenissimi imperatoris, supremique vesirii Mehmet Bassæ intercessiones rependebitis (sic), sine dubio nos amicissimos sibi invenietis. Demortui Sigismundi Augusti regis tempore parenti nostro concessorum munerum regestrum Vobis, maximo regi Stephano, mittimus, secundum ergo antiquum illum regestrum integra et plenaria munera nobis mittite, atque petitioni nostræ in omnibus satisfacite. Ad hæc, omnes Nizovios in Borysthene latitantes sublevare, ex eisdem justitiam debitam administrare debetis. Præterea ab illa parte Borysthenis, in campis nobis ex antiquo adjacentibus, Cosacos tam equites, quam pedites, ubi primum greges pascebantur, prohibere debebitis.] Si vero Vos, frater noster, maximus rex Stephanus, secundum antiquum regestrum ab Augusto, fratre nostro, parenti meo defuncto munera concessa integre non persolvetis, Cosacosque ex Borysthene non amovebitis, quum eisdemque debitam justitiam non administrabitis, ex illaque parte Borysthenis campos nobis adjacentes ab incursione tam equitum, quam peditum Cosacorum non prohibebitis, qui si aliquid incursionis, aut impedimenti fecerint, jam amicitiam nullam sperare debetis, imo per Vos articuli et juramentum violabitur: hoc certe sciatis, jamque postea nullam amicitiam atque fraternitatem habere speretis. Hæc omnia Vobis, fratri nostro, palam denuntiamus.

Si autem Vos, frater noster, in veritate ea omnia a nobis superius expressa amicabiliter observabitis, ad effectum deducetis, nos sine dubio fratris nostri inimicis [inimici], et amicis amici erimus: et quoniam inimicus vester Moschus quinquaginta vel sexaginta arces Vobis, fratri nostro, eripuerit, si Deus concesserit gratiam, nos ex ista, Vos ex illa parte advenientes, multas arces et provincias ab eodem inimico facile recuperabimus (2), unde amicitiam majorem et fraternitatem ex utraque parte sperare possumus.

Præterea, frater noster, maxime rex, si istius anni munera secundum promissionem vestram ad diem 2 augusti non remitterentur, certe neque nuntius, neque verba, aut excusationes

---

(2) Nie można było polegać na tej obietnicy hana Tatarskiego, który wtenczas właśnie kiedy ten list pisał, przyjmował znaczne pieniądze i bogate dary od cara Iwana z rąk posła jego xiężęcia Mosalskiego. Przez cały ciąg wojny Moskiewskiej, brał pieniądze od jednej i drugiej strony, żadnej też ~~nie~~ ani pomagał, ani ~~nie~~ szkodził.

apud nos locum habebunt. Si autem cum muneribus aliquis mittetur, postea facile, si quid opus erit, omnia providebimus. Praeterea ad regem Sveciae, fratrem nostrum, certum hominem suum mittere volumus propter intelligentiam contra inimicum Moschum habendam.... Datum ex curia Pomorium dicta, ultimis diebus junii, anno Mahometano ~~984~~ 986 (anno Domini 1578).

CLXII.

2

List od Króla Imci do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Stefan z Bożey łaski Król Polski, etc.

Urodzony wiernie Nam miły. Dnia onegdayszego powtórzył do Nas starosta Czerkaski to, co Nam też był przedtem oznaymił, że car Przekopski gotów iest ze wszystką mocą swą ciągnąć w państwa nasze, potem zasię dziś straż Nam dała znać, iż na Russawie za Barem na oko widziała kilka tysięcy człowieka. Byliśmy pewni przymierza z carem ale to Nam przedsię podeyrzenie czyni, że od posłów naszych, Taranowskiego y Broniewskiego, iescze(!)śmy nic wiadomosci nie wzięli. Przeto w imie Boże na obie strony gotowi być chcemy. Ludziom cośmy ie mieli pod Gdańskiem, kazaliśmy się tu do siebie przymknąć pod Lwów, także też y z drugiey strony Lwowa skupiamy żołnierze Podolskie, a ten początek założywszy, nie wątpim o rycerstwa chęci ku oyczyznie y ku sławie swey, że się do Nas skupiać będą. Takoż w tem Wierności Swey wzywam, aby WS do Nas przybywał, y kogo możesz z rycerstwa do tego pobudzał. Co My WS y każdemu, którego chęć uznamy, łaską naszą pamiętać będziemy. Skoro co dalszego w tem usłyszymy, niemieszkaiąc WS wiadomem uczynimy. A w tem WS wszego dobra życzymy. Datum ze Lwowa, dnia 28 miesiąca czerwca, roku Pańskiego 1578, panowania naszego trzeciego.

Stephanus Rex.

CLXIII.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Chodkiewicz.

85, 192 Ex orig. arch. Sapiehani. 1471

Illustris ac Magnifice, sincere Nobis dilecte: gratiam nostram regiam. Intelleximus ex literis Sinceritatis Vestræ Magnificum Alexandrum Chodkiewicz, capitaneum Grodnensem diem vitæ suæ clausisse. Cujus mortem vehementer Nos dolere, ipse Deus Nobis est testis, quod tam excellenti viro, tam vos, amici, quam etiam Respublica et Nos consuetudine ac opera ejus orbati simus, qui ad magnas et præclaras res gerendas natus esse videbatur, et raræ integritatis et dexteritatis suæ in hac colluvie hominum istius præsentis malitiosi sæculi, multis admirandus et imitandus fuisset. Verum quum omnium vitæ terminus constitutus sit, qui transgredi non possit, sicuti Domino Deo visum fuit, factum est. Nihil dubitamus spiritum ejus læto Dei et angelorum conspectu frui. Sinceritas Vestra suum luctum et moerorem ex obitu ipsius ut vir sapiens moderetur. Quod vero ad capitaneatum Mohiloviensem Sinceritati Vestræ conferendum spectat, quum omnium dignitatum et præfecturarum istarum vacantium collationem in felicem nostrum in Magnum Ducatum Lithuaniæ adventum, ut Sinc. Vestræ constat, distulerimus, sic quoque quod postulat Sinc. Vestra eo differimus, quam moram brevem Sinc. Vestra æquo animo ferre velit. Dehinc Sinceritatem Vestram optime valere, et lætioribus frui successibus divinitus cupimus. Datæ Leopoli, die prima mensis julii, anno Domini 1578.

Stephanus Rex

3

CLXIV.

List od iednego przyiaciela od dworu do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Póki Broniewski z Taranowskim z pokoiem pewnym od cara Przekopskiego nie przyiadą, stąd się nie ruszym, bobyśmy chcieli odiachać bene compositis Russicis rebus. Nie wiem, będzieli co z tego; do tey godziny ani widać, ani słychać tych postańców, y że nam serce bardzo oyną wieści, które tu o Tatarach przychodzą. Niedawno starosta Czerkaski pisał, że za Barem na Russawie rzece widziano ich tysiąc koni, który ięzyka dostawszy wrócili się nazad, y tu iest coniectura, że za tymi są znaczne siły. By nas te lwowskie wały y baszty nie zastaniały, byłby tu między nami częsty popłoch. Rozpisaliśmy uniwersały do wszey Matey Polski, aby, przypadnieli co, tu się do króla z miłości Rzeczypospolitey ziezdżali. Posłaliśmy wskok do Sandziaka Białogrodzkiego y wojewody Wołoskiego, abynam co pewnego o tych Tatarach znać dali.

Wiedzieć iuż też podobno W.Mość raczysz o ścięciu Podkowy. Dziwna rzecz, iako go tu wszystka plebs żałuie. Księgi, pieśni o nim drukuią, malarze ciało ścięte odmalowali. Nie wiem, aby Alexander większe serce, iako on, mógł mieć, gdy na śmierć srodze ysita mówił. Byli przy

tem Wołoscy posłowie. Czaus trzy dni przedtem odjechał był.

Moskiewscy posłowie pro 15 Die julii w Lublinie być maią; ieszcześmy nie resoluti, gdzie ich przyjmować. Z Prus Panowie Kommissarze, to iest z Królewca iuż się wrócili, facta, transacta omnia.

Pan Wileński tydzień iako odiachał mal contento. Chciał czegoś wiele zato, że administracyą Tylancką puścił, ali mu iedno za 15,000 złotych popiołów w iakichsiś lesiech w Litwie wypalić zwolono. Legat papieski nowy, Joannes Andreas Caligarius do Krakowa przyiachał, tam nas czekać ma. Ochrzcił król JMość Turczyna iakiegoś z dwoygiem dzieci.

Pan starosta Grodzieński umarł. Marya matko Boża! quot competitores! osm miasteczek do Grodna y czternaście folwarków! Datum ze Lwowa, 3 julii 1578.

CLXV.

Custodia finium regni committitur Generoso Stanislao Golski.

Teka Naruszewicza 92. Ex arch. regni.
85.-193

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, etc. Significamus etc. Quia Nos prospicere cupientes securitati regni nostri, quo temeritati hostium terras nostras Russiae, Podoliae, Volhyniae invadentium viam praecludamus, eorumque adventus notitia mature ad campiductorem nostrum pervenire possit, in confiniis earum terrarum custodiam Generoso Stanislao Golski, aulico nostro, cujus quum animi, tum corporis virtus, quam hactenus in serviendo in aula nostra fideliter diligenterque praestitit, perspecta nobis est, committendam demandandamque Nobis esse duximus, quemadmodum quidem praesentibus nostris committimus demandamusque, videlicet in hisce confiniis nostris assidue ut vigilet, agatque excubias pro Republica quam diligentissime, ne quid per invasionem hostilem detrimenti capiat. Tenebitur autem in ea custodia et oculos et animum ubiquaque intentos habere in quasvis in dominia nostra invasiones, easque quantum poterit ipsemet reprimet, tum de iis campiductorem nostrum summa cum diligentia celeritateque certiorem reddet. Nec modo de hostium incursionibus hujusmodi curam habebit, verum etiam de iis, qui insolenter saepe licentioseque in confiniis nostris ingentes turbas hactenus concitare consueverunt, faciendoque insignia damna occasionem conquerendi violati foederis pactorumque vicinis nostris praebeant: tales et coercebit ipse, de factoque comprehensos campiductori nostro tradet. Ut autem ad ea omnia commode perficienda justis subnitatur viribus, impetusque hujusmodi facilius sustinere valeat, centum equitum turmam conscribendam ipsi permittimus, ac stipendium in eos, quemadmodum et ceteris Podoliensibus militibus indicimus et assignamus. Ratione vero provisionis super officium hujus custodiae, salarium idem ipsi quoque assignamus, quemadmodum antea antecessori ipsius assignatum fuerat a Nobis: eos vero centum equites per Nos sibi assignatos semper cum custodia habebit, nec ab ea distrahet: quotiescumque vero hostis (quod Deus avertat) in ditiones nostras incursionem fecerit, tum demum eos cum corpore exercitus nostri conjunget, ductuque et auspiciis campiductoris nostri vim hostium repellet, decertabitque pro defensione regni, eumque se praestabit, ut maxima sedulitate vigilantiaque ipsum agere perficereque omnia Nos et Respublica cognoscamus. In quorum omnium fidem praesentes manu nostra subscripsimus, et sigillo regni nostri communiri jussimus. Datum Leopoli, die 3 julii, anno Domini 1578, regni nostri anno tertio.

Stephanus Rex.

4

CLXVI.

Rex Stephanus ad Joannem Fridericum ducem Pomeraniae.

Coll. Taur. 6063, t. 111.

Illustris princeps, Domine affinis Nobis charissime. Accepimus (literas, quas) ad Nos Illustas Vestra de controversia in finibus cum Magnifico, sincere Nobis dilecto, Andrea comite de Gorka, castellano Miedzirecensi, nata perscripsit. Atque avemus, quod convenientissimum aequitati, aptissimumque concordiae judicamus, ut commissarii quum his, tum caeteris de ... bus, quae controversiam habent, quamprimum utrinque designentur, qui ubi in rem praesentem venerint, recte omnia cognoscant, ac causam ad sui cujusque juris aequabilitatem adducere studeant. Quod si Illustritas Vestra ad hanc nostram de commissariis voluntatem sententiam suam adjunget, Nosque de eo reddet certiorem, faciemus ut ea intelligat, nihil Nos, quod ad tribuendum cuique jus suum, retinendamque cum Illustritate Vestra amicae vicinitatis conjunctionem attinet, praetermisisse. Interea vero ad castellanum Miedzirecensem literas dabimus atque mandabimus, [ut] Nos faciat de re tota pla... certiores, quod simul ac fecerit, quod fieri aequum est, libenter [faciemus]. Illustritatem Vestram recte valere exoptamus. Datum Leopoli, die 4 julii, anno Domini 157... regni vero nostri anno tertio.

Stephanus Rex.

CLXVII.

4

List od Pana Kanclerza do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

O tem iako Brauna Pan Milencki naiechawszy wziął, przedtem iescze niż tu pisanie WMci doszło, wiedzieliśmy. Nic w tey rzeczy innego nie rozumiem, iedno aby Braun był puszczon, nie tylko iż tego ratio Reipublicae exposcit, ale y sprawy IMci Pana Międzyrzeckiego które smarowniey za tem będą iść mogły; bo ieśli z tey tam strony z naszych sprawiedliwości szukać będą, iuż też sami serio będą się porywać, aby nie tylko IMci Panu Międzyrzeckiemu, ale innym wielu pogranicznym poddanym IKMci ukrzywdzonym, których się regestr spisany niedawno z przeszłego seymu cesarzowi posłał, z swich też sprawiedliwość uczynili. A niż przyidzie do Milenckiego, ostre rzeczy, za samą ostrością tych, co się nam z Szlązka dziaty, stępieią, iako to z pisania ich, które tu postali, obaczy WMość możesz, znać to, że Panowie Niemcy bardzo się oglądaią na to, bo dziwuiemy się iako pisanie ich tak prędko tu przyszło, pierwey niż z Wielkiey Polski wiadomość o tem przyniesiono, od nich z listem pobieżano. Wnet po tym przypadku ziachali się do Nissy, y ztamtąd ieden list do cesarza, drugi do Króla Imci przysłali. Iednak przytem czegoby należało do opatrzenia czego trzeba około bezpieczeństwa, można się pokusić, y do tego rzeczy chcę przez kogo innego y strony, nie przez WMość samego wieść. Iako WMość odemnie rządasz, iabym rad żeby iako naylepiey rzeczy IMci Pana Międzyrzeckiego szły. Ale IKMość rozumie, że tak naylepiey póydą et e re ejus et e publica. Datum we Lwowie die 10 julii, anno Domini 1578.

Cedula.

O tem aby miano na Braunie mścić się, nie radzono się Króla IMci. O Kurzbadzye,

na którego często się cesarzowi skarżono, inna by rzecz była, gdyż iest konstytucya. Ale przecie wypuszczaiąc tego Brauna, ostrzegay WMość iako możesz, a zwłaszcza tego się zeydzie ostrzegać, czego ostrzegano, gdy wypuszczano IMPana Międzyrzeckiego. In summa, proszę, salva dignitate regis et publica, bądź WMość przychylen w czem można IMci Panu Międzyrzeckiemu, puszczaiąc tego Brauna.

na którego czyli się czasowi sławiono. Inaczej racz była, gdyż jest wstępnego. Ale przecie wypowiadając tego Prawa, strzegący W.Mość sam wracać, a wtedy z racji tego się zwykle strzegąć, czego strzegąc, gdy wypowiadam JMPana Międzyrzeckiego. In summa, prawo, salva dignitate regis et publica, tylko W.Mość przybyłem w rzeczy tej J.Mć Panu Międzyrzeckiemu, powracając tego Prawa.

CLXVIII.

5 Uniwersał o wybraniu piechoty w dobrach królewskich.

T.N. 85. 194. Ex mss. arch. St. Aug. regis.

Stefan z Bożey łaski Król Polski, etc. wszem wobec y każdemu z osobna starostom naszym y dzierżawcom wsi naszych królewskich iakichkolwiek, y w tychto naszych wsiach mieszkaiącym poddanym naszym, y innym wszystkim, którymby to wiedzieć należało, uprzeymie y wiernie nam miłym, łaskę naszę królewską. Uprzeymie y wiernie Nam mili. Iż na przeszłym Warszawskim seymie uchwalona iest konstytucya, wedle którey opatruiąc to, abyśmy w Koronie, w państwach naszych dostatek pieszych ludzi dla potrzeb woiennych mieli, uchwałą seymu tego piesze tak z miast, z miasteczek, iako y wsi naszych królewskich iakichkolwiek, wedle słuszney liczby łanów, żeby to było bez ciężkości wielkiey wyprawiać, rozkazaciesmy mieli. Tedy iuż teraz in vim executionis teyto konstytucyi posyłamy Urodzonego N. do województwa N. ad delectum faciendum takowych pieszych, a to tym sposobem: że we wsiach naszych iakichkolwiek ma obrać y postanowić z każdych dwudziestu łanów iednego człowieka, któryby się sam do tego miał dobrowolnie, między inszemi śmielszego y dostateczniey szego, y do potrzeby woienney pochopnieyszego. A takowy każdy na pieszego obrany y postanowiony od tego czasu ma być y będzie wolen od wszelkich powinności naszych, iako czynszu, poboru, łanowego, robót, powozów, podwód, y innych onera, angaryi y praeangaryi. A żeby przeto uyma iaka w pożytkach naszych y Rzeczypospolitey nie była, tedy za tego iednego, ze dwudziestu na pieszego obranego, drudzy dziewiętnaście onera zastępować y odprawować będą powinni. Powinność zaś pieszego takowego każdego będzie ta: w każdą ćwierć roku do rotmistrza swego, albo porucznika iego na to mieysce, które mu będzie przezeń oznaczone, stawić się do monstrowania z rusznicą swą dobrze narządzoną, z szablą, z siekierką, w sukni swey barwy takiey, iaką mu rotmistrz albo porucznik iego naznaczy, z inszemi pieszemi podobną, proch też swóy, ołów ma mieć. A kiedybykolwiek się trafiło nieprzyiacielowi Koronnemu wtargnąć w ziemię, tedy zawsze każdy z nich powinien będzie stawić się do rotmistrza swego tedy, kiedy go obwieści, y na to mieysce, które mu naznaczy, odpór dać nieprzyiacielowi w ziemi nakładem swym. A kiedy Nam potrzeba będzie wywieść piesze te do woyska naszego, tedy im żołd płacić będziem powinni z drugiemi pieszemi równy. A to teraz postanowienie pieszych tylko we wsiach naszych czynimy. A co się tyczy miast y miasteczek naszych, w tych też potem ordynacyą około tego uczynimy, y którą exekwować y publikować każemy. Rozkazuiemy tedy starostom y dzierżawcom naszym, aby ten uniwersał nasz do wszelkich poddanych naszych we wsiach naszych królewskich w woiewództwie N. mieszkaiących wiadomości przywiedli, a żeby we wsiach naszych wszelakich Urodzonemu N. w woiewództwie przerzeczonem pieszych obierać y postanawiać nie bronili, ale raczey ten uniwersał nasz z powinności swey do skuteczney exekucyi przywiedli, y wedle niego

się zachowali, y exekwował y wedle niego się zachowali tym, którymto należy, nakazu pod łaską naszą królewską, pod winą na niedbałe y nieposłuszne starosty w statucie opisaną. Datum we Lwowie, dnia 10 miesiąca lipca, roku Pańskiego 1578, królowania naszego roku trzeciego.

Stephanus Rex.

CLXIX.

Andreas Lorichius, legatus regis Sveciæ, ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime et potentissime Rex, et Domine, Domine clementissime. Expeditionem Sandomiria mihi proxime datam velocissime in Sveciam præmisi, ego vero, uti equi poterant, subsecutus, nisi quod per Pentecostem quievi, et mox me Gedanum secreto contuli, ubi, mirum certe dictu, eadem fere hora etiam eo secreto advenerat ex Svecia Reverendus D. Antonius Possevinus, vir summæ pietatis et prudentiæ, a præterito anno in Sveciam missus, una cum secretario Serenissimi regis mei intimo et fidelissimo, duabus navibus bellicis in statione sub Hel relictis, quæ etiam me in Sveciam securius reducerent. Contuli cum utroque de rebus omnibus, quantum satis erat ad id efficiendum, quod executioni negotiorum posset commodare. Adquum, examinatis rebus, viderent in bono statu per amorem et prudentiam S. Majestatis Vestræ negotia esse, rogarunt me serio, ut nulla ratione hinc discederem, quousque a S. Majestate Vestra, et Domino rege meo clementissimo responsum haberem. Quum autem ad hoc tandem [consensissem], persuasus sum expedire etiam, ut dictus secretarius ipsi Regiæ Majestati omnia fideliter referre possit, quæcunque cum illa egi. Accessit ipsius Antonii Possevini auctoritas, quem summo pontifici, et reliquis pene omnibus catholicis principibus ita charum esse audivi, ut etiam illi multa, propter fidelem ejus, et sinceram agendi rationem, crediderint. Qui quum rei bene inceptæ exitum posse retardari meo in Sveciam itinere dubitaret, rogavit etiam me, ut omnino subsisterem, præsertim quod reliquas res ad hæc ipsa negotia spectantes, tractare debebat, si S. Regiam Majestatem Cracoviæ reperiret, aut per aliquem ex Reverendissimis nuntiis, si illi ad quosdam principes, et præsertim ad summum pontificem esset properandum. Quamobrem avidissime expecto S. Regiæ Majestatis Vestræ, et Serenissimi regis mei responsum, sperans in Deum, ut illa Regia Majestas erga S. Majestatem Vestram est optime animata, ita fore, ut omnia ad illum exitum perducantur, qui et [ad] S. Majestatis Vestræ maximam gloriam, et ad bonum commune totius Christianitatis magni momenti sit futurum.

Cæterum, clementissime Rex et Domine, duodecim vexilla, et trecenti equites, qui tuentur Revaliam, in devastanda Livonia Moschi partis, arcem Oberpolen vi ceperunt, quo illis aditus ad Derpatum occupandum et victualia pateant. Mihi hujusmodi videtur, quod si Majestatis Vestræ homines illis adjungerentur, consiliaque communia inter se haberent, quod nunc hac æstate Moschus cogeretur Livoniam deserere, propter incomparabilem omnium rerum penuriam, antequam frumentum novum maturum ad usum fuerit, ~~Certe melius esset~~ et Moschus ex aliis suppetias ferrat. Certe melius esset, sive Polonia, sive Svecia arces Moschoviticas occuparet, modo ardenter, et communi consilio, et amore res.

aggrediatur, optimi reges, fratres, et vicina regna inter se postea de his omnibus, Deo dante et conservante, communicent laudatissime. Maximum est cum occasione belligerare: quemadmodum cum S. Majestate Vestra aliquando sum locutus, et petii ut fieret, idque scripsi Majestati Sveciæ, [ut], remotis disputationibus, et offensionibus, si quæ esse possunt, ad bonum publicum animos convertant, ubi major, imo incredibilis laus et ~~virtus~~ utilitas subsequetur: indigna hæc negotia esse deberent, ut eorum causa hæc gloriosissima et alia remorarentur. Volui et debui hæc ad utrasque Majestates Vestras scribere, ut quælibet suo campiductori id injungere dignetur, sine aliis expensis, vel majori exercitu hoc anno colligendo [conjunctis viribus] bellum cum Moschis gerere], donec intentiones utriusque digne et cum gloria exsequi possint. Si exercitus Moschi magnus non eductus sit, possunt educi tormenta majora, et tentari munitiora loca ad excludendum Moschum ex Livonia apta et commoda: melius enim est, præsertim sine periculo, quando nunc Moschus contra Tartaros occupatus erit, exercere militem, quam otiosum in arcibus relinquere, victualia invanum consumentem. Quod si Majestas Sveciæ exercitum transmittat, nihilo tamen minus et hoc fieri potest: augebit hoc maxime terrorem hostis, et amorem Majestatum Vestrarum, et id, quod præcipuum est, bonum publicum. Hisce me in gratiam S. Regiæ Majestatis Vestræ perpetuam humiliter commendo. Datæ Elbingæ, die 10 mensis julii, anno Domini 1578.

CLXX.

Majestas Regia ad Ordines Belgicos.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Stephanus etc. Reverendi, Illustres, Magnifici, Generosi, Spectabiles, sincere Nobis dilecti. Est hoc, semperque fuit humanitatis nostræ, ut non solum eos, qui aliquod Nobis obsequii genus præstiterunt, benevolentia nostra prosequamur, verum etiam illos quoque supplices, qui aliquando in Nos deliquerunt, clementia nostra non indignos judicemus. Quapropter quum Generosus Philippus Hertenius, cujus Sinceritates Vestræ causa literas ad Nos dederunt, non tam malo erga Nos animo, quam potius secutus eorum, quibus operam suam addixerat, arma, adversum Nos militaverit, ac in potestatem nostram pervenerit: idcirco Nos pro nostra clementia, eum non modo liberum pronunciamus, et ad patriam laresque suos redire permittimus, imo ita dimittimus, ut propter probitatem ejus ac virtutem, quam interim perspeximus, nunc gratum et charum Nobis hominem. Cujus quidem beneficii nostri memorem eum fore non dubitamus: ita ut quanto Nos clementius liberaliusque erga illum gessimus, tanto major et illustrior ipsius erga Nos gratitudo appareat. Quod reliquum est, optamus Sinceritates Vestras diu, bene ac feliciter valere(1). Datum Leopoli, die 10 mensis julii, anno Domini 1578.

CLXXI.

Palatinus Moldaviæ ad Majestatem Regiam.

Petrus Dei gratia princeps terræ Moldaviæ, Dominus ac verus hæres.

Serenissime Domine, Domine amice, vicine, salutem, omniumque prosperum successum. Prout inprimis scripseramus literas nostras Serenissimæ Regiæ Majestati Vestræ, gratias agens pro amicitia ~~hac~~ hac, quam per literas, ac per servos nostros intelleximus: [ita] nunc quoque Dei [gratia] contixit (sic) nobis servus ac secretarius Serenissimæ Regiæ Majestatis Vestræ, Generosus Andreas Taranowski, legatus Serenissimæ Regiæ Majestatis Vestræ in Scythiam, ex qua Scythia proficiscens ad S. Regiam Majestatem Vestram, contixit nobis in domo nostra. Quam amicitiam S. Regiæ Majestatis Vestræ noluimus obmutire (sic), ut gratias S. Regiæ Majestati Vestræ per eum agere non deberemus. Alias quoque collocutiones, quas sumus collocuti cum eo, de novitiis, quæ nobis pervenerunt ex regione S. Regiæ Majestatis Vestræ de inimicis nostris, quos inimicos nostros ipse supranominatus secretarius S. Regiæ Majestatis Vestræ nominatim appellavit, in quibus omnibus fidem adhibendam obsecramus. Tandem S. Majestatem Regiam Vestram quam diuturne feliciter valere cupimus. Datæ ex curia nostra Jassiensi, die 12 mensis julii, anno Domini 1578.

---

(1) List ten w zbiorze Faura zmylną datą 1579 roku, bo król był wtedy w Wilnie, nie we Lwowie, jest odpowiedzią na pismo Stanów Belgijskich z dnia 17 kwietnia tegoż roku. Odpowiedzi króla na list Wilhelma, xięcia Nassau i Oranii, nie mamy.

CLXXII.

List od kanclerza do marszałka koronnego

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

6 Oznaymuię WMości, memu miłościwemu panu, że posłańcy króla JMci, co byli u cara Tatarskiego, dobrze odprawieni. Car też szle dla upominków. Przymierze iest postanowione z woyski swemi y z Białogrodzianami (oprócz trochę tych ludzi, co ie posłał na pomoc cesarzowi Tureckiemu przeciw Kusełbaszy do Persyi), póydzie woiować do Moskwy. Upominki dać mu się maią 8 augusta w Czerkasiech. Datum we Lwowie, 13 julii 1578.

CLXXIII.

Od tegoż do tegoż.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

7 Dochodzą mię słuchy, a nie z iedney strony, że na wielu mieyscach iakieś dziwne praktyki stroią. A tak za tą konfidencyą, którą mam z WMcią, zdało mi się do WMci w tey mierze pisać, żebyś też WMość mógł iakokolwiek investigare et explorare, co y iakim sposobem mieć chcą, co, tak mniemam, że WMci, człowiekowi tantae auctoritatis, a zwłaszcza maiącemu teraz iurysdykcyą przed sobą w rynku, y ktemu ten tumult około wzięcia Brauna snadnie przyidzie. Osobliwie trzeba WMci mieć pieczą na synod Piotrkowski, na którym było podobno coś więcey niż około wiary. Ma też być iakaś praktyka na to, żeby postanowienie z strony poboru irritum et inane uczynić, za tą okazyą, iż Krakowianie y Sandomierzanie trochę coś odmienili, a żeby znowu na iakiś seym zakładać. Ale tak rozumiem, że WMość w tey mierze tak diligenter et caute postąpisz, że nie tylko dowiedziawszy się mnie oznaymisz, ale też y sam zabiegać temu będziesz, iakoby ta perversorum hominum malignitas non invalesceret.

Około intencyi królewskiey to WMci na ten czas oznaymuię, że na tem iest, żeby mógł odprawą tego posła Moskiewskiego tempus extrahere ad autumnum, y kazał go zabawiać w drodze, że choć miał być in julio w Lublinie, nie wiem ieśli doiedzie y in augusto. Przez tego posła chce król JMość przymierze odesłać (a dla tego chce zwlec), żeby się doczekał czasu pogodnego ad gerendum bellum. We Lwowie, 13 julii 1578.

CLXXIV

Antonius Possevinus ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime et clementissime Rex. Serenissimus Sveciæ rex, ad quem superiore anno a pontifice maximo fueram missus, quum mihi non ita multos ante dies Stocholmia Romam iter paranti nonnulla jussisset, id sibi inprimis pergratum futurum esse significavit, si Varsaviæ, aut Cracoviæ propensissimum illius erga Vestram Regiam Majestatem animum exponere potuissem. Quam ad rem, atque ad cætera alia, quum creditias literas mihi tradi mandasset, adjecit, si Vestra Majestas Regia Leopoli adhuc hæreret, ego, eisdem literis, aut reliquis omnibus, Reverendissimo Domino nuntio apostolico relictis, iter coeptum ita persequerer, ut antequam hoc anno Balticum mare gelu constringeretur, certum in Sveciam hominem de suæ Majestatis negotiis ablegari a summo pontifice curarem. At nihil mihi quidem optatius erat, quam ut officium hoc cum Vestra Regia Majestate ipsemet præstare possem, præsertim quod sciebam me Sanctitati pontificis maximi rem gratissimam facturum. Nam et ille mihi mandarat, ut si qua fieri posse in Svecia intelligerem, quæ pertinerent ad sapientissima Vestræ Majestatis consilia, ea ut quam accuratissime agerem, et cum Reverendissimo D. nuntio apostolico, apud ipsam commorantem, communicarem. Sed quum hic R. D. Andream Caligarium suo munere jam fungi incipientem repererim, fit ut Serenissimi Sveciæ regis de meo itinere mandatum eo securius exsequar, quo R. ejusdem D. nuntii pietas, cum insigni doctrina, magnoque rerum usu conjuncta, [nihil] mihi relictura sit loci ad id, in quo efficiendo, si modo in Polonia mihi diutius esse licuisset, tum consilio, tum prudenti illius ductu, omnino tamen ipse indiguissem.

Caput illud est, Serenissime rex, quod, ut saltem hoc præstem, audeo propter divinæ gloriæ amorem, quæ sola solidum, unicumque regnorum omnium firmamentum semper fuit, summa cum animi mei demissione Vestram Majestatem Regiam obsecrare, ut velit iis in negotiis, quæ Serenissimo Sveciæ regi cum hoc Vestræ Majestatis regno intercedunt, sic iteratis identidem officiis, quæ prius ille rex summas inter difficultates..... promovere, ut seges tandem uberrima ex tot septemtrionalibus populis in horreum Dei importetur. Qua quidem re nulla coronæ isti regiæ adjungi splendidior gemma, nullumque modo illustrius Vestræ Majestatis nomini trophæum erigi posset. Et vero magnum habuere momentum, quæ Vestra Regia Majestas ad Serenissimum Sveciæ regem scripsit, quæve literæ a Reverendissimo D. episcopo Montisregalis ad eundem de februario mense sunt missæ. Factum est enim peropportune, ut circumspectissima illarum scriptione rex ille permotus, non modo conatus hæreticorum falsos rumores dissipantium contemneret, seque illorum ad suas partes trahere volentium insidias declinaret, verum etiam in eo, quod a Vestra Majestate Re-

CLXXIV gia propositum fuerat, perpetui foederis iciendi desiderio vehementer confirmaretur (1).

(1) Król Szwedzki nie powiedział zapewne Possewinowi co odpisał 17 grudnia 1577 królowi chcącemu zawrzeć z nim przeciw Moskwie przymierze, lub zdanie swoje w tej mierze odmienił.

Sæpius autem ab eo tempore animum ipsius regis satis candidum tractavi, facile ut intelligerem, eum, Vestræ Regiæ Majestati jam valde fidentem, ad omnes æquissimas rationes adductum iri, si modo quod præstare ad utriusque regni commodum Vestra Majestas Regia cupiebat, idem ipse hinc erga se, saltem subinde, effici re ipsa id videat.... Quod jam de dote, aliisque ejusmodi, extra omnem controversiam esse satis apparet, quod etiam in ~~post~~ postremis Vestræ Regiæ Majestatis ad eum Serenissimum regem responsis scriptum erat, quæ mihi nobilis D. Andreas Lorichius, Sueciæ regis orator, Elbingæ ostendit. Nam reliqua, in quibus definiendis Illustres Polonici Ordines optare se judicaverunt, ut quibusdam curiæ paribus ad eam rem delectis [hoc negotium dijudicandum committerentur ~~antur~~, et hæ controversiæ] quamprimum explicarentur, fortasse compendiosior atque tranquillior illa ratio fore videbitur, si ad summum pontificem, quando jam ad eum orator Vestræ Regiæ Majestatis proficiscitur, cuncta referantur. Ejus enim Sanctitas pro sua rectissima prudentia, et paterno erga Vestram Regiam Majestatem amore, privatos inter parietes, absque ullo forensi strepitu, brevissime expediet quicquid spectare possit ad fibras litium funditus eradicandas, atque ad omnes sumptus, qui magni satis fuerunt hactenus, et quidem frustra, tollendos. Accedit quod quæ difficultates orirentur ~~ind~~ in deligendis curiæ paribus, variisque istarum rerum capitibus conciliandis, propter illos item, quos audivi, et verbis, et literis Serenissimo Sueciæ regi nimis diuturnam, ut ajebant, patientiam exprobrantes, peritissimus pontifex maximus unico ictu, cum utriusque Majestatis, atque hujus regni dignitate [hunc nodum] præscindet. Cujus quidem summi pontificis judicium nec abnuit Serenissimus Sueciæ rex, et suo etiam servitori, ut hoc ipsum Romæ exponeret, jam in mandatis dedit.

Cæterum, ut Vestris Majestatibus Regiis, arctissimo inter se vinculo colligatis, tanta regnorum vicinitas est, idem divinæ gloriæ propagandæ scopus, iidem vel catholici principes amici, vel adversarii fidei nostræ hostes, ita certe, quod ego accuratius per aliquot menses observavi, neque maritimæ, neque terrestres opes et copiæ Serenissimo Sueciæ regi desunt, et hæc sane valentiores, quam ut fortasse omnes intelligant. Vestra vero Majestas liquidius ex iis cognoscere poterit, quæ cum R. D. Caligario nuntio contuli. Ita ut sperandum sit, duobus potentissimis regibus pari studio in id ipsum incumbentibus, fore, ut quam latissime ipsorum cum divini cultus sincerissima restitutione propagentur imperia. Quibus ego, post Vestræ Majestati Regiæ humillima mea obsequia commendata, servitutemque meam perpetuo addictam, faustissima omnia a Deo regum rege obnixe precor.

Cracoviæ, die 13 julii, anno Domini 1578.

CLXXV.

Leonardus Turneiser medicus ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime atque potentissime Rex, princeps ac Domine clementissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ primum omnium a Deo Opt. Max. precor pacem, victoriam, fortunam, sanitatem et omnem prosperitatem: deinde humillima atque promptissima quoque servitia mea S. Regiæ Majestati Vestræ offero semper, atque eidem significo, literas ipsius Leoburgi in Russia 12 die maii datas, me cum debita reverentia atque honore, a nobili Stanislao Boianowski redditas [accepisse], ex ejusdem ore mandata insuper S. Regiæ Majestatis Vestræ clementissima cognovisse, ac porro denique intermittere noluisse, nec debuisse, quin S. Regiæ Majestati Vestræ pro tenuitate ingenii mei humiliter responderem. Me primo quidem, antequam antidotum hoc S. Regiæ Majestati Vestræ mitterem, animo satis agitasse atque perpendisse (quandoquidem unus ex illis sum, qui partim ex diuturna animorum magnatum exploratione, partim ex quotidiana conversatione et usu excellentium atque illustrium virorum ingenia, mores tum imperatorum atque regum, tum aliorum quoque principum atque dominorum perdidici), quod ejusmodi rebus ignotis haud temere uti, neque facile ad relationes personarum incognitarum commoveri soleant, ut his vel illis statim pareant, obsequantur, fidemve certam adhibeant, quemadmodum certe periculosissimis hisce temporibus hoc minime ipsis vitio vertendum est, dum nullos plane, nedum sapientes atque prudentes viros cuivis subito sese concredere deceat. Ego vero tribus potissimum causis adductus, atque subinde compulsus, haud quaquam intermittendum putavi, quin S. Regiæ Majestati Vestræ antidotum isthoc transmitterem.

Prima quod sciam, atque considerem quemvis hominem in usum bonumque aliorum a Deo conditum esse atque creatum: ideoque experiri volui, num et ego talentulo meo aliquid lucrari, hoc est proximi mei commodis aliquo modo servire, ipsique in tuenda existimatione, dignitate ac felicitate prodesse, Sacræ tandem Regiæ Majestati Vestræ fidem meam atque constantiam probare ac demonstrare possem.

Secunda est, quod ex obitu sive interitu S. Regiæ Majestatis Vestræ non modo regni Poloniæ, aliarumque ad id pertinentium provinciarum damnum atque jacturam, verum etiam totius Germaniæ perniciem (quam pauci alioqui tam alte et penitus contemplantur), præsensi, accurateque perspexi, simulque in mentem mihi revocavi, quod per proditiones ~~hujus~~ ejusmodi nefandas, quum olim, quum nostra hac ætate, plurimi insignes atque præstantes viri periissent. Vidi tandem, quantum ego emolumentum non solum S. Regiæ Majestati Vestræ, sed multis præterea etiam aliis mortalibus allaturus essem, si per meam simplicem quidem, attamen fidelem præcautionem, veluti per instrumentum atque organum voluntatis divinæ, adhuc longius S. Regia Majestas Vestra in vita conservaretur. Hæc, inquam, altera est causa, cur antidotum hoc S. Regiæ Majestati Vestræ, tanquam sapientissimo prudentissimoque regi offerre [non] nimis sim veritus.

Tertio, licet jam a pueritia, quid mundi cursus, et præsertim aulici mores secum ferant, satis didicerim, atque ego fortassis a nonnullis pro tali reputari possim, qui me hac ratione apud S. Regiam Majestatem Vestram insinuare velim; tamen bona mea

conscientia, quodque certo norim animum meum sincerum atque fidelem in tota hac suscepta spontanea cura (qualis etiam Spurvii olim erga Cæsarem præmonitio fuisse fertur)... ausus que sine metu fuerim S. Regiæ Majestati Vestræ excellens hoc alexipharmacum haud parvo cum labore, fidelique cura, secundum ipsius naturam et complexionem praparatum transmittere. Unde vero sciam, si conjectam fore, ut S. Regia Majestas Vestra aliquando illo indigere possit, de eo, clementissime rex, multa dici possent, si modo id S. Regiæ Majestati Vestræ emolumento, vel aliis tutum esse posset. Quoniam igitur demonstationes dificillime deducuntur, S. Regia Majestas Vestra nunc quidem contenta erit hoc uno quod per circumspectam providentiam consilia prava atque insidiæ antevertantur, Deoque inprimis gratias aget tanquam prudentissimus atque sapientissimus princeps, quod hujusmodi facinora atque scelera per organa sua, hominis scilicet vilis conditionis præcavere atque impedire dignetur, in posterum denique diligentiorem S. Regia Majestas Vestra curam sui gestura est. Sunt enim omnino conjecturæ, nec paucæ, nec leves, quas etsi non habeam pro plane certis atque firmis, magnas tamen intra me suspiciones excitant, neque id solum intelligo de exteris sive peregrinis, verum etiam de iis ipsis, qui S. Regiæ Majestati Vestræ omnem merito fidem atque obedientiam præstare tenentur. Verumtamen omnibus iis conjecturis in dubium positis atque remotis, ego tamen ad experimenta mea, scilicet ad cabalisticam artem magiamque naturalem confugio, quandoquidem in tantis, tamque arduis rebus me nunquam fefellerunt, quum rerum fundamenta, radices atque origines complectantur. Ac porro demum quæ in his deprehendi, illa ipsa corroboro firmoque per media id est per consilia insidias factas, gestaque eorumdem hominum, qui coram S. Regia Majestate Vestra animam, redentemque, adulantem, falsamque affabilitatem, seu comitatem præ se ferunt, a tergo vero absentesque omnis generis pravis, virulentis, invidiaque plenis affectibus et odiis manifestissime produnt. Postquam ipsa veritas (id Deo juvante brevi futurum spero) plene patefiet, quemadmodum certe jam aliqua ex parte in lucem prodire coepit, tum demum S. Regia Majestas Vestra de sincera fidelitate mea clementer atque melius judicabit. Neque vero interim præmonitio hæc mea, licet a me homine exiguæ conditionis fiat, ullo pacto spernenda videtur. Poterit ac debebit profecto S. Regia Majestas Vestra non solum in cibo potuque, verum etiam in vestitu, lotionibus, attactu quarumvis rerum, inque aliarum insidiarum speciebus, præcautione uti quam diligentissime. Nam hodie corruptus ac depravatus mundus, adeo propensus est ad insidias, fraudes et iniquitates omnes, ut quum manifestis actis, velut attactu, propinationibus, vel aliis nocendi modis libidinem suam, voluntatemque sceleratam exercere atque adimplere nequit, per privata sua et secreta illinimenta, unctionesque utensilium, maximeque necessariarum rerum, utpote lectorum, ephippiorum, habenarum, imo et scannorum, sedilium, ejusque generis supellectilis, id quod intenderint, perficiunt: tamque caute ac tecte hoc fit, ut si vel solummodo toxicata homo attingat, vel per ea transeat, mox vitam amittere cogatur. Itaque denique, proh dolor! temporibus his ultimis in arte hac sua maligna sunt periti, ut ‡ etiam ad tempus certum ac definitum dirigere atque extendere effectum possint, adeo [ut] qui hæc toxicata attigerunt, post tertium, nonum, decimum quintum, vel trecesimum demum diem, aliquando

etiam serius vim sentiant accepti veneni. Nam infectionis vires lento plane gradu per venas, musculos et nervos ad cor penetrant, unde tandem correpti vel obdormiunt, spiritu a corpore recedente, vel longe dolorum cruciatu afflicti tabescunt, unaque cum carne naturales vires amittendo, vitam cum morte commutant.

Pharmaci porro hujus per vim veneni amissas vires instaurantis, simulque ne onus conceptum in corpore figat pedem, vel si jam fixit, longius non serpat, præservantis portionem majorem, juxta S. Regiæ Majestatis Vestræ petitionem, ego nunc per Boianovium libenter promptissimeque mitto, nimirum doses quatuor, de quo ex hoc ipso, quod mitto vetro, ego vidente Stanislao prægustavi, moreque apud reges usitato aliquantulum hausi, quod ipsum et Stanislaus me secutus, sine tergiversatione fecit. Quamobrem S. Regiæ Majestati Vestræ humiliter, sincere atque fideliter illud offero, et simul quæcunque requiri a me possunt servitia, atque officia demissa et paratissima delata volo. Deum Opt. Max. oro, ut cum hujus, tum aliorum omnium utendi necessitatem a S. Regia Majestate Vestra clementer avertat.

Postremo, quoniam jam occasionem commodam sum nactus, S. Regiam Majestatem Vestram ego non solum hac in parte, verum etiam quod alias omnes attinet insidias, quæ quidem multæ ipsi struuntur, quasque ut Deus amoveat pro clementia sua, vehementer precor, tam fideliter in curam meam suscepturus sum, ut plane sperem, diligentiam circumspectionemque meam, primo omnium gloriæ Dei, deinde S. Regiæ Majestatis Vestræ commodo, atque utilitati, subditorum denique ejusdem paci, quieti atque concordiæ, mihi vero, interveniente gratia Dei, laudi dignitatique servituram esse. Deus Opt. Max. S. Regiam Majestatem Vestram una cum sua dilectissima [conjuge], cui simplex hoc meum et sincerum scriptum tanquam sapienti prudentissimoque regi accuratius judicandum relinquo, quod ego propter tenuitatem ingenii mei exarare potui, ejusdem item clementiæ humiliter me commendo, in firma valetudine, diuturna, felici et pacifica gubernatione conservet, et ab omnibus fraudulentis insidiis, callidis artibus, et hominibus maledictis clementer tueatur (1). Datum Berlini, die 13 julii, anno Domini 1578.

LXXV. (1) Ponieważ wielkie jest do prawdy podobieństwo, że Stefan Batory zszedł z tego świata zgładzony trucizną przez jednego ze swych lekarzy, od których aby się miał na ostrożności upominał go xiążę Pruski, ta okoliczność tym ciekawszym i osobliwszym powyższy list czyni. Jeżeli król, jak się z niego okazuje, już w tym roku, kiedy mu jeszcze żadne nie groziło niebezpieczeństwo, żądał antydotu od Turneisera, nadwornego lekarza elektora Brandeburskiego, tym bardziej musiał go używać po odkrytym naprzód Ościka, następnie Zborowskich na jego życie zamachu. Ale trucizna przyprawiona przez Mikołaja Buccelego, który, jeżeli można dać wiarę Krysztofowi Zborowskiemu, ofiarował mu się króla otruć, lub przez Szymona Simoniego, musiała być dzielniejsza, niżeli przysłany mu przez Leonarda Turneisera antydot.

Co tu ten medyk, kabalista i czarnoxiężnik mówi o tak gwałtownej truciznie, że nie tylko wewnątrz zażyta, ale nawet przez samo dotknięcie śmierć zadać może, było to powszechne w tym i następnym wieku mniemanie. (Zygmunt August wdziewał rękawiczki, kiedy brał podarunki od matki.) Roku 1630, kiedy w Medyolanie, będącym wtedy pod panowa=

niem Hiszpanii, grasowało wśród głodu straszne morowe powietrze, lud tak był przekonany, że namazywano klamki przy drzwiach, ławki w kościołach jakimsiś jadem, i że to było przyczyną pomorku, że wiele osób niewinnych, na które miał podejrzenie o takowe namazywanie, okrutnie pomordował. Agostino Lampugnano: La pestilenza seguita in Milano, l'anno 1630, Milano, 1634. Josephi Ripamontii, canonici scalensis, chronistæ urbis Mediolani, De peste, quæ Mediolani anno 1630 magnam stragem edidit, Mediolani, 1640. Ten ostatni powiada: „Unguenta vero hæc aiebant componi conficique multifariam, fraudisque vias esse complures, quarum sane fraudum et artium, aliis quidem assentimur, alias vero fictas fuisse commentitiasque arbitramur." cap. V.

CLXXVI.

Electoris Saxoniae intercessio pro nonnullis creditoribus Loysiorum.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime Rex. Regiae Vestrae Serenitati salutem dicimus, et studia, operamque nostram in omni officiorum genere promptissimam pollicemur.

Domine et affinis charissime. Significarunt Nobis Achatius burgravius et baro a Dhona, Albertus Fridericus, et Wolfgangus a Werensdorf, Erasmus ab Olsnitz, et Wolfgangus a Crentzen, subditi Ducatus Prussiae, quod illorum socer et pater, Theodoricus a Werensdorf, decem florenorum millia ..... hic vero suo nomine triginta duo millia talerorum Loysiis mutuo dederint, quam pecuniam se non tantum hactenus non potuisse recipere, sed nec etiam pactas legitimas usuras sibi ab aliquott annis exsolutas fuisse conqueruntur. Quum tamen dicti Loysii in Regiae Vestrae Serenitatis ditione amplos fundos possideant, ex quibus ipsis satisfieri et facile posset, et merito etiam deberet, praesertim quum ante omnes alios Loysiorum creditores, et ipsum etiam Ernestum Weierum, quem immissionem in dictos fundos impetrasse dicunt, jus prioritatis per arestum fuerunt consecuti. Nobis itaque supplicarunt, ut hoc ipsorum negotium Regiae Vestrae Serenitati commendaremus, et rogaremus, ut Regia Vestra Serenitas eam ipsorum rationem habere vellet, quo tandem pecunia illa a Loysiis ipsis reddatur, certissimam spem in amicitia, quae inter Serenitatem Vestram Regiam et Nos est, collocantes, hanc commendationem et intercessionem nostram apud Serenitatem Vestram Regiam plurimum ipsis profuturam, prout haec omnia Regia Vestra Serenitas ex inclusis literis ipsorum ad Nos plenius intelliget. Nos igitur huic ipsorum petitioni clementer acquiescentes, quum aliqui ex ipsis nostri etiam vasalli sint, has ipsis intercessorias literas ad Regiam Vestram Serenitatem dare voluimus, quibus Eam amanter rogamus, ut huic negotio per se aequo nostra etiam causa ita prospicere velit, quo ipsis ea pecunia, quam bona fide ipsis dederunt mutuam, aut reddatur, aut eo nomine ex praediis Loysiorum ipsis satisfiat. Faciet in eo Serenitas Vestra Regia rem et justam, et aequitate sua dignam, Nobis vero etiam gratissimam, quam vicissim omni officiorum genere recompensabimus. Regiam Vestram ~~Majestatem~~ Serenitatem recte valere optamus, Eique omnia fausta et felicia precamur. Datum in arce nostra Weidenhain, die 17 mensis julii, anno Domini 1578.

17 jul

CLXXVII.

Literæ Amurathis Turcarum imperatoris ad Stephanum regem Poloniæ.

Teka Naruszewicza ~~92~~ 85: 196. Ex interpretatione originali in arch. St. Aug. regis.

Oryginał turecki listu w Arch. Książ. Czartor. MS 307.

Gloria et splendor fulgidissime, Stephane Rex Poloniæ, Magne Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Livoniæ, et aliorum regnorum, princeps magnanimorum Jesum comitantium, moderator negotiorum et rerum omnium plebis et familiæ Nazarenorum, nubes gratissima pluviarum, fons splendoris et honestatis dulcissime, Domine et hæres perpetuæ beatitudinis et gloriæ regni inclyti Poloniæ, ad quem omnes supplices confluunt, incrementum omnium actionum vestrarum beatissimum, exitusque felicissimos optantes, et perpetua familiaritate nostra sanctissimoque foedere digna vota et laudes perpetuas offerentes, hisceque prædicta et postposita decore summo absolventes.

Significamus Vobis amicissime, quod mercator noster Michael adhuc in corporis sanitate existens hominem suum Andream Mizir nuncupatum Moschoviam cum pecunia nostra propter pelles et alias nobis necessarias res miserit, prædictusque Andreas omnibus necessariis emptis et comparatis, negotiisque suis absolutis, in Poloniam regnum vestrum redierit, ubi quum audisset mortem prædicti Michaelis, in Polonia manens ad Nos redire noluerit: quod quum Nobis nuntiatum esset, homini filii prædicti Michaelis Georgio czausium nostrum adjungentes, misimus, à Vobisque postulamus, ut, literis nostris acceptis, statim vestram erga Nos amicitiam et vicinitatem declarantes, prædictum Andream una cum pellibus, mercibus et hominibus penes illum existentibus, filiis nempe Georgii Cheltik, Georgio et Joanne, prædicto czausio nostro Achmat et homini filii Michaelis prædicti, pellibus, inquam, et rebus omnibus sine defectu et diminutione exhibentes nullum damnum inferre patiamini, sed fide dignis hominibus vestris adjunctis, in Moldaviæ fines deduci curate.

Ceterum in finibus Poloniæ Cosacos et facinorosos quosdam iterum congregari et contra ditionem nostram præparari Nobis significatum est. Constat autem Vobis optime ternas aut quaternas literas nostras ad Vos esse datas, quibus ut universos nobiles, Magnificos capitaneos officialesque vestros in vicinitate ditionum vestrarum existentes cohiberetis, mandaretisque illis, ne quid contra pacem et vicinitatem agi paterentur, sed constanter pacem retinerent significatum est. At capitanei et officiales vestri temere sese opponentes, et literis nostris, vestroque mandato inobedientes, sæpe Cosacos et milites Poloniæ in ditionem nostram Moldaviam mittere, et damna infinita inferri, contraque pacem et foedus inter nos confirmatum agi, tumultibus et damnis occasionem præberi non timuerint et non cessarunt, et adhuc non cessant. Verum si quid in posterum temere contra pacem et foedus tentantes, occasiones tumultibus præbuerint, et Cosacos alteriusque conditionis homines non cohibentes, aut instinctu Dominorum Polonorum, aut auctoritate cujuslibet in ditionem nostram mittentes, damnum inferri permissum fuerit, impossibile est ut tandem Polonia amicitia et vicinitate utatur, aut in pace maneat. Quare prædictis diligenter consideratis et examinatis, curam adhibete ut capitanei et officiales omnes in finibus

existentes coerceantur, et firmiter illis mandetur, ne Cosacis et alterius conditionis hominibus libertatem ad agendum contra pacem dent, sed diligenter advigilantes, cohibeant et coerceant inobedientesque puniant, ut reliqui exemplum ab illis sumentes timorem habeant, nec ~~quic~~ quicquam contra pacem et foedus agere præsumant (1). Felicissime valete. Datum Constantinopoli 18 julii, anno Muhammedi 986, Jesu vero anno 1578.

CLXXVIII.

Literæ Mehmed Bassæ ad regem Stephanum.

T.N. 85, 197. Ex interpretatione originali in archivo regni

Gloria et splendor fulgidissime, Stephane Rex Poloniæ, Magne Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Livoniæ, et aliorum regnorum, princeps magnanimorum Jesum comitantium, moderator negotiorum et rerum omnium plebis et familiæ Nazarenorum, nubes gratissima pluviarum, fons splendoris et honestatis dulcissime, Domine et hæres perpetuæ beatitudinis et gloriæ regni incliti Poloniæ, ad quem omnes supplices confluunt, incrementum omnium actionum vestrarum beatissimum, exitusque felicissimos optantes, et perpetua familiaritate nostra digna vota et laudes perpetuas offerentes, hisceque prædicta et postposita decore summo absolventes.

Significatio amicissima est, quod ex mercatoribus Cæsaris nostri beatissimi et benedicti cujus vitam Deus prolonget, Michael vivus adhuc Andream Mizir nuncupatum christianum, ratione pellium et rerum aliarum Cæsari potentissimo necessariarum, pecunia ex fisco cæsareo accepta, miserat: qui Andreas profectus more pristino pelles et res alias pecunia Cæsaris emit, Moschoviaque egressus in Poloniam venit, et audita morte Michaelis domini sui, redire ad nos nolens, in Polonia mansit. Propter quem filius prædicti Michaelis hominem suum Georgium, procuratore ex czausis Cæsaris potentissimi Achmato adjuncto, cum literis Cæsaris potentissimi misit. Convenit autem ut quamprimum literæ Cæsaris potentissimi ad Vos pervenerint, statim prædictum Andream cum pellibus et rebus universis juxta Andream existentibus, filiisque Georgii Cheltik, Joanne et Georgio christianis, prædicto Achmat czausio et procuratori filii Michaelis exhibeatis, et ex pellibus rebusque aliis ut nihil dissipetur pereatque, sed fide dignis hominibus vestris adjunctis, secundum tenorem amicitiæ et vicinitatis fidelitatisque ab initio a Vobis erga Cæsarem potentissimum declaratæ, ad fines ditionis Cæsaris potentissimi deduci curetis. Nos quoque

---

CLXXVII. (1) Skarży się tu sułtan na wtargnienie do Multan roku 1577 Iwana Podkowy z Kozakami zaporozkimi i wyparcie z nich Piotra wojewody. Król Stefan zamyślając jui wtenczas o wojnie z Moskwą i chcąc mieć pokój od Turka, wypłoszył tego Podkowę z Multan wojskiem z Siedmiogrodu na posiłek Piotrowi postanem. Podkowa wracając z Kozakami, przytrzymany koło Nimirowa przez Janusza xięcia Zbarazkiego, i do hetmana polnego, Mikołaja Sieniawskiego, odesłany, w ścisłem więzieniu osadzony został. A gdy tego roku Kozacy z Alexandrem, młodszym Podkowy bratem, po raz drugi do Multan wtargnęli, król będący wtenczas we Lwowie tego Podkowę ściął tamże karać. Te same skargi na Kozaków z pogróżkami powtarza w następnym liście wielki wizyr Mohammed Sokolli.

speramus ut, literis Cæsaris potentissimi hac de re ad Vos datis, acceptis, singularem reverentiam exhibentes, et fidem illis habentes, prædictos christianos cum pellibus et rebus universis prædicto cransio exhibeatis, et salvos tutosque ad fines ditionis Cæsaris potentissimi, adjunctis quotquot necesse fuerit fide dignis hominibus vestris, deduci curetis, nosque certiores de omnibus facietis.

Ceterum in finibus Poloniæ Cosacos adhuc grassari, convenire, et latrocinia patrare velle nobis significatum est.... sed ut diligentem adhibentes curam, Dominos capitaneos et officiales vestros in finibus existentes cohibeatis, et firmiter iis mandetis, eo modo et ordine omnis conditionis homines inhibeantur et refrenentur, ne quid contra pacem et fœdus agatur, sed in pace et tranquillitate sint nobiscum significamus. Hac de causa persæpe literæ quoque Cæsaris potentissimi ad Vos sunt datæ, et omnia in ordinem redigentes facinorosos puniretis significatum est, nuncque significatur categoriceque dicitur, quod si subditos Cæsaris potentissimi molestare et turbare cessatum non fuerit, Cæsar potentissimus inultum nulla ratione patietur. Si autem Domini Poloni sibi non abstinentes, et in ordinem suos non redigentes, turbæ occasionem aliquam præbuerint, auxilio Dei omnipotentis ultio Cæsaris potentissimi sine dubio declarabitur, quod iterum atque iterum Vobis significatum est, nuncque significatur. Spes est quod Vos quoque hac in re invigiles non existentes, Dominos Polonos in finibus existentes refrenetis, cohibeatis et inobedientes punietis, finesque vestros in ordinem certum et optimum redigentes, paci et tranquillitati studeatis: quod si autem advigilatum non fuerit, exitus bonus non erit. Vos quoque igitur efficite, ut omnia finem bonum sortiantur. Et feliciter valete. Datum Constantinopoli, die 18 julii, anno Muhammedi 986, Christi vero anno 1578.

TN.85, 195 List sułtana Murada Hana do S B. z oryg. w Arch. St. Ang

z Konst. 18 Lip. 1578

Wstawia się za kupcem Mahmutem synem Mechmetha aby mu wolno było przy kraju Polski przyjechać i zakupionemi w [illegible] [illegible]

CLXXIX.

Literæ Mehmed Bassæ ad regem Stephanum.

Teka Naruszewicza 92. Ex interpretatione originali arch. regni.
85/198

Gloria et splendor fulgidissime, Stephane Rex Poloniæ et Magne Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Podlachiæ, Livoniæ, Volhiniæque, ac princeps magnanimorum Jesum comitantium, moderator negotiorum et rerum omnium plebis et familiæ Nazarenorum, nubes gratissima pluviarum, fons splendoris et honestatis dulcissime, Domine et hæres perpetuæ beatitudinis et gloriæ regni inclyti Poloniæ, ad quem omnes supplices confluunt, incrementum omnium actionum vestrarum beatissimum, exitusque felicissimos optantes, et perpetua familiaritate nostra digna vota offerentes.

Significamus amicissime quod hieme præterita, quum bellum Filakiense infeliciter pugnans, fusus a christianis fuisset dux belli Filakiensis Alibeg, cum puero quodam suo captus, in manus fratris Vestri, quondam filii Stephani Batori, incidit, nunque in manibus ejusdem detinetur, et quod magna summa ab eo peteretur nobis significatum est. Dux vero ille belli non pluris est, quam viginti millium asperarum, quæ viginti autem millia asperarum summa quingentos in anno efficit taleros. Quod vero nullum apud nos habeat reditum præter timar, nobis constat optime, nosque non ob ejus virtutes pro eo laboramus, sed quum ab infantia apud bejum Bosnensem nobiscum educatus et illius planta fuisset, nobisque bejus ut apud Vos, amicos nostros, pro illius libertate laboraremus supplicasset, Vestram in gratiam illius auctoritatem interponentes, vehementer et singulariter a Vobis petimus, ut Vestrum erga nos amorem declarantes, ducem prædictum una cum puero suo, si fieri potest, Vestra amicitia, auctoritate et fraternitate interposita, liberetis; quo facto et Vestrum erga nos amorem declarabitis, et efficietis ut quidquid negotii in partibus nostris habueritis, nos quoque studiose et amore singulari exsequentes, voto Vestro in omnibus satisfaciemus, et nulla in re refringemur. Si vero nulla ratione gratis liberari possit, in eo quoque Vestrum erga nos amorem declarabitis, si pro illo numerata pecunia accepta, ut liberetur efficietis. Animadvertetis nos quoque ingratos non futuros, sed gratia et benevolentia recompensaturos. Quare iterum atque iterum a Vobis petimus, efficite ut intelligatur petitionem nostram non fuisse inanem, sed coram omnibus Vestra erga nos benevolentia manifesta fiat. Felicissime valete (1).

Datum Constantinopoli, die 18 julii, anno Muhammedi 986, Christi vero anno 1578.

CLXXIX.

(1) Alibeg, za którym wstawia się w tym liście wielki wizyr Mohammed Sokolli, wzięty był zapewne do niewoli w wojnie podjazdowej na pograniczu ~~Bosni~~ Tureckich y Austryackich w Węgrzech posiadłości, koło miasta Fülek, pomimo ośmioletniego rozejmu, między Austryakami pod dowództwem Khevenhüllera, i Turkami pod sprawą Ferhadbega w zimie roku 1578 toczonej.

CLXXX.

Caligarius, nuntius apostolicus, ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime Rex. Antonius Possevinus, vir de collegio Jesuitarum et doctus, et pius, quum paulo ante proximam, superiorem hiemem jussu S. D. N. papæ, graves aliquot ob causas, et Reipublicæ christianæ inprimis salutares, ad Serenissimum Sveciæ regem venisset, ibi quinque et amplius menses humanissime tractatus consumpsisset, dimissus tandem benigne ab Serenissimo rege et regina, literas et mandata magnis de rebus ad Majestatem Vestram Regiam attulit. Quumque ipse Romam festinaret, a rationibus susceptæ peregrinationis valde alienum existimabat, si diu hic frustra consedisset. Quare ipse datis ad S. Regiam Majestatem Vestram literis, quibus fere Svetica mandata exhauriuntur, iisque et epistolis, ac mandatis regiis apud me relictis, ea cura levatus, institutum iter agere perrexit. Ego autem quum viderem adventum Majestatis Vestræ ad hanc urbem longius paulo, quam vulgo creditum est, protrahi, nunquam putavi non ab re fore, si literas easdem primo quoque tempore ad S. Regiam Majestatem Vestram quam fidelissime perferendas curarem. Qua in re eo etiam studiosius egi, quia illud mihi præterea magnopere animadvertendum videbatur, ne, si otiosius illæ ipsæ literæ in manibus meis consenuissent, occasio propemodum divinitus oblata conciliandæ et stabiliendæ pacis ac foederis inter summos reges mea negligentia de manibus laberetur. Erit igitur S. R. Majestatis Vestræ pro sua prudentia sedulitatem hanc æqui bonique consulere, et mea adeo opera, si quid tamen in ea re usui esse poterit, perinde uti, atque hominis vel deditissimi, vel fidelissimi; tunc enim S. D. N. industriam, ac labores meos me vere probasse existimavero, quum primum S. Regiæ Majestatis Vestræ gratiam elaboravero, nullumque præterea hoc tempore apostolicis auribus gratiorem nuntium per me afferri posse certo scio, quam si Sanctitas sua ex meis literis intelligeret, jam alios atque alios christiani nominis reges arctioribus benevolentiæ vinculis et perpetuæ pacis foedere cum S. Majestate Vestra amicitiam junxisse, atque una in omni officiorum et consiliorum societate quam conjunctissime secum vivere. Quod autem S. R. Majestati Vestræ ex ejusdem literis facile placere intellexi, ego hic tamdiu commorabor, dum omnino exploratum fuerit illius ad nos adventum ab omnibus plane expectari. Interea si quid poterint hominis peccatoris preces et sacrificia, non desinam salutem et incolumitatem S. R. Majestatis Vestræ omnipotenti Deo assidue commendare, quemadmodum studia et obsequia mea, atque adeo me ipsum S. R. M. Vestræ humillime semper commendo. Datum Cracoviæ, die 20 julii, anno Domini 1578.

85. 199. St. Hosius Petro Myszkowski Epp. Cracoviensi ex Opus ... Hosii 22 Julii Roma 1578

Prosi ... aby wyrzygnąć ... w Krakowie ... przykładem Cesarza Rudolfa

CLXXXI.

Rex Sveciæ ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Serenissime princeps, frater et affinis charissime. Quum certo ad Nos perlatum sit de Serenitatis Vestræ feliciori rerum contra Moschum in Livonia successu, non possumus non Serenitati Vestræ hac de re congratulari, quum quod Vestra Serenitas immanitatem hostis in subditos Serenitatis Vestræ exercitatam, utcunque vindicarit, tum etiam quod bellum justissime contra barbaros susceptum, non minus omnibus comprobari, quam Deo annuente utriusque nostrum armorum conjunctione nobis nostrisque regnis et ditionibus summopere profuturum speremus. De nostris rebus quum toties ad Serenitatem Vestram scripsimus, neque adhuc responsi quicquam ad Nos pervenerit, iis nunc supersedere volumus, ea autem spe, ut brevi responsum, et ab ~~æquo~~ æquitate, et nostra expectatione non alienum, ad Nos mittatur. Interea tamen, quum intelligimus Serenitatis Vestræ regna abundare frumento, ex quo aliquot abhinc annis agrorum sterilitatem non persenserint, non gravabimur pro aliqua quantitate Nobis a regno Serenitatis Vestræ debita, aliquid frumenti accipere. Petimus igitur, ut Serenitas Vestra curare velit, quo quamprimum Gedani nostris mandatariis frumentum pro quadraginta aut quinquaginta millibus talerorum justo pretio æstimandum tradatur, et ut similiter reliqua, quæ ad Nos, nostramque conjugem charissimam quocunque jure spectare possunt, Nobis sine longiori procrastinatione cedant, aut saltem absolutum responsum, affirmativum vel negativum, habeamus: ut eo commodius, si nostra persoluta fuerint, Nobis, unitis utriusque nostrum viribus, finem crudelissimi belli Moschovitici facere contingat, quod Vestram Serenitatem æque ac Nos et optare, et interesse putamus. Nos ad omnia fraterna officia propensos fore Vestra Serenitas non dubitet, quam diu in florente regni statu valere, unà cum conjuge, sorore nostra carissima, cupimus. Ex regia nostra Stocholmia, die 23 mensis julii, anno Christi 1578.

CLXXXII.

Vincentius Laureus, episcopus Montis Regalis, ad Sacram Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063 t. 1.

In ipso meo ad urbem Cracoviam adventu, literas accepi S. Regiæ Majestatis Vestræ, ~~Ut solet~~ quibus Majestas Vestra, ut solet, graviter respondet ad ea, quæ ego postrema epistola secum de concordia cum imperatore confirmanda accurate egeram. Video quidem Majestatem Vestram omnes suas curas in christianæ Reipublicæ salute defixisse, sic ut omnium principum christianorum conjunctionem ardentissime cupiat, tantum abest, ut se a Cæsaris amicitia removere unquam cogitarit. Itaque ne oblatam ex Turcico bello adversus Persas (quanquam id minime diuturnum fore recte judicat Majestas Vestra, nam idem ex Italia constanti multorum sermone auditur), occasionem amittat, internuntium ad imperatorem perpetuæ pacis fundamenta jaciendi gratia mittere jam constituit: qua autem ego moneor meas esse partes, ut nomine Sanctissimi Domini Nostri curem, quo Majestas Vestra plane cognoscat, et hanc legationem imperatori gratam esse, et in iis, quæ a Majestate Vestra juste proponentur, benevolentiam erga se ipsius imperatoris et æquitatem apparere, id feci pro meo munere; accepta enim epistola Majestatis Vestræ, ejus de ea re propositum, susceptumque consilium meis literis per certum tabellarium allatis, quarum cum his est exemplum, imperatori exposui. Quod vero ad ejusmodi negotium deerit, id persequetur Reverendissimus successor meus: offendi ego illum hic citius, quam sperabam, sed nihil habui potius, quam ut eum convenirem, et cum eo, quoad potui, de statu omnium rerum, quæ ad catholicæ religionis incolumitatem, et ad Majestatis Vestræ dignitatem pertinerent, conferrem, quæ ille uti pro sua prudentia et dexteritate facile perspexit, ita prompto et alacri animo gerenda suscepit, in quo confirmor optima spe illum Sanctæ Sedis Apostolicæ partes honorifice expleturum, et Majestati Vestræ cumulate satisfacturum.

Non ita pridem ex Svecia, [qui] religionis [causa] missus fuerat, mihi retulit, qua ipse navi Gedanum appulit, eandem Patrem Varsevicium conscendisse, in Sveciam transmissurum. Attulit ad me ille a Serenissimis rege ipso et regina ejus uxore literas, quibus ambæ [Serenitates] ad eas meas rescribunt, quarum Majestati Vestræ Varsaviæ pridie ante ejus discessum, ni fallor, legendi copiam feceram, ac rem nummariam tantum urgent: verum ipse Possevinus firmissime asseveravit, nuntii apostolici literas regi fuisse pergratas ex eo, quod conjunctionem et congressum cum Majestate Vestra, de quo scripseram, quam maxime ille cupiat, seque valde distentum esse, quo rationem aliquam ineat tuto et ex dignitate brevi cum Majestate Vestra colloquendi: verum quum ejusmodi res tota vere pendere videatur ex negotio, quod ibidem gesturus est Pater Varsevicius, ejus literæ essent expectandæ, antequam certi aliquid de ea re statui possit, ille enim diligenter instructus, quid in ea præstiterit, brevi significabit. Quas autem de eodem negotio ad me literas daturus est, inter nos constituimus, ut additas in unum fasciculum Majestati Vestræ inscriptum Reverendo præposito Plocensi mittat,

quo Majestas Vestra, ne res ad alios emanat, aperire et legere possit. Pater Possevinus, de rebus controversis ut cum Majestate Vestra ageret, a rege Sueciæ mandatum habuerat: quum vero Majestatem Vestram longius abesse audivisset, festinationem ad S. D. N. excusans, Reverendissimo ipsi successori meo eadem tractanda reliquit, facturus officium, quod vehementer optabat, Majestatis Vestræ adeundæ in hoc suo reditu, quem brevi futurum sperat. Monuit is oratorem Lorichium, ut in Sueciam non transiret, veritus ne regiorum consiliariorum æmulatione ei amplius non permitteretur in Poloniam reditus: id ipsi oratori facile persuasit, et ut ad id probandum Serenissimos conjuges adduceret, suis quoque literis contendit, a me etiam petiit, ut idem officium facerem, quod et præstiti meis ad regem et reginam literis datis: caput excusationis est, fore ex usu utriusque Majestatis, ut orator e Polonia non efferat [pedem], donec de negotio Suetico certi aliquid sit hic constitutum. Lorichius vel Gedani, vel Braunsbergæ responsum expectabit.

Cæterum, quum Majestas Vestra sibi me gratum facturum scripserit, si aliquantisper Cracoviæ subsisterem, dum ipsa huc veniret, libenter obsecutus sum; nihil enim quod Majestatem Vestram velle arbitrarer, aut difficile mihi unquam, [aut] laboriosum duxi. Jam dum Majestati Vestræ hic præstolor, totus mihi mensis fere consumptus est, neque tamen huic moræ addere aliquid temporis refugerem, nisi Majestatis Vestræ adventus, qui propediem futurus nuntiebatur, vel omnino dubius, vel in longius rejectus sit, multæque causæ sint, quæ meum e regno discessum urgeant. Quare Majestatem Vestram etiam atque etiam oro, ut mihi cum bona ejus venia in Italiam primo quoque tempore proficisci liceat: ex itinere autem ad imperatorem divertam, ibi concordiæ negotium agam non negligenter. Quod si in eo, vel quovis alio negotio quicquid superesse videatur, mecum duntaxat sermone omnino communicandum, ne gravetur, obsecro huc Majestas Vestra celeriter ablegare Dominum.... virum sane prudentem, qui est quum negotiorum omnium consciens, tum optimus ac fidelissimus Majestatis Vestræ internuntius: huic mandare tuto poterit Majestas Vestra, quæ illum velit mecum loqui. Ego enim res Majestatis Vestræ, quas prorsus intelligo omnes ad catholicæ religionis propagationem, et christianæ Reipublicæ salutem semper spectare, summo studio, summaque fide et diligentia sum perpetuo curaturus.

Quum Magnificus Paulus Uchanski, Majestatis Vestræ ad S. D. N. legatus, per literas a me petiisset, sibi ut perscriberem, num mihi videretur sibi Romam recte eundum, an Venetiis tantisper commorandum, dum Illustrissimi cardinales, restinctis solis ardoribus, in urbem remigrassent, meumque consilium, quod esset ex dignitate legationis, Majestati Vestræ probarem, respondi optimum factu mihi videri, ut Venetias quamprimum appelleret, inde per aliquem ex suis nobilibus meas ad Illustrissimum cardinalem Comensem literas, quibus de hujusmodi re S. D. N. faciebam certiorem, quam celerrime perferendas curaret, atque in ea nihil faceret, nisi de consilio et jussu Sanctitatis suæ, quæ certe id statuet, quocum maxime conjuncta sit existimatio Majestatis Vestræ: non dubito igitur Majestatem Vestram quicquid ipsius Sanctitas decreverit, in optimam partem accepturam. Ego sane non prætermisi, quum per literas

ostenderem primariis sacrosancti collegii proceribus, quam plurimum illi, cæterique Illustrissimi collegæ ad legationem tanti regis adhibuerint, tam optime eos benemereri de catholica religione. Ubi autem terrarum...., præstantissimas ac vere regias Majestatis Vestræ virtutes prædicare, et ad ejusdem Majestatis Vestræ commoda et amplitudinem officia mea omnia conferre nunquam intermittam. Quod reliquum est, Deum immortalem precor, ut sanctæ Ecclesiæ suæ diutissime ac felicissime incolumem conservet S. Regiam Majestatem Vestram. Datum Cracoviæ, die 28 julii, anno Domini 1578.

CLXXXIII.

Rex Poloniæ ad Caligarium, nuntium apostolicum.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Reverendissime in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Allatæ sunt Nobis Paternitatis Vestræ literæ, addita Reverendi Patris Antonii Possevini epistola. De Sveticis rebus satis accurate respondimus agenti Nobiscum oratori Andreæ Lorichio. Quum de Serenissimi regis, Domini affinis Nobis charissimi, voluntate atque responso erimus certiores, cum Paternitate Vestra libenter communicabimus. Videre Paternitatem Vestram quum pro nostra erga S. D. N. pietate et studio, tum per se omnium prædicatione præstantem singulari ingenio, prudentia, doctrina virum jam diu percupimus; verum quum eam longissima profectione jam ante jactatam longius diutiusque affligi ac fatigari nolemus, placeat Paternitati Vestræ Cracoviæ, positis itinerum molestiis, tantisper conquiescere, dum Nos eodem pervenissemus, quod facere Nos quamprimum posse confidebamus. Sed Nos aliud adhuc ex alio negotium, nullum non grave justumque extremis hisce regni nostri locis, plane opinione nostra diutius tenuit: quod si de principio Nobis suspicari promptum fuisset, quoquo modo fecissemus, ut Paternitatem Vestram antehac vidissemus, et nunc quidem Paternitatem Vestram a Nobis abesse pateremur, nisi exploratum Nobis prope esset, posse Nos non ita multis post diebus quam hæ darentur, Cracoviam pervenire, quod Deo juvante facere omnino cogitamus. Quod si tamen hanc spem voluntatemque nostram ratio aliqua, casusve, quod nollemus, interpellarit et retardaverit, non committemus ut diutius peroptato Paternitatis Vestræ conspectu atque colloquio careamus. Quod studia Nobis sua Paternitas Vestra diligentissime defert, gratissimam habemus eam, qua id facit erga Nos voluntatem..... Paternitatem Vestram bene valere exoptamus. Datum Leopoli, die... mensis... anno Domini 1578.

CLXXXIV.

Idem ad Mehmet Bassam.

Illustris princeps, Domine amice sincere Nobis dilecte. Jam aliquoties iteratis vicibus Serenissimo imperatori et Illustritati Vestræ scripsimus, quæ sit jam inde a multis seculis Borysthenicorum latronum conditio, qui ultra illud flumen in vastis campis ex colluvie nostrorum morte damnatorum, ac Moschorum, Tartarorum, Valachorum, confluunt, aperteque illud semper Serenitati ejus, et Illustritati Vestræ significabamus, nulla ratione fieri non potuisse, ac posse, ut isthuc nunquam confluere possint. Audimus

nunc interim, dum res hisce in terris Russiae disponimus, et maleficos in finibus ad supplicium conquirere jussimus, in Borysthene istos homines coivisse, et nactos quemdam latronem, qui se Petrum, filium Alexandri, palatini Valachiae, fingat, versus ditiones Serenitatis ejus longe a nostris arcibus, per aquas ac Valachiae fines praeterlapsos esse. Qua re quum vehementer offendamur, tum sine mora bipartito exercitum nostrum subito misimus, ut una ex parte Petrum palatinum, si ejus opera uti voluerit, juvet, ex altera vero latrones istos exeuntes ex Valachia excipiat et contrucidet, ac quos vivos ceperit, morte puniat. Has nostras copias obtulimus per literas nostras Petro palatino, utque iis pro defensione sua, si opus habuerit, utatur, et de concidendis illis latronibus, cum nostris praefectis earum copiarum communicet, illum hortati sumus. Hoc idem Serenitati ejus sine mora perscribendum putavimus, ne Serenitas ejus hoc tumultu perturbaretur, aut alienum aliquid a nostra mutua benevolentia sibi persuaderi pateretur, sed Nos sincere et candide secum agere sciret. Quod facilius animadvertet Serenitas ejus, si consideravit, quam Nos diligentiam hoc in istorum latronum conatu exhibebimus, et quod illis certe copiae nostrae si eos, ut speramus, assequentur, non parcent. Fama percrebuit, perfidum Moschorum principem, quemadmodum donis corrupit Tartarum, ut contra foedus committeret, ita et hos donis corrupisse, ut, dum Nos in Moschoviam bellum geramus, illi Valachiam turbarent, ut scilicet hac ratione inter Nos et Serenitatem ejus inimicitias concitaret. Verum Nos, quemadmodum causa latrocinii istorum non sumus, ita sinceram et constantem semper amicitiam nostram Serenitati ejus probabimus, et quod ab iis non servitium sed poenam expectamus, supplicia illorum, qui in manus nostrorum militum pervenerint, docebunt. Haec quum ad Serenissimum et potentissimum imperatorem scribamus, postulamus ab Illustritate Vestra, ut ea ipsius Serenitati plene exponat, atque Nobis quam solet benevolentiam etiam nunc demonstret, et hunc nostrum cubicularium, nobilem Andream Lozoviecki, quamprimum cum responso Serenitatis ejus ad Nos remittat. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Leopoli, die 28 mensis julii, anno Domini 1578, regni vero nostri anno tertio.

CLXXXV.

List od iednego przyiaciela od dworu do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Taranowski z czausem Tatarskim postem przyiachał. Chce coś Tatarzyn wytargować, y przymierze czynić, nie wedle starych pakt, ale iakieś nowe, et videtur conditiones dare, aby na każdy rok, chocia służy albo nie służy, upominki miał, z Moskiewskim aby mu wolno amicitiam stanowić, kiedy y za iakiemi kondycyamiby chciał, upominki brać od niego, służyć kiedy każe, et id genus, ani to nic foederi nostro wadzić ma. Kozaka na Niżu aby iednego nie było, a będzieli kiedy ieden, z przymierza nic. Brzegi obadwa Dniepru aby iego były, y snadź i wi na teyż stronie wrociska niektóre między swe narznaczył. Owo takowe absurda et similia powiada. Ten iego poseł iest urodzony Polak Białecki (Bielecki?), chłop, podobno ieszcze w siedmiu

latach ztąd poymany, cera nie tatarska. Czaus zasię list cesarza Tureckiego przyniost, w którym ta otucha iest, że to przymierze secundum antiqua pacta uczynione bydź ma. Nikt tedy inszy nas nie ma pogodzić, iedno ten czaus, y w nim nadzieia wszystka, sin minus, przydzie ie podobno zadzierzeć trochę, a do Porty iescze kogo kinąć, aby car Przekopski napomnion był, aby nad dawny zwyczay nic nie wyciągał. Taranowski iednak passim to każdemu szepcze, że in eo hoste fidem niemasz, a ieśli mu się nie wybiiem, próżno się modlić albo okupować.

Drugie zaś emergens przyszło: dano znać, że Niżowcy ziakimsis Piotrem hospodarkiem, który się synem Alexandrowym zowie, do Wołoch idą z Trzaskiem. Król kazał się tam Panu hetmanowi z żołnierzami Podolskimi na ratunek wwojewodzie Wołoskiemu ruszyć. Bekiesz też tam poiachał z Węgry y hayduki od trzech dni, iedno iż te wieści iakoś ostygaią. Tuszą że się nasi niedługo z drugi wrócą, ale iuż nie wiem iako to iechanie Bekiesowe do Wołoch interpretuią. My toż, kancellarya, bez invidia bydź nie możemy.

Kazano tamże do Wołoch ydworowi się przy Bekiesu ruszyć. Pan kanclerz, iako na marszałkowskiem mieyscu, zwoławszy dworzan, to bydź wolą królewską oznaymił wszystkim wobec. Oni dwa dni na to deliberować. Pan kanclerz privatim o teyich kunktacyi wspominaiąc w te słowa: „wolą seymować, niźli iachać tam, gdzie król rozkazał,” do kogoś rzekł. Doszło ich to, kto potu dosyć było. Zbuntowawszy się przyszli przed króla, y przez Pana Mniszka krayczego z karty na ono seymowanie perorowali, y sztychów kilka nam dali, tem zamykaiąc, że się musimy żałować, że takowych urzędników na dworze mieć nie możemy, którzyby prósby a potrzeby nasze do uszu W K Mci wiernie a życzliwie odnosili.

Był też niedawno drugi casus przypadł, co też invidiam dobrze podniecił, że y teraz iescze gorze. Wąsowicz pisarz polny na ratuszu oddawał z kwarty pieniądze żołnierom. Temrukowi się coś do pisarza nie podobało, że musiał czegoś z służby wytrącać miał: napominał go często, by mu tego nie czynił, niewinności swey rationes dawał. Owoż na rynku zetknąwszy się z nim Temruk, surowie z nim mówić począł, on odpowiadaiż słowa za słowa, aż Temruk zapalony powiedział mu ono słowo, o które się y chłopi w karczmie gniewaią, za tem Wąsowicz pięścią mu w gębę dał, on zaś do szabli, owa było ich wnet kilkadziesiąt dobytych. Temruk iakoś ustępuiąc się z bronią padł, y w prawą rękę obrażon nie wiedzieć od kogo, nie od Wąsowicza, ale wrzekomo zranion od kogoś innego. Owa skoczyli to ten, to ów, rozerwali ie, kto potu dosyć było. Temruk iako wściekły żadnym sposobem iednać się nie chciał. Panowie wszyscy, dwór wszystek, o to się u niego starali, y słówka ani rzecz na to. Musiało aż przyiść na sąd królewski. Temrukowi, iako cudzoziemcowi, król prokuratora przydał Dudkowicza, długo res examinowana była. Byli, co rozumieli, że obadwa iednako winni, drudzy krzywdą wielką Temrukową wołali: w gębę dano, ranion. Król kilka razy dekret zawieszał, aby się iedno poiednali, czynił wielkie staranie Wąsowicz y naprawowanie na Temruka, ale on takwieczny, inaczey nic, iedno chciał aby Wąsowiczowi gardło wzięto, a iemu rękę

ucięto, albo, nie mogli być tak, wię. powiada, y mnie y onego ściąć, a inaczey serce moie ukoione być nie może. Król tedy dekret uczynił, obydwom na wysokim Zamku sieść karał, póki wola Królewska. Dwie niedziele tam siedzieli, dopiero wczora za uproszeniem niektórych panów z zamku ziachać karano. Niektórzy ieszcze iednania między nimi pokusić chcą. Król 16 julii takowy dekret uczynił, to iest iż Wąsowicz niewinniejszy nalezion iest niż Temruk, a iednako cierpieć musiał. Ta była przyczyna invidiae naszey: wołali palam, iż iakiego chciał Kanclerz, taki Król uczynił dekret za Wąsowiczem (bo Wąsowicz rodzoną siostrę ma Drohoiewskich); pany wszystkie spraktykował, że tak, iako on chciał, wotowali, et id genus: in summa, crucifige, wszyscy, y nie mamy za pieniądz przyiaźni u nich. We Lwowie, 3 augusta 1578.

CLXXXVI.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Chodkiewicz.

Teka Naruszewicza 92. Ex orig. arch. Sapiehani (N)

85, 200

Magnifico, sincere Nobis dilecto, salutem et gratiam nostram regiam. Accepimus literas Sinceritatis Vestræ, ex quibus molitionum quarundam in conventu Osmianensi certiores facti sumus. Miramur autem unde hæc fiant, et in quem finem: quale enim illud est, quod bellum contra Moschum omnium Ordinum consensu necessario susceptum, impium et Deo ingratum prædicant (1)? an vero ut hoc prætextu præpotenti tyranno ad explendam cupiditatem suam viam sternant? Jam vero quod ad contributionis laudatæ erogationem attinet, quemadmodum nil necesse est Nos hoc tempore de his in disputationem descendere, ita sine summa necessitate gravique deliberatione, ne teruncium quidem inutiliter extra usum belli exponere volumus. Dum autem conventus ipsorum statuta ad Nos perlata fuerint, tum primum aperte hujus petulantiæ auctores intelligent, quantum Nobis ista displiceant. Si enim is, qui privatam infert injuriam, pœna dignus censetur, quanto magis illi, qui Rempublicam violant, bonumque ordinem, quantum in ipsis est, perturbant, suamque produnt improbitatem? Gratissimum igitur Nobis est, quod Sinceritas Vestra Nos præmonuit: jacula enim provisa minus feriunt; longe autem erit gratissimum, si se hujusmodi magis opponet, nec patietur rem semel conclusam labefactari, quod non erit admodum factu difficile. Nititur enim firmissimis rationibus, fundamentumque æqui et boni habet, et Nos auctoritasque [nostra constitutionibus] conventus universalis aderimus. Bene valere Sinceritatem Vestram optamus. Datum in civitate nostra Leopoliensi, die 7 augusti, anno 1578, regni vero nostri tertio.

Stephanus Rex.

CLXXXVII.

Ustanowienie załogi na zamku w Kamieńcu Podolskim, we Lwowie 8 sierpnia 1578 roku (1).

CLXXXVI.

(1) Na zjeździe w Oszmianie odezwał się zapewne z tem zdaniem Grzegorz Ościk, pan litewski, od niejakiego czasu z carem Moskiewskim w tajemnem porozumieniu zostający, i na życie króla godzący, który, gdy się zbrodnia jego wydała, dał pod miecz gardło w Wilnie 18 czerwca 1580 roku.

(1) Jest w Pamiętnikach do historyi króla Stefana, etc.

CLXXXVIII.

Facultas imprimendi taleros, semitaleros, triplices, etc. Joanni et Casparo Gobeliis concessa (1).

(1) Ten przywilej braciom Gobeliusom (von Göbel) na bicie w Gdańsku monety, dany we Lwowie 17 sierpnia 1578 roku, znajduje się w Numismatyce Krajowej Kazimierza Władysława Stężyńskiego Bandtkiego, t. 1, p. 86.

CLXXXIX.

Internuntii civitatum Hansæ Teutonicæ in Prussia consistentium ad Regiam Majestatem.

Teka Naruszewicza 92. Ex arch. civit. Gedan.
85/203

Serenissime potentissimeque Rex ac Domine Domine clementissime.

Multis notum est quo consensu et consilio maritimæ civitates Hansæ Teutonicæ quas vocant, jam inde ab aliquot seculis honestissimam societatem coierint in eum ferme finem, ut pacato mari liberior esset commerciorum omnium exercitio, quæque diversis regnis ac gentibus usui forent, importando vicissim et exportando communicarentur, et earumdem negotiationum certæ leges essent et instituta ad æquitatem et publicam utilitatem adcommodata. Quorum omnium quamdiu certus fuit ordo et liber usus, non ipsæ solæ civitates res suas florentiores habuerunt, sed etiam inde maximæ commoditates ad vicinas provincias redundarunt. Unde factum ut exteri reges et principes singularibus civitatum meritis adducti, iisdem non vulgaria privilegia et immunitates in regnis et ditionibus suis liberaliter concesserint, inter quos Serenissimi reges Angliæ vel præcipui fuere, quorum etiam indulto collegium mercatorum Hansæ Teutonicæ Londini constitutum est certis commerciorum libertatibus condecoratum, et in flore suo permultos jam annos conservatum. Ceterum injuria superiorum temporum accidit, ut ibidem privilegia et immunitates nostræ, antecessorum nostrorum opera et meritis non exiguis partæ, diu variis modis attritæ, ad extremum etiam adeo vehementer labefactatæ sint, ut pene nunc ex Anglorum privato commodo, res communis foederatarum civitatum ad internecionem redigatur, cum ingenti Prussiæ totius et Poloniæ regni detrimento, quorum mercibus Angli cum lucro suo fruuntur, nostratibus autem Anglicarum mercium commoditates plane præcludunt. Quod ne diutius fieret, jamdudum civitates Hanseaticæ omnes de idoneo remedio deliberant, et nobis etiam incumbit, ut pro eo quod nostra interest in commune consulamus. Deinde quum certo certius persuasum habeamus, Sacram Regiam Majestatem Vestram non minus in iis privilegiis et immunitatibus quæ in exteris provinciis, quam quæ domi fidelibus suis subditis competunt, tuendis et confirmandis clementissime nobis prospectum velle, idcirco humillimis nostris hisce precibus supplicamus, ut Regia Vestra Majestas literas pro nobis commendatitias ad Serenissimam Angliæ reginam scribere clementissime dignetur, et eam amice hortari, ut nos Majestatis Vestræ subditos una cum ceteris foederatis civitatibus majorum nostrorum privilegiis et libertatibus in eo regno antiquitus usurpatis, nominatim in pannis evehendis, deinceps etiam pacifice uti frui benignissime concedat, et e contra exactiones et licentiarum usurpationes præter morem et privilegiorum tenorem introductas clementer abrogare velit. Hoc ipsum non minus cum nostro, quam universi regni Majestatis Vestræ commodo conjunctum erit, nos autem paternam hanc Majestatis Vestræ intercessionem omnibus quibus possumus et debemus fidelissimæ subjectionis obsequiis humillime promereri conabimur. Datum

Gedani, die 21 mensis augusti, anno 1578. Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ humillimi et fidelissimi subditi, civitatum Hansæ Teutonicæ in Prussia consistentium internuntii ex conventione Gedanensi.

CXC.

Ab Augusto Saxoniæ duce ad Regiam Majestatem.

~~Dux~~.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime Rex, Domine et affinis plurimum observande. Serenitati Regiæ Vestræ salutem dicimus, et operam nostram in omni officiorum genere paratissimam offerimus. Nisi et Serenitatis Regiæ Vestræ præclara animi moderatio, cum pari prudentia conjuncta, nobis perspecta esset, et causa, quam hoc tempore ad Serenitatem Regiam Vestram referimus, summa æquitate niteretur; haud facile literis nostris ea complecteremur, quibus Serenitatis Vestræ Regiæ animum offendi posse existimaremus. Jam vero quum non modo prædicatione nostrorum, sed et totius Poloniæ consentiente testimonio, justitia Serenitatis Vestræ Regiæ et clementia passim cognita, adeoque ejus, pro quo hæc scribimus, pietas et fides in patriam notior sit, quam ut exterorum præconio egeat, tantum abest ut suspicemur literas has nostras Serenitati Regiæ Vestræ molestiam aliquam allaturas esse, ut enim spem certam concipiamus, nos nequaquam pro viro innocentissimo laboraturos frustra esse. Quum enim ad nos relatum esset in Generosum Dominum Stanislaum Sandivogium a Czarncovia Serenitatem Vestram Regiam incendi ab aliis iis, qui omnia Czarncovii facta et dicta in invidiam et crimen vocarent, existimavimus probaturos nos Serenitati Regiæ Vestræ officium boni principis, si patrocinium ejus susceperemus, qui præclaris et multis suis in patriam meritis consecutus est, ut sibi in archiepiscopatus Gnesnensis administrationem vices, omnium ecclesiasticorum consentientibus votis, mandarentur. Quod beneficium etsi viro pietate et virtute præstanti justissime a collegio ecclesiastico tributum, ac priorum Poloniæ regum approbatione et auctoritate gravissima firmatum est; tamen, uti nobis significat, malevoli quidam homines sine ulla justa causa labefactare et intervertere nituntur. Id quum per se iniquum est, tum vero hoc iniquissimum, quod Czarncovium culpam iis actionibus contraxisse fingunt, quæ nisi perver-

si rerum æstimatores esse velint, ab omni peccato et malitia lon-
gissime abesse fateri coguntur. Haud diu est quum Polonia
regem suum desideraret, et in magna turbatione atque
confusione rerum omnium conventus frequentes ageret, quum=
=que pro veterē gentis instituto et more omnium tandem
ordinum homines ad electionem regis coirent. Publicæ proce-
rum consultationi etiam Dominus Stanislaus Czarncovius
interfuit, in qua ut omnia libertate maxima de Republi-
cæ necessitatibus dicta sunt, ita et Dominus Czarncovius
adhibuit in consilium cogitationum suarum salutem publicam
nec quicquam sua potius, quam Reipublicæ causa fecit. Nomina-
to deinde principe, cui vacantis regni administratio deferretur
magnus animorum motus factus, et dissensionis causa orta
est, ac multa, ut in contentione civili fit, utrinque acta
et gesta sunt, quorum si quis a singulis exigere rationem,
aut imputare eventum cuiquam velit, haud is quod æquum
est postulaverit, quum tales sæpe casus incidant multis
justis in Republica viris, quibus fraudi profecto esse non
debet, si ab aliis recedant, atque ea sentiant et dicant,
quæ maxime Reipublicæ rationibus putant conducere.
Secutus est Dominus Czarncovius id consilium, quod ut
primum in causa illa fuisse putabatur, ita sine ul-
lius injuria susceptum esse oportuit, in qua senten-
tia immobili animo eousque permansit, donec præpo=
tenti Deo visum esset extricare et stabilire res Polonicas
ad eum modum, quem alter (?) ultra partium dissiden-
tium commodiorem esse judicaverat. Ac si quis forte
putat Czarncovium deinde tardius accessisse ad eos,
quorum sententia valuit, is cogitet viros graves, qui
aperto et simplici animo in causas semel ingressi sunt,
et famam inconstantiæ pertimescunt: non facile se im-
mutare; unde in invidiam et crimen vocari nequaquam
debet, quod Dominus Czarncovius in sententia sua per-
manens, vel pudore ductus, vel temporum et rerum
natura impulsus ac veluti coactus, non ante ad
causam hanc se adjunxerit, quam rebus denique con-
versis, atque aliorum pæne omnium voluntatibus im-
mutatis, ipse quoque gubernanti hæc Deo cedendum esse
arbitraretur. Quum interim obscurum non esset, ipsum
quamvis non idem quod alii ab initio dixisse; tamen

idem semper spectasse, ut qui rei et quieti publicæ consulere voluerit, in quo tamen ipso etiam et temporum et naturæ suæ rationem ejusmodi habuit, ut constantiam gravi viro dignam præstaret, et pariter otii patriæ et bonorum amicum se esse, nihilque temere et pertinaciter fecisse aut facere liquido ostenderet. Quamobrem si quem calumniis inimicorum patriæ communis libertas, si familiæ dignitas, si anteactæ vitæ innocentia, si virtutis studium, si denique non obscura in patriam et principes hujus merita vindicare et in gratiam, ex qua iniquitate vel temporum, vel hominum forte excidit, reponere debent: facile omnium antiquitate et præstantia generis nobilissimus, et in communi Republica cujusvis vel ingenio vel fama et intergritate Czarncovius par, et dignus est, cui, si quid forte in his tam obscuris et perturbatis rebus offensæ subiisset, Serenitas Vestra Regia pro miti natura et humanitate sua placetur, et nostris precibus, quas non ambitiosa voluntate, sed virtute Czarncovii incensi Serenitati Vestræ Regiæ adscribimus, omne id condonet, ipsumque adeo Czarncovium benignitate ac clementia sua regia complectatur, neque cuiquam hominum permittat, ut beneficium in ipsum a collegio ecclesiastico legitime collatum et regum priorum gravi judicio corroboratum, infringatur. Id autem ut Serenitas Regia Vestra ita faciat, et hac in parte veterum heroum, ac inprimis Julii Cæsaris, laudatissimi principis, gravitatem et sapientiam imitetur, vehementer etiam atque etiam officiose rogamus. Erit hoc Serenitati Vestræ Regiæ ad omnem posteritatem gloriosum, et nobis nihil gratius, quodque magis pari et mutua voluntate compensare cupiamus, accidere poterit, quam si intellexerimus rogatu nostro Dominum Czarncovium in locum suum plenissime restitutum esse. Bene valeat Serenitas Regia Vestra et nos, ut instituit, perpetuo amet. Crotendorfii, 23 augusti, anno 1578.

CXCI.

Stephanus, rex Poloniæ, ad Philippum, regem Hispaniæ.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime princeps, Domine amice charissime. Mittitur a Nobis in Hispaniam Daniel Moretus, qui Nobis ab equis domandis est, equorum comparandorum causa, eorum enim generosiore quadam sobole Majestatis Vestræ regna et provincias scimus cæteris semper præstitisse. Quum quod volumus, quodque optamus, Moretum ita facillime, rectissimeque confecturum existimemus, si Majestatis Vestræ literis et concessione ubique versari, et commendatior esse, quosque comparaverit equos libere educere possit, a Majestate Vestra petimus, ut quæ ad conficiendum hoc negotium nostrum pertinebunt, in iis clementi Majestatis Vestræ permissione et voluntate utatur. Erit hoc Nobis perdiligenti curæ, ut Majestati Vestræ omni vicissim genere officiorum, quæ quidem a Nobis, nostroque regno poterunt proficisci, abunde satisfaciamus. Majestatem Vestram bene valere diutissime exoptamus. Datum in civitate nostra Leopoliensi, die 30 augusti, anno Domini 1578.

CXCII.

Idem ad proregem Neapolis (Ignatium Mendozam).

Illustrissime princeps, amice charissime. Mittitur a Nobis in Italiam Daniel Moretus, familiaris noster, qui Nobis ab equis domandis est, quum cæterarum rerum causa, tum ea potissimum, ut Nobis equos istis locis quam optimos mercetur, et comparet. Quum vero Nobis constat, quæ equorum ejus regni, cui Illustritas Vestra regia cum potestate præest, ante alios singularis præstantia sit, cupimus eorum potissimum accessione stabula nostra frequentiora atque ornatiora fieri, eaque de re in regnum Neapolitanum Moretus noster perveniet, qui ut facilius quod volumus, quodque optamus, consequi et perficere possit, Illustritati Vestræ illum commendatum duximus, ac quidem majorem in modum commendamus, et expetimus ab Illustritate Vestra, quum ejus auctoritate, permissione et benevolentia, Moretus in expediendo hoc negotio indigebit, omnia nostro isti equorum consequendorum studio tribuet, et illum in rebus omnibus benigne adjutum velit. Hoc Nobis ab Illustritate Vestra tam gratum accidet, quam quod gratissimum possit, et quæ a Nobis pari in se, vel potius majori erga Illustritatem Vestram benevolentiæ studia proficisci poterunt, cumulate benigneque præstabuntur. Datum.....

CXCIII.

Rex Stephanus ad Turcarum imperatorem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissimo ac potentissimo principi, Domino sultan Murath Dei gratia imperatori maximo Constantinopolitano, Asiæ et Europæ, Persarum, Arabum, Syriæ, Aegypti ac Cypri, etc. Domino, et vicino nostro charissimo. Deus Serenitatem Vestram diu incolumem ac florentem conservet.

Serenissime princeps, Domine amice et vicine noster charissime. Scripsit ad Nos Serenitas Vestra literas per strenuum Achmet czausium suum de Andrea Mizir, famulo Michaelis mercatoris Serenitatis Vestræ, quem is, dum viveret, in Moschoviam ad coemendas pelles, et alias res necessarias Serenitati Vestræ, [cum] pecunia Serenitatis Vestræ miserat, et quod is ex Moschovia in Poloniam reversus, audita morte Michaelis, in Serenitatis Vestræ imperium redire nolle dicatur. Secundo vero loco iisdem literis Serenitas Vestra de latronibus, qui in Valachiam excurrunt, Nos admonet. Sciat igitur Serenitas Vestra, Andream illum, quum in regnum nostrum ex Moschovia venisset, summo studio a Nobis petiisse salvum conductum, ut quam citissime posset in Turciam revenire, et Vilna Leopolim progressum, jam perfectis hic quibusdam negotiis, se itineri accinxisse, et currus aliquot præmisisse, priusquam czausius Serenitatis Vestræ advenit: libenter igitur, ut jam ante constituerat, ad ~~ad~~ aulam Serenitatis Vestræ proficiscetur.

Quod vero ad excursiones latronum attinet, latrones isti illis in vastitatibus ultra Borysthenem, jam ante a multis annis, atque etiam jam inde ante initum foedus a Serenissimis regibus Poloniæ, antecessoribus nostris, cum Serenissimis imperatoribus, majoribus Serenitatis Vestræ, fuere, nec unquam prorsus extirpari potuere. Nam quæ illorum conditio sit, jam aliquoties Serenitati Vestræ perscripsimus. Nos sane summam diligentiam in eis coercendis nunc adhibemus, et quoad fieri poterit, de tollendis illis laboramus. Fecimus id, ut in proximis comitiis statueremus, ut omnes subditi nostri, qui eas excursiones facere auderent, pro exulibus perpetuis, et morte damnatis haberentur, et bona eorum confiscarentur, inque vim executionis ipsius constitutionis misimus ex comitiis in confinia ad illos, qui reperiri possent, pervestigandos et puniendos, Magnificum Joannem Tarło de Szczekarzewice, palatinum Lublinensem, magnæ in regno nostro auctoritatis virum, atque adjunximus Magnificum Nicolaum a Sieniawa, castellanum Camenecensem, et campiductorem nostrum. Proinde his sane latronibus a Nobis non parcetur, nec ullus modus, quo tolli possint, omittitur, sed quominus aliqui siat, præstari certo a nullo potest: ne in urbe etiam aliqua potenti prorsus efficere, quominus latrocinia accidant, possibile est. Ac Valachiæ quidem dominium tale antea fuit, ut magnos exercitus non formidarent: nunc mirum est illud ad excursionem quadringentorum, aut quingentorum latronum tumultibus permisceri, et pavore consternari. Procul dubio nisi ab ipsis Valachis isti latrones accerserentur, eo venire non auderent. Nos bona certe et sincera fide præstabimus hoc in negotio, quod præstari possibile est: novit enim Deus in foederibus colendis animum nostrum sincerum et purum. Bene ~~valeat~~ ac feliciter Serenitatem Vestram valere cupimus. Datum Leopoli, die prima mensis septembris, anno Domini 1578, regni vero nostri anno tertio.

CXCIV.

Idem ad eumdem.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Serenissimo ac potentissimo principi, etc. Venit ad Nos strenuus Suleiman, czausius Serenitatis Vestræ, una cum oratore nostro, Generoso Andrea Taranoski, qui in Tartaria detentus fuerat, ac cum Imbraimo, legato Mehmet Gierei, Tartarorum chani. Is Nobis literas Serenitatis Vestræ attulit, quibus Serenitas Vestra eum ad reducendum ad Nos ex Tartaria oratorem nostrum, missum a se scribit, atque ad servandum juxta morem pristinum foedus, ac pacem cum Mehmet Gierei chano, atque [ut] illi munus antiquitus numeratum tempore solito mittamus, Nos hortatur. Qua in re certe nullius rei alterius, quam foederis cum Serenitate Vestra, quo Tartarorum chanus quoque inclusus est, atque nostræ cum Serenitate Vestra constantis et sinceræ amicitiæ rationem habuimus, neque certe ullam aliam ob causam injurias illius pertulissemus, quominus eas vindicassemus. Sub hoc vero tempore per hunc Imbraim legatum suum misit ad Nos Mehmet Gierei literas foederis non pristina forma conscriptas, quas Nos recipere noluimus, turbatumque hac re prorsus negotium pacificationis nostræ fuisset, nisi czausius Serenitatis Vestræ, strenuus Suleiman, se interposuisset, dicens hanc prorsus Serenitatis Vestræ mentem esse, ut more antiquo pax inter nos coleretur, ac pristina et usitata forma literæ foederis perscriberentur, non dubitare se Tartarorum chanum illas emendatas ad veterem formam Nobis missurum, haberemus modo fidem Serenissimo imperatori, haberemus ipsi, tanquam legato Serenitatis ~~ejus~~ Vestræ, quum in foedere nostro cum Serenitate ~~ejus~~ Vestra sit, ut inter Nos et Tartarorum chanum amicitia sit more solito, et ut solitum quid a Nobis illi numeretur, non refragaturum Tartarorum chanum, ut usitata forma literas perscriptas Nobis mittat, et nisi id fecerit, eum auctoritate Serenitatis ejus coactum iri: non rejiceremus igitur pacificationem hanc, et munera consueta mitteremus. Itaque fidem secuti Serenitatis Vestræ, ac foederis, quod cum Serenitate Vestra habemus, fidem czausii Serenitatis Vestræ, et ad amicitiam cum Mehmet chano consensimus, et munera, tam pecuniam, quam vestes pannosque, juxta pristinum regestrum, per oratorem nostrum, Generosum Martinum Broniewski, aulicum nostrum, ad czausium et legatum Mehmet Gierei adjunctum, ipsi misimus, etiam exemplum pristini foederis, quod czausius vidit, ut Nobis eodem exemplo, sicut czausius Serenitatis Vestræ se curaturum promisit, id a se perscriptum, et juramento de more confirmatum remittat, ac futura æstate Moschum bello Nobiscum aggrediatur.

Cuperemus igitur Serenitatis Vestræ quoque ad eam rem auctoritatem accedere, ut scilicet et pristinam formam foederis sequatur, et hanc amicitiam bona fide colat, nec ditionibus nostris Nobis ob promissam hanc amicitiam securis, damna ipse, ejusve homines dent, sed ut proxima æstate in Moschoviam cum copiis suis proficiscatur. Etenim rationem habentes amicitiæ Serenitatis Vestræ, delegimus Nobis potissimum eum hostem bello prosequendum, qui et Nobis, et Serenitati Vestræ inimicus esset, Moschorum scilicet principem. Jam apparatum omne belli Nobis comparamus, ut valido quum exercitu, beneque instructo, proxima æstate ipsi in persona in Moschoviam proficiscamur, arcesque ejus, Deo juvante, expugnemus. Procul dubio hostis omnes vires adversus Nos convertet: itaque Mehmet Gierei chan alteram partem regni ejus facile bello premere poterit.

Scimus muneribus a Moscho Mehmet Gierium sollicitari, sed et Vestrae Serenitatis interest, ne is cum hoste Serenitatis Vestrae amicitiam colat: nam haec ipsorum societas fortasse etiam Ditionibus Serenitatis Vestrae aliquando periculi aliquid adferre posset. Efficeret igitur Serenitas Vestra pro prudentia et auctoritate sua, ut is, quemadmodum Nobis antiquis foederibus est obstrictus, eo mense, quo ipsum admonebimus, in Moschoviam impressionem faciat. Confidimus id Serenitatem Vestram, et pro religione mutui nostri foederis, et pro Serenitatis Vestrae erga Nos, nostra erga Serenitatem Vestram constanti benevolentia, sine dubio perfecturam...... (1).

CXCV.

Idem ad eumdem.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo a potentissimo principi, Domino sultan Murath, etc. Quid sub reductum oratorem nostrum, Generosum Andream Taranowski, adventumque Imbraim, Mehmet Gierei chan legati, czausius Serenitatis Vestrae, strenuus Suleiman, inter Nos et Mehmet Giereium Tartarorum chanum tractavit, jam aliis literis Serenitati Vestrae significavimus, quas, quum ipsi Suleimano iterum Gereium chanum conveniendum esset, recta ad aulam Serenitatis Vestrae misimus. Quid porro cum Tartarorum chano istic perficiet, non dubitamus Serenitati Vestrae bona fide perferet. Confidimus etiam, ipsam Serenitatem Vestram pro sua, suorumque immortalis memoriae summa in foederibus colendis religione, si quid deinceps difficultatis Mehmet Gierei faciet, id non esse passuram, sed illum auctoritate sua ad pristinam formulam foederis redacturam. Commendamus vero Serenitati Vestrae strenuum Suleimanum, cujus prudentiam ac sinceritatem, cum summo studio tuendi sacrosancti foederis, in tractanda in aula nostra hac pacificatione experti sumus, ut non dubitaremus, eum pari prudentia ac sinceritate reliquum ejus negotii cum Mehmet Gereio, Tartarorum chano, perfecturum esse. Dignus est prorsus gratia ac benignitate Serenitatis Vestrae. Bene ac feliciter valere Serenitatem Vestram cupimus. Datum Leopoli, die prima mensis septembris, anno 1578, regni nostri tertio.

XCIV. (1) Tu kopista dopisał następne wyrazy z listu króla do wielkiego wezyra, Mehmet Paszy Sokollego, i niemi list do sułtana zakończył. Nec etiam dubitamus, Illustritatem Vestram pro sua Nobis probata benevolentia, de iis omnibus plene ejus Serenitatem informaturam, ac ut ad ea Serenitas ipsius auctoritatem et voluntatem suam admoveat, omni studio ac diligentia curaturam esse. Postulamus ab Illustritate Vestra, ut hunc cubicularium nostrum, nobilem Adamum Klecrewski, sine mora ad Nos remittat. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Leopoli, die prima mensis septembris, anno Domini 1578, regni nostri anno tertio.

CXCVI.

Pactio Sacræ Majestatis Reginalis cum Serenissima Sveciæ regina.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Anna Dei gratia Regina Poloniæ, Magna Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, etc. Domina, significamus tenore præsentium, quorum interest, universis et singulis, præsentibus et futuris, quod ~~cum~~ quum Serenissima Domina Catharina eadem [gratia] ducatus Lithuaniæ princeps, soror nostra charissima, post devolutam ad Serenitatem ipsius et ad Nos æquo jure hæreditatem bonorum, post obitum Serenissimi olim regis Poloniæ, divi Sigismundi Augusti, fratris nostri desideratissimi, Nobis parte bonorum, tam mobilium, quam immobilium, ad Serenitatem ipsius in regno Neapolitano, et bonis in Italia existentibus, pertinentium, et specialiter sorte pecuniarum Serenitatem ipsius concernente, in summa capitali quadringentorum et triginta millium ducatorum Neapolitanorum, et reditibus, et ipsis proventibus, per literas suas cessisset, non ea mente ut a se liberisque et successoribus suis eam hæreditatem alienaret, sed ut Nos hæreditatem conjunctim ad utramque nostrum pertinentem facilius adire, et reditus ex ea repetere, et exigere possemus, et illius Serenitati, liberisve Serenitatis ipsius semper traderemus: Nos vero eidem Serenissimæ Catharinæ, Svecorum reginæ, dederamus literas nostras, quibus cavebamus, quod cessio Nobis per Serenitatem ejus facta nihil ejus Serenitatis juri derogare deberet, et quod exactis reditibus omnibus, partem ad Serenitatem ejus pertinentem essemus illi semper annumeraturæ, perinde ac si nunquam Serenitas ejus cessionem Nobis fecisset. Quum autem iterum dicta Serenissima regina Sveciæ, soror nostra charissima, Nos de perceptis reditibus ex præfatis bonis quietaverit, et cessionem suam antefactam cum iisdem conditionibus, quæ in illa continentur, denuo per literas [suas] et Serenissimi principis ac Domini, Domini Joannis eadem gratia Svecorum, Gothorum, Vandalorum, etc. regis, conjugis sui, in pristino robore conservaverit, ut eodem quo ante jure ad exigendos illos utriusque nostrum proventus, uti possemus: Nos quoque ut sinceram nostram fidem in hoc ipso negotio, et amorem erga præfatam Serenissimam reginam, sororem nostram, liberosque ejus Serenitatis declaremus, ac cunctis testatam relinquamus, hisce literis nostris omnibus, tam ecclesiastica dignitate, quam politica in Republica christiana eminentibus, regibus et principibus, judiciis et subselliis universis, notum facimus, quod in præfata portione bonorum Serenissimam sororem nostram concernente, nihil Nobis proprietatis, dominii, aut ususfructus vigore cessionis per Serenitatem ejus Nobis factæ usurpare intendimus, sed jus præfatæ Serenissimæ reginæ, sororis nostræ charissimæ, dominium, proprietatem et usumfructum penes Serenitatem ipsius, liberosve, et successores Serenitatis ejus plenum semper ac firmum et integrum, salvum etiam et illæsum ac inviolatum in omnibus et per omnia permanere volumus, reditibus Serenitatis ipsius ex parte dimidia, quos pro tempore exegerimus, per Nos nihilominus illius Serenitati, aut liberis ipsius semper integre assignandis, et in effectu numerandis. Atque hanc insuper conditionem adjicimus, uti si postea præfata Serenissima regina, soror nostra charissima, cessionem

suam sibi esse detrimento experta fuerit, liberum illi sit, ut suos reditus ex parte Serenitatem ipsius concernente, per quemcunque voluerit, exigat. Quod ut facere possit, Nos libenter dictæ cessioni renunciaturas, ac omne jus, quod ex præfata Serenitatis ipsius cessione ad Nos pervenit, in manus Serenitatis ejus resignaturas, quandocumque Nos de voluntate sua certiores fecerit, pollicemur. Quo quidem etiam tempore Serenitas ipsius, liberive Serenitatis ejus nostras quoque præsentes et superiores literas Nobis bona fide restituere tenebuntur: ut tunc temporis videlicet quælibet nostrum portionem redituum illorum Neapolitanorum pro arbitrio nostro per quemcunque nobis visum fuerit, exigamus. Quod si quid unquam contra hanc cautionem et promissionem nostram, vel a Nobis ipsis, quod absit, vel ab alio quopiam, quocunque dolo, fuco, aut prætextu, aut arte quapiam, aut ~~int~~ inventione excogitata, gestum, vel attentatum fuerit, si quæ denique donatio, vel obligatio in parte dimidia bonorum ad Serenissimam reginam Sueciæ, sororem nostram charissimam, et liberos ejus pertinentium tam mobilium, quam immobilium, et in summis pecuniarum alicui personæ, vel universitati, aut regno facta sit, aut facta fuerit, eam præsentibus literis nostris cassamus, annihilamus et abolemus, irritamque, inanem, juribus vacuam, ac nullius valoris fore ac esse debere testamur, et fictam ac commentitiam censendam pronunciamus, salvis tamen in omnibus et per omnia juribus nostris quibuscumque. Atque de hac mente et voluntate Nos omnibus regibus et principibus, judicibus et tribunalibus, plenissime, nulla contradictione obstante, omni ad fidem faciendam meliori modo, stilo ac forma constare, ac testatum esse volumus per has præsentes nostras literas, quas manu nostra subscripsimus, et sigillo nostro ad perpetuam rei memoriam communiri jussimus. Datum Varsaviæ, die 6 mensis septembris, anno Domini 1578.

CXCVII.

Responsum Sacræ Regiæ Majestatis internuntio ducis Magni.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. II.

Quod non solum oretenus, verum scriptis ex fundamento deductis, nomine Illustris ducis Magni Nobis retuleritis, facile meminerimus: quod vero hucusque responsum distulerimus, non ex malevolo animo a Nobis factum est, sed quoniam tam varia variorum hominum judicia, et diversi rumores intervenerunt, ut sine consilio consiliariorum nostrorum hactenus nihil certi ad postulata vestra respondere potuerimus: constat etenim Illustrem ducem Magnum non spontanea voluntate, sed metu tyrannidis Moschi huc confugisse, et credibile est, si res ejus apud Moschum, hostem nostrum, in meliori statu constitutæ fuissent, eum non solum huc non confugisse, verum Nobis nostroque regno potius multo incommodasse; quare ipsius refugium ad Nos cum deliberatione suscipiendum esse, plurimi arbitrati sunt.

Quidam affirmarunt, eum conjugem, et omnem supellectilem suam propterea intra ~~fines~~ Moschi fines reliquisse, ut a Moscho clementioribus verbis et gratissimis donis, comiter tractatus omni tempore, tanto opportunius ad Moschum vicissim refugere posset. Nonnulli vero crediderunt, eum a Moscho subornatum, sine praescientia et institutione Moschi ex finibus ejus non emigrasse.(1) Et hanc suspicionem inde confirmari, quod neque Serenissimus Daniæ rex, neque Illustris dux Saxoniæ, elector, ullam habeant ejus curam, quæ res sane gravissima suspicione non careret, ipsius a Moscho discessum apud tantos principes, imo omnes consanguineos ejus, esse maxime suspicatum. Si etiam ipsis invisus non esset, certe amor fraternus et sanguinis ratio non paterentur tantæ prosapiæ principem a suis consanguineis, qui de ipso apud Nos nihil prorsus moverunt, negligi. Non igitur mirandum esse, si Nos et senatores nostri, quibus per tot annos apertus hostis fuit, de ejus animi proposito dubitemus, et adventum ejus altius nobiscum repetemus. Porro consideravimus, si animus ejus erga hoc regnum candidus et perspicuus probaretur (sicuti Nos, quantum ad nostram personam attinet, de tanto principe nil nisi honestum judicamus), et Nos propter regem Daniæ, electorem ducem Saxoniæ, reliquosque consanguineos, quos semper maximi fecimus, ipsum cum arcibus in distantiori loco a Nobis remotis, libenter in nostrum patrocinium susciperemus. Certe hoc faciendum esse putamus, ut hoc ipsum non minus ipsi, et consanguineis ejus, quam Nobis gloriosum et honorificum foret.

Considerantes vero non solum tam afflictum Livoniæ statum, ad cujus sublevationem multa requiruntur, sed etiam tanta locorum intervalla, per quæ non semper rationes omnes constare possunt, praesertim hoc rerum statu celeriter opis ferendæ, merito Nobis altius omnia cogitanda esse, quo et ducis, et arcium ipsius in patrocinium nostrum recipiendarum negotium cum dignitate nostra suscipiatur. Nobis certe persuademus, Serenissimum Daniæ regem, et Illustrissimum electorem Saxoniæ, reliquosque consanguineos Illustritatis ejus, Nobis parvam habituros gratiam, si ipsum ducem Magnum, arces et subditos in nostrum patrocinium susceptos postea crudeli Moscho tanquam

(1) Obacz Explicatio tractatuum ducis Magni cum duce Curlandiæ, przy piśmie senatorów Litewskich do króla z dnia 10 sierpnia 1577 roku.

prædæ relinqueremus.

Postremo perpenditur, accessionem ducis Magni ad hanc Rempublicam aut nihil, aut certe parum Nobis profuturam: arces enim, quas auxilio Moschovitico in iis remotioribus locis occupat, quæque, reliquis Livoniæ partibus recuperatis, ultro se dedere cogantur, de jure pertinere ad regnum Poloniæ; et si dux Magnus susciperetur, aut arces ipsi cedendas in feudum, aut in aliis locis pro eis arcibus satisfaciendum esse. In feudum sine magno detrimento regni ipsi dari non posse, recompensæ alium locum hoc tempore sciri nusquam.

Hæc et similia ad Nos delata, et a quibusdam agitata sunt. Ut autem dux Magnus Nos propter regem Daniæ, et electorem ducem Saxoniæ, ipsi non defuturos cognoscat, salvum conductum ipsi communicabimus, ita tamen ut ab hac Dunæ parte se contineat, et ~~cum~~ cum viceadministratore et commissariis de omnibus rebus, quid ulterius compellente necessitate de iis arcibus constituendum sit, deliberare ipsi sit liberum quin et mutuis auxiliis, si opus fuerit, adsint. Nos vero de bello Moscho inferendo justo tempore solliciti erimus. Et si Illustris dux Magnus apud regem Daniæ, et electorem, ducem Saxoniæ, ut causam ejus apud Nos promoveant, impetrare poterit, Nos in gratiam eorum hoc faceremus, atque eum ita suscipiemus, ut eis fiat conspicuum, quanta eos prosequamur benevolentia (2).

---

(2) Odpowiedź ta bez daty, dana posłowi Magnusa, jest zapewne trochę wcześniejsza, a może nawet z tego samego dnia co i dane mu następne pozwolenie przebywania w obu Inflanciech.

CXCVIII.

Rex Stephanus ad Dominum regni marschalcum.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.

Magnifice et sincere Nobis dilecte. Constitueramus sane antea Sinceritatem Vestam, cæterosque regni nostri senatores certiores facere de iis, quæ nuper in conventu terrarum Prussiæ proxime habito acciderunt. Qui quidem, quum a Nobis Graudentum illis indictus esset, ipsi eundem Gnevum transtulerunt, quo in loco non solum tributum longe ab eo diversum, quod in comitiis Varsaviensibus proxime celebratis sancitum esset, verum etiam nova quædam et alias inusitata judicia, quibus nostra et regni in illa provincia ac illius in civitatibus jurisdictio et nova etiam constitutio, de tribunali ultimæ instantiæ Varsaviæ perlata, abrogaretur, ab ipsis instituta sunt. Quod Nos antea Sinceritati Vestræ ac reliquis regni nostri senatoribus significare volebamus, nisi rem hanc totam ad eum conventum, quem cum Sinceritate Vestra proxime habituri essemus, differendum indicaremus. Quod quum jam temporis brevitas fieri a Nobis amplius non patiatur, instetque divo Michaeli sacer dies, ad quem alium conventum pro eorum, quæ ab illis de judicii sancita sunt, executione, sibi ipsi indixere; idcirco quid Nobis hac in parte facto opus sit, voluimus et Sinceritatis Vestræ, et aliorum sententias senatorum exquirere, ac inprimis, utrum Nobis eo aliquis mittendus sit, et qua cum instructione mittendus? Hortamur igitur Sinceritatem Vestram, ut quæ Nobis in hoc negotio consilia capienda sint, et quum quo legationis præscripto internuntius noster eo mittendus sit, quidve illi in eo conventu nomine nostro potissimum agendum foret, Nobis per litteras quam celerrime exponat. Cætera, quæ ad hoc ipsum negotium pertinere videbuntur, in congressu nostro, quem cum consiliariis proxime habituri sumus, deinceps accuratius et diligentius considerabimus. Bene valeat Sinceritas Vestra.

Datum Leopoli, die 8 mensis septembris, anno Domini 1578.

CXCIX.

Literæ facultatis principi Magno in Livonia versandi et morandi concessæ.

Teka Naruszewicza 92. Ex arch. regni, et ex Cod. dipl. Dogieli, t. V.
85, 206

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, etc. Dominus et hæres (1). Universis et singulis, ad quoscunque hæ nostræ literæ pervenerint, regni nostri, M D Lithuaniæ, cæterorumque omnium dominiorum nostrorum senatoribus, palatinis, castellanis, capitaneis, burgrabiis arcium, urbium, civitatum, oppidorum nostrorum rectoribus, itemque copiarum et exercituum nostrorum præfectis, rotmagistris, ac eorum locatenentibus, atque in universum omnibus officialibus nostris notum facimus præsentibus literis nostris. Quia Nos ab Illustri principe, Domino Magno, Osiliæ, Revaliæ, Curoniæ, episcopatuum administratore, Serenissimi Daniæ regis fratre, amanter requisiti et rogati, illius Illustritati hanc facultatem concedimus, ut non solum in Transdunana Livoniæ parte, sed etiam Cisdunana, tuto et secure ire, transire, versari, stare, morari, et quævis sua negotia licita, et Reipublicæ non periculosa exercere possit; ita tamen ut si quando ejus Illustritatem ditiones nostras ingredi usus postulaverit, id prius Illustri et Magnifico Nicolao Radzivil, palatino Vilnensi, cancellario et supremo præfecto exercituum nostrorum Magni nostri Ducatus Lithuaniæ, aut ei, quem is suo loco in Livonia habuerit, significet. Quam nostram facultatem Illustri principi, Domino duci Magno a Nobis concessam ad omnium, quorum interest, notitiam deducimus, mandamusque, ut eam Illustritati ipsius in omnibus sartam et tectam conservent, neque ullis difficultatibus aut impedimentis distineant, pro gratia, et indignatione nostra secus non facturi. In cujus rei fidem præsentes manu nostra regia subscripsimus, et sigillo nostro M D Lithuaniæ subsignari fecimus. Datum Leopoli, die 9 septembris, anno 1578.

Stephanus Rex.

CXCIX.
(1) Dziwno jak ten błąd wymknął się z pod uwagi Dogiela, z którego zbioru ten dokument został przepisany. Wyrazy Dominus et hæres nie mogą nawet należeć do Siedmiogrodu, przypuszczając że opuszczono Transylvaniæ, bo i tam wojewodowie byli obieralni. Znajduje się także ten dokument w zbiorze Fauvianus biblioteki cesarskiej w Paryżu, ale w nim po Rex Poloniæ jest tylko etc.

X redactas fuisse, unde non solum ipsa Illustritas Vestra

CC.

Duci Magno Regia Majestas.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus, etc. Illustrissime princeps et Domine amice charissime. Accepimus hoc tempore epistolam Illustritatis Vestræ per familiarem illius ad Nos missam, qua primum singularem Illustritatis Vestræ erga Nos studium recognovimus, deinde ea, quæ ad præteritum et præsentem rerum et fortunæ Illustritatis Vestræ statum pertinent. Hæcque quæ sibi de Nobis nostraque erga se benevolentia pollicéatur, abunde cognovimus, et nos quidem, dum ea cum animo nostro reputamus, non præterit humanitatis et pietatis nostræ ratio, qua casus alienos minus prosperos, potissimum autem principum regiis stemmatibus et sanguine progenitorum, dolenter feramus. Et quantum quidem in Nobis sit, illis non deesse cupiamus, et pro nostra erga Illustritatem Vestram, ut christianum principem, benevolentia optassemus, nunquam eo res et fortunas Illustritatis Vestræ X tantam rerum suarum jacturam subiit, sed etiam et illius et alienis rebus non parum incommodi allatum est; tamen nunc in tam difficili sorte Illustritatis Vestræ cuperemus illi optimam voluntatem nostram planam facere, et quod priori responso nostro, quod dedimus secretario Illustritatis Vestræ Christiano, polliciti sumus, id re ipsa tandem præstare. Non difficulter autem ejus rei rationes iniri a nobis possent, si, uti respondimus, quo animo Serenissimus Daniæ rex, frater Illustritatis Vestræ, Illustrissimus elector, Saxoniæ dux, ceterique principes, consanguinei Illustritatis Vestræ, essent, cognitum haberemus. Videmus ex literis Illustritatis Vestræ eam sibi apud principes illos non deesse; verum tamen nihildum ab illis quicquam apud Nos agitur. Ipsi etiam quum in apparatu rerum bello necessariarum versamur, atque brevi iter in Magnum nostrum Ducatum Lithuaniæ suscepturi simus, si interea de sententia ac voluntatibus principum, consanguineorum Illustritatis Vestræ, edocti fuerimus, commodius Nos de-

propinquo de iis rebus ad communem utilitatem spectantibus, inter nos communicare posse videremus. Si quid autem interea adhuc, Nobis absentibus, ab Illustri et Magnifico Nicolao Radzivillo, palatino Vilnensi, cancellario et summo exercituum nostrorum Magni nostri Ducatus Lithuaniae praefecto, cui hoc negotii jam antea literis nostris dedimus, in repraesenti cum Illustritate Vestra constitui poterit, et Nobis de voluntate Illustritatis Vestrae in iis rebus constiterit, eamque a nostra sententia alienam non esse, poterit fieri, ut ante adhuc adventum nostrum, de rebus iis aliquid clarius Illustritati Vestrae respondeamus. Interea vero, ne ea expectatio Illustritati Vestrae damno sit, aut periculum aliquod gravius illi conciliet, non permittent, ut arbitramur, auxilio divino, eae rationes, quae Nobis de ope Livoniae ferenda certae et explicatae sunt. Etsi autem in hoc tam subito Livoniae tumultu, etiam a nostris hominibus Illustritatem Vestram aliquibus injuriis affectam esse, valde mirum non est; tamen, si quid ejusmodi est, ut id molesto animo ferimus, ita tam Illustri et Magnifico palatino Vilnensi, exercituum nostrorum Magni Ducatus Lithuaniae summo praefecto, cui Livoniam commisimus, injunximus, quam ceteris arcium nostrarum et copiarum praefectis mandavimus, ut res ablatae Illustritati Vestrae [restituantur]: rem eam in gratiam Illustritatis Vestrae facimus, literasque ejusmodi laxiores illi mittimus, (ea tamen lege, quod etiam ipsi Illustritati Vestrae magis securum erit, ut si quando Illustritatem Vestram ditiones nostras ingredi usus postulaverit, id non nisi sciente Illustri et Magnifico palatino Vilnensi, aut eo, qui loco ipsius in Livonia fuerit, Illustritas Vestra faciat. Salvi conductus etiam seu securitatis literas in personam Reimperti Gilezhonii doctoris, ut tuto ad nos ab Illustritate Vestra, quoties sit necessum, commeare possit, mittimus, itemque podvodas. Quod attinet ad declaratam literis Illustritatis Vestrae a Serenissimo Sveciae rege, fratre et affini nostro charissimo, benevolentiam, quum principem ut omnibus virtutibus

ita humanitate ornatum esse scimus, et illum pro sua prudentia et æquitate res a se alieniores et tempore immaturo non moturum, præsertim quum tractatus societatis belli contra Moschum jam inter nos intercessenrunt. Et si quid immature fieri Illustritas Vestra cuperet, quod non existimamus, jam casus Oberpolensis Illustritatem Vestram doceat....)

Datum Leopoli Russiæ, 10 septembris, anno 1578, regni vero nostri anno tertio.

CCI.

Joachimus Fridericus, administrator archiepiscopatus Magdeburgensis, ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime et potentissime Rex, Domine et affinis longe observandissime. Regiæ Vestræ Majestati fidem et studia nostra cum omni officiorum ac benevolentiæ promptitudine conjuncta deferimus. Etsi vero majora sint in superiores regni Poloniæ principes, et Rempublicam ipsam merita, major etiam virtus, prudentia, candor, inque rebus gerendis dexteritas et industria Generosi Domini Stanislai Sandigovii a Czarnkow, regni referendarii et capitanei Plocensis, quam ut cujusquam commendatione, præsertim apud S. Regiam Majestatem Vestram, æqui et justi observantissimam, indigere videantur; pro singulari tamen in ipsum, quem a multis [annis], dum apud avum desideratissimum, parentem etiam nostrum, legationibus regiis aliquoties præclare fungeretur, familiariter complexus sum, studio ac benevolentia mea, committendum non duxi, quin in hac rerum ac temporum perturbatione, eum Regiæ Majestatis Vestræ bonitati ac justitiæ commendarem.

Quum ex fatali illa rerum vicissitudine, Serenissimi olim Sigismundi Augusti morte subsecuta, Henricus Valesius gubernacula regni cepisset, et non multo post in regnum avitum rediisset, proceres vero ac senatores in deligendo rege alio collectis suffragiis, diversa inter se studia uterent, ac tandem summam rerum ad Regiam Vestram Majestatem, singulari Dei beneficio, cujus arbitrio humana omnia reguntur, deferrent, non absque dolore percepi, tunc Dominum Czarnkovium, quod partes divi Maximiliani, Romanorum imperatoris, non statim reliquisset, in discrimen fortunarum omnium conjectum, et ornamentis atque dignitatibus, apud antecessores Regiæ Vestræ Majestatis, Poloniæ reges, emeritis penitus exutum esse. Et licet redeunti in patriam Regia Vestra Majestas aditum ad regiam suam benevolentiam ipsi rursus patere ostenderit, eum tamen, quantumvis demisse obtestantem, pristinæ dignitati non tantum non esse restitutum, sed etiam de successione in archiepiscopatum Gnesnensem, sibi a prædecessoribus regibus, divo Sigismundo Augusto, et Henrico, ob præclara sua merita, promissa et decreta, ac regiis diplomatibus egregie firmata, summam ipsi molestiam et periculum creari. Hæc ut per se nonnihil graviora videntur, ita hac insperata hujus optimi

viri calamitate equidem vehementer afficior: memini enim Illustrissimum avum, ac parentem meum dilectissimum, meque pariter cum illustrissima ac lectissima quondam principe Domina Sophia, vidua Brunsvicensi, regis filia et sorore, quod hunc virum in capiendo consilio prudentiam raram, et in dando fidem singularem esse, quem etiam ad omnia quæ providenda erant in Republica, et animo et corpore semper paratum viderant, literis Sigismundo Augusto regi eum commendatiorem reddidisse, ac regem se Domini Czarnkovii rara virtute, fide atque alacritate in obeundis ac perficiendis negotiis magnopere delectari, ejusque præ cæteris primum singularem curam habiturum esse, respondisse. Hinc præfatum ~~in~~ ad successionem in archiepiscopatum Gnesnensem consensum forte fluxisse existimo, et perlibenter quidem, ut opinor, ipsum etiam archiepiscopatum rex daturus ~~esset~~ erat, nisi mors ipsa, et fatalis in regno rerum omnium conversio Dominum Czarnkovium jam tum certa dignitatis possessione gaudentem, longiori expectatione suspensum reddidisset. Sane Henricus rex eumdem, ut electioni suæ diu multumque reluctantem, ita tamen complexus est, ut non tantum illum super archiepiscopatum consensum perclementer confirmandum, verum etiam novis et pluribus beneficiis, pro sua munificentia, ipsum ornandum et locupletandum esse duxerit.

Quis vero neget, tantorum regum concessiones et privilegia intacta et sacrosancta esse debere? aut quis tandem nefas esse non censeat, his quemquam contra moliri? Equidem manes Sigismundi Augusti hoc flagitare, regni quoque jura id ipsum exposcere videntur. Quo enim loco amicitia Henrici regis, cujus quidem concessiones et donativa Regia Vestra Majestas, ut plurimum, rata ac grata habere dicitur, colenda sit, nihil attinet apud Regiam Vestram Majestatem verbis nunc laborare; neque vero, pace Regiæ Majestatis Vestræ, eos audiendos velim, qui Dominum Czarnkovium, non tam quod in electione contraria Regiæ Majestati Vestræ consilia tractanda susceperit, quam quod rebus Regiæ Vestræ Majestatis non infeliciter constitutis, et cæteris in patriam redeuntibus, ipse propemodum unicus ab adversa sententia se divelli passus non sit, prorsus culpa vacare negant. Hi boni viri, si paulum ad sese redierint, primos impetus [moderare] non in cujusvis potestate, nec omnibus perinde facile esse cum tempore mutare animum, et quod penitus insitum est moribus, subito evellere, ac ut non una omnium facies, ita multas in hominum ingeniis dissimilitudines esse, sine dubio cognoscent: proinde si interius nonnihil D. Czarnkovium norint, fateantur quoque necesse est, ipsum, ne contra datam fidem et constantiam, genti Czarnkoviæ a multis seculis propriam, quamque ipse inter cæteras virtutes non absque laude velut insculptam habet, quid temere, vel præcipitanter admisisse videretur, potissimum laborasse. Quin imo, cum ipse hujus diversæ sententiæ non fuerit auctor, non princeps, non patronus solus, sed præter pontificem maximum, reges, electores et principes Sacri Romani Imperii, quorum ille auctoritatem potissimum secutus videretur, plures [etiam] in regno.... ac dignitate eminentiores, quos temporum vincula ipsi tum conjunxerant, quibus tamen, ut hominibus liberis, et sua libertate gaudentibus, fortunarum vel

dignitatis decessit nihil, eam propugnarint: equidem illorum, si dicere expedit, muneris fuerat, virum bonum a se ablegatum, indemnem praestare, et apud Regiam Majestatem Vestram opera ac patrocinio ab invidorum calumniis et rabie mascule et alacriter vindicare....

Inprimis autem, quo nihil sit tam regium, tamque munificum, quam erigere dejectos, opem ferre supplicibus, excitare afflictos, et salutem dare pluribus. Haec quum ita se habeant, majorem in modum, et qua par est observantia peto, ne Regia Vestra Majestas Dominum Czarnkovium, fortunae magis, quam culpa calamitosum, diutius profligatum et abjectum esse sinat, et si praesens temporum conditio forte non admittit pristinae eum dignitati prorsus restitui, ut pro innata sua heroica clementia, et admirabili studio justitiae atque aequitatis, residuam hanc, quam optimo jure etiamnum in manibus tenet, archiepiscopatus scilicet Gnesnensis expectationem, a duobus regibus virtute sua partam, integram et sartam ipsi perbenigne conservet. Qua quidem in re Regia Vestra Majestas suae ipsius auctoritati ad posteros non intempestive serviet, et Henricum regem multis sibi modis devinciet, inprimis autem ipsum D. Czarnkovium, ut praedecessorum regum, ita sui perpetuo observantissimum ac studiosissimum, nullum laborem patriae denegare, vitam etiam et sanguinem suum, si res postulabit, pro Regiae Vestrae Majestatis salute et ornamentis, haud gravate profusurum esse cognoscet, omnibusque tandem testatum faciet, plus apud se virtutis memoriam, quam offensae dolorem valuisse. Hoc si a Regia Vestra Majestate, ceu benignitate ejusdem, et aequitate causae fretus spero, impetravero, summo me beneficio affectum putabo, ac perpetua fide, observantia, ac promptissima in Regiam Majestatem Vestram, quam diu feliciter valere ac florere cupio, gratificandi voluntate, demereri studebo. Datae Hallae Saxonum, die 12 mensis septembris, anno Domini 1578.

CCII.

Majestas Regia ad Turcarum imperatorem.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo atque potentissimo principi, Domino sultan Murath, imperatori maximo Constantinopolitano, etc. Domino amico et vicino nostro charissimo. Deus Serenitatem Vestram diu incolumem ac florentem conservet.

Serenissime princeps, Domine amice et vicine noster charissime. Reddidit Nobis alteras Serenitatis Vestrae literas strenuus Achmet, czausius Serenitatis Vestrae, ad ipsum ex Valachia huc Leopolim allatas, in quibus Serenitas Vestra scribit, nolle Serenitatem Vestram, ut contra foedus sanctissimum aliquid committatur, scripsisse Serenitatem Vestram ad Tartarorum hanum literas, quibus acriter illum admonuisset, ne quid ditionibus regni nostri ipse, ejusve homines damni darent: nihilominus tamen regni Poloniae proceres et nobiles non coercere latrones Borysthenicos, quorum ope et favore et ante Valachiam turbarint, et nunc ad Jassy oppidum recta contenderent, ut Serenitati Vestrae Bendericus beyus, et palatinus Valachiae significasset. Nos, si multorum principum benevolentiam propter [amicitiam Serenitatis Vestrae] rejecimus, illam, quod res per se ipsa

ostendit, propter latrones convelli nollemus. Miramur tamen quomodo hic nuntius ad aula Serenitatis Vestræ pervenerit, septem aut octo millia istorum latronum fuisse. Vellemus sa ut tales essent, ut alicubi consisterent: jam enim actum de iis fuisset, si alicubi nostris m ~~ti~~litibus copia eorum aggrediendi data fuisset. Verum ii sparsim in silvis, ac inter lacun et aquas delitescunt, et si congregantur, tunc ad nuntium de nostris militibus subito itidem in sua latibula, velut feræ delabuntur. Etenim plerique ex iis, quibus ternis excursionibus Tartari bona exusserunt, liberosque et conjuges abduxerunt, desperati ne adducti, ad hæc latrocinia se contulerunt; verumtamen nunquam septingentos, aut octingentos excessere. Et quum eos Valachus, qui se Petrum, Alexandri palatini filium m tiebat, ac item alii Valachi, fluxæ fidei homines, excivissent, circiter quadringentos t tum fuere: De quibus quum intellexissemus, misimus campiductorem nostrum cum par equitatus Polonici, et Casparum Bohusz cum peditatu nostro aulico ad eos opprim dos, ipsique palatino Valachiæ opem ferendam. Ad nuntium harum copiarum a Nobi missarum, subito latrones in loca abdita dispersi sunt, paucos numero, circiter quin quaginta, cum illo, qui se filium Alexandri appellabat, utrum fugerent, an socios revoc rent hæsitantes..... Nos profecto cum consiliariis nostris nihil reliquum facimus, qu ad eos latrones coercendos pertineat, ac etsi intelligimus eos suos fautores habere, sed t men certe in Moschoviam maxime receptum habent, indeque arma, vestes et alimenta illis administrantur. Quod vero attinet eos, si qui ex regno nostro illis favent, severa edicta contra eos in comitiis sanximus, ut scilicet, qui tales reperirentur, bonis, honor ac vita privarentur. Contra latrones etiam pœnas capitis promulgavimus, et per Mag ficum palatinum Lublicensem ubique, tam hos latrones, quam ipsorum fautores i vestigamus. Demum etiam id facturi sumus, ut modo efficiamus, ne nuntiis de eorum trociniis Serenitas Vestra molestetur, et aliquid sinistri de nostra, regnique istius amicitia suspicietur, ut etiam præmiis propositis eos ab his latrociniis avertamu et ad aliqua regni servitia convertamus. Ita videt Serenitas Vestra nihil Nos pr termittere, et eo etiam, propter sanctissimum foedus, descendere, ut latrones publicos, generis humani hostes, quod omnibus bonis principibus grave certe debet esse, beneficentia no stra revocare a maleficiis velimus, quum eos in vastitatibus maximis extirpandi nulla ali ratio sit. Nolit igitur Serenitas Vestra fidem adhibere iis, qui Serenitati Vestræ sinistrum aliquid de nostra, procerumque regni hujus benevolentia persuadere velint, sed illud sibi persuadeat, quod re ipsa semper experietur, a nullo rege, nullave gente sanctius et consta tius foedus cum Serenitate Vestra coli, vel cum majoribus Serenitatis Vestræ cultum fuisse. Bene valere Serenitatem Vestram cupimus. Datum Leopoli, die 12 septembris, ann Domini 1578, regni vero nostri anno tertio.

CCIII.

List cara Iwana Wasilewicza do P. Chodkiewicza ~~oznajmujący ż~~

Druk. Dzialiem.

~~Inflanty wziął~~ Oznajmuje w nim car Iwan Chodkiewiczowi, że Inflanty wziął, i naśmiew się z tego, że się on administratorem Inflanckim zwał. W tymże liście perswaduje, aby król JMC z podarunkami raczej a nie z wypowiedzeniem wojny o Inflanty do niego posyłał. Pisany w Wolmarze, 12 września 1578 roku (1). Dzieckiego, t. II. Wilno 1843.

(1) List ten po rusku pisany jest w dziele: Źródła do Dziejów Polskich M. Grabowskiego i A. Przez-

CCXV.

Instrukcya do Mehmeta Gereja cara Przekopskiego, dana Marcinowi Broniewskiemu, do tegoż cara posłowi, we Lwowie dnia 12 września 1578 roku.

8

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Poseł nasz pozdrowiwszy od Nas cara y list wierzący iemu oddawszy, w te słowa poselstwo odprawować będzie.

Przysłałeś do IKMci, mego miłościwego pana, posła swego Ibraima. Przyiechał też z nim czaus cesarza IMci Tureckiego, y my posłowie króla IMci, Taranowski y ia, wróciliśmy się z posłem do dworu IKMci.

Ofiarowałeś IKMci listem swym y przez posła swego starożytną przodków swych przyiaźń y to, że masz nieprzyiaciela IKMci woiować. Także cesarz IMość listem tym, który przyniósł czaus, napomniał IKMość do przyiaźni wedle zwykłego obyczaiu.

W którey wszystkiey sprawie IKMość uważać raczył to przymierze, które ma iuż skończenie z cesarzem IMością, w którem też ty brat IKMci iesteś zamknion. Dla czego, acz siła krzywd obchodziło IKMość, iednak iescze chciał mieć wzgląd na przymierze z cesarzem IMcią, y skosztować, iesli z strony twey będzie miał stateczną przyiaźń. W czem pod to przyiechanie posła cesarza IMci y twego, wielkie zatrudnienie uczyniło w tey sprawie stanowienia przyiaźni, żeś do dworu IKMci list przymierny przez posła swego posłał, nie wedle kopii przymierza oyca twego, niektóre artykuły wymazawszy, niektóre przypisawszy, napisany.

Co IKMość y Pany Rady niepomału obruszyło, gdyż żadną miarą nowego nic w liście przymiernym przyiąć nie mogli. Czemu się dziwował IKMość y Panowie Rady tym więcey, żeś ty sam posłał był niedawno do dworu IKMci posła swego Aram Agę przy IMci Panu woiewodzie Kiiowskim, y pisałeś list swóy do IKMci, wszystko ciągnąc do zwykłych kondycyi, tak iako za przodka IKMci, króla Augusta świętey pamięci, było. Tylkoś żądał 5,000 czerwonych złotych, gdybyś do Moskwy ciągnął, spominaiąc żeć były od Taranowskiego pozwolone.

A tak ta odmiana listu przymiernego bardzo była to stanowienie przyiaźni zatrudniła, a czaus cesarza IMci włożył się w to zatrudnienie, powiadaiąc, czego mu też poświadczył poseł Ibraim, że co było nowego przydano do przymierza, to tylko prośby są, którym mieysce dać królowi IMci wolno, wolno też nie dać, tak iako tobie, caru, wolno było prosić y wolno nie prosić. Ale co się dotyczy przyiaźni, ta ma bydź zwykłym obyczaiem, y list przymierny także zwykłym obyczaiem ma bydź napisany; gdyż cesarz IMość Turecki w liście przezeń przyniesionym do króla IMci pisze, iż starym obyczaiem ma bydź przyiaźń, y także też cesarz IMość do ciebie, caru, pisał, a co większa, iest to obwarowano przymierzem cesarza IMci Tureckiego z królem IMcią. Pisze IKMość, abyś się tem nie obruszał, y nie wątpi, że to będzie łatwo poprawione, ale żebyś uważał w tem na cesarza IMci Tureckiego, który się w tę sprawę wdał, a daiąc wiarę pisaniu cesarza IMci y przymierzu z cesarzem

JMcią, ty przyiaźni z tobą nie odrucał. Upominki zwykłe posłał, a ty przez tego posła Król
JMci, który z upominki pojedzie, poszlesz list przymierny poprawiony, y przeciwko nieprzyia
cielowi Króla JMci Moskiewskiemu walczyć będziesz. Czemu daiąc wiarę Król JMość, na
słowo czausa cesarza JMci y na list cesarza JMci Tureckiego, y przymierze z cesarzem JMc
y na twą też wiarę y list, któryś posłał przez Azam Agę, spuściwszy się, przychylił się do pr
zyaźni. Poruczył naczyt niektórym Panom Radom znieść się z posłem cesarza JMci y z twoim
W sprawach tych schadzali się kilkakroć z posłem cesarza JMci, przy czem był też kilkakro
poseł twóy.

Ukazali Panowie Rady przymierze z oycem twym na tym liście, który na ten czas Król
JMość będąc daleko od mieysc swych stołecznych, gdzie takowe sprawy chowaią, y bez był
ści wielkich podskarbiów, a zwłaszcza za śmiercią Litewskiego, przy swey Kancellaryi m
naczył, króla JMci Augusta święty pamięci, przez posły oyca twego, Hadział y Bor. M
zę y Zachariasza, y przez posła też twoiego, gdyś był na ten czas Gałgą. Czem Murz
spisane, przysięgą ich poprzysiężone, pieczęciami y podpisami obwarowane. Ukazali też
y starsze drugie z Mengli Gereiem carem pod pieczęcią iego, ukazali też listy przymier
cesarzów Tureckich, tak za oyca twego, iako za Sahib Gereia cara, Sadit Gereia cara
Mechmet Gereia cara, który był zaraz po Mengli Gerein. Za których to carów wszys
kich, cesarze JMcie piszą, iż niema nic bydź nad zwyczay.

Obaczył to bydź przymierze własne czaus cesarza JMci, y widział ie oczyma swemi
czytał ie, y kopią z niego przeczytaną także widział, y zrównywał czytaiąc z tem, co tam
zostało pod pieczęciami, y obiecał to tobie opowiedzieć y napomnieć cię, nie wątpiąc
żeś to miał uczynić względem wiary cesarza JMci Tureckiego y swey, y takowe słow
do słowa napisane Królowi JMci posłać, nie odmieniwszy iedno imiona Króla JMc
Augusta, a oyca twego, a włożywszy imie Króla JMci Stefana, a imie twe, y imiona
bratów y synów twych.

A tak tym kształtem Król JMość posłał ci upominki, o których też kwit oyca twe
go z pieczęcią iego z dokładem, że masz nieprzyiaciela JKMci Moskiewskiego woio
wać. Czausowi y posłowi twemu ukazane są.

Posłał też nad ten regestr Król JMość z łaski swey upominki Gałdze bratu twemu
nie chcąc iednak aby to w obyczay szło, iedno żeby na łasce Króla JMci było, rozu
miejąc że chętnie też z nieprzyiacielem JKMci y twoim Moskiewskim czynić będzi
Carowiczom też w większey liczbie posłał, niż w regestrze czausowi y posłowi tw
mu ukazanemi były.

Co się dotyczy 5,000 czerwonych złotych, okazano to, iż ich Taranowskiemu nie ka
zano postępować, chyba gdybyś ty był, caru, upominków starych odstąpiwszy, na tych
tylko pieniądzach, które Taranowski postępował, chciał przestać, przeto iż na on czas
gdy Taranowskiego słano, rozruch był około Gdańska, y trudno było o sukna. Tarano
wski też przy pośle twym okazował, że inaczey nie postępował tych 5,000. Ale iż ty,
caru, nie chciałeś na tem przestać, aleś chciał po staremu, tedy po staremu iuż ma

bydź wszystko. Walcz iedno z Moskiewskim ku pożytkowi króla JMci. Gdy co znacznego weźmiesz ku znacznemu pożytku Króla JMci, niech to będzie na łasce y baczeniu iego, czem cię chce darować, lubo mniey lubo więcey, wedle postępku twego y pożytku, który uczynisz, czem się nie chce król JMość obowiązować, na łasce to y baczeniu swem zostawuie. Niczyich JKMości chętliwych y pożytecznych sobie spraw łaską swą nie zapamiętywa.

Posłał mię tedy król JMość, abym to wszystko tobie, caru, bratu iego opowiedział, napomniał cię, abyś iuż całe przyiaźni przestrzegał, przeciwko nieprzyiacielowi iego, drugiego lata, miesiąca tego, o którym się z tobą porozumie, ciągnął, list przymierzy w te słowa, iako było między oycem twym a królem Augustem świętey pamięci, wedle tey kopii przymierza tego, które czaus widział, poprzysiągłszy go wedle obyczaiu, posłał, a za tem żebym tobie upominki oddał.

Które rzeczy gdy uczynisz, będzie się wszystko dobre między JKMcią a tobą mnożyło, i między państwy JKMci y twemi, a nieprzyiaciel spólny ztąd żal y sromotę z pożytkiem twym odniesie.

Co poseł nasz powiedziawszy, nie będzie się daley w żadne gadki, albo ze swarem y przymówkami, albo z przylubianiem wdawał, tylko będzie się upominał przymierza wedle tey kopii, a odpisu do króla JMci y odkazu, pociągnieli sam osobą swą na Moskwę.

Może się tego król JMość domorozumiewać, że go będą chcieli wyciągnąć, aby na każdy artykuł opuszczony lub przydany do przymierza namawiał. Ale niech się w to nie wdaie, niech powie, że to iuż rzeczy namówione są przy czausie, aby nie było nic odmieniono, ani przydawano, ani uymowano, ale żeby tylko ta kopia była przepisana y zapieczętowana, podpisana y poprzysiężona, że ma zakaz pod gardłem nic więcey o tem nie mówić, tylko odpisu a tego przymierza upomnieć się, a ieśli nie dadzą go odiechać, byłeś y co pożytecznego Koronie przydawano, że mu zakazano y naymnieyszey litery kopii tey odmieniać. Tego przymierza będzie się upominał tak u cara, iako y u czausa, który ie obiecował, y także odpisu. A cokolwiek potka, to bez omieszkania JKMci oznaymi, o co pilnie starać się będzie wszelakim kształtem.

Ieśliby go zadzierżywano, ma się do czausa uciec, powiadaiąc że w tem krzywda nie tylko królowi JMci, ale cesarowi JMci Tureckiemu się dzieie, którego listem ubezpieczony tu iest posłan przy pośle cesarskim.

Którykolwiek artykuł mu podadzą, a około z nim będą chcieli mówić, niech powie, nie mam rozkazania ani słówka o tem mówić.

Iéśli spomną o Kozakach, niech powie, wiem iż król JMość około ich pohamowania staranie czyni, y posłał na Ukrainę Pana woiewodę Lubelskiego, ale o nich mi tu traktować nie poruczył, a tym mniey to do przymierza kłaść, iako o żadney rzeczy inney nie mam mocy stanowić, y owszem srogi zakaz.

Nie wątpimy o pośle naszym, iako o człowieku krwi szlacheckiey, choćby mu też y ucierpieć co, y gardło nakoniec położyć przyszło, że nic nad tę instrukcyą naszą

się nie waży, y nic w tey mierze ku szkodzie y hańbie Korony y naszey nie uczyni.

Osobno Gałdze list odda, od Nas pozdrowiwszy go, upominki mu z chęci naszey postane odda, y żądać od niego będzie, aby z nieprzyiacielem naszym przyszłego lata czynił, tak iako się z sobą porozumiemy, gdyż My wsiędziem też na swóy koń, a z drugi strony pociągniem, będziemli upewnieni listem dostatecznym przymierzym od cara brata iego o przyiaźni.

To może powiedzieć, gdy będzie trzeba, carowi y komu innemu, iż mu karano wracać się na dzień pierwszy miesiąca decembra, bo do tego czasu król JMość posły Moskiewskie, którzy po pokóy przyiachali, zadzierżywa. Jeśli na ten czas nie przyiadę, iuż będzie król JMość rozumiał, iż przyiaźni nie chce car, a tak z pokoiem posły Moskiewskie odprawi, a co inszego weźmie przed się.

To mu też mieć na pieczy, aby w przymierzu wspomnieni y bracia y synowie carscy byli, a to dla tego osobliwie w instrukcyi dokłada się, iż pierwsi carowie braci nie mieli, iedno syny, a tak bratów nie wspomniano, iedno syny.

Kwit na upominki, które odda wedle zwyczaiu, od cara weźmie, a osobno od Gałgi y innych na to, co im z łaski dano.

Stephanus Rex.

CCV.

Stephanus, rex Poloniæ, Vincentio Laureo, nuntio apostolico.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Reverendissime, sincere Nobis dilecte. Utinam omnes principes christiani ad eam curam incumberent, ut depositis prorsus animi offensionibus, ad sublevandam ruentem jam rem christianam consentirent: a Nobis sane nihil unquam proficisceretur, quod a rationibus Reipublicæ christianæ alienum videri possit. Ac quod attinet ad Cæsaream Majestatem, mittemus ad eam brevi internuntium, qui, etsi non multum ostentationis præ se feret, non levium tamen rerum fundamenta jacere poterit. Habebit a Nobis in mandatis ea, in quibus, si ipsius Majestatis æquitatem, quod confidimus, ac benevolentiam erga Nos cognoverimus, erecto atque alacri animo ad amicitiam cum ejus Majestate sanciendam pergere poterimus. Utinam vero bellum illud Persicum diuturnum foret, ut vel hac saltem ratione a Republica christiana domesticis malis laborante, externum periculum averteretur: verum qui rerum Turcicarum periti sunt, rem omnino ad pacem spectare judicant, quod et legationes ultro citroque communicent, et alia indicia susceptarum utrinque cogitationum de pace appareant, et causæ etiam non obscuræ sint, quæ utramque partem ad intermittendum bellum monere possint.

De jure jurando Transylvanico quod Paternitas Vestra scribit, ex vulgari opinione irrepsisse in literas Paternitatis Vestræ videtur: [qui] morum et institutorum Turcicorum, ac rerum Transylvanicarum non ignari sunt, [sciunt], vexillo tantum misso, ne minimam præterea cautionem, non modo jurisjurandi religionem, ethnicum imperatorem a principibus christianis requirere.

Exempla literarum, quas Paternitas Vestra ad Serenissimum Sveciæ regem, ac item aliarum, quas ad Serenissimam Sveciæ reginam, ~~legi~~ [dedit], legimus diligenter: vehementer Nobis probantur, gratumque Nobis hoc officium Paternitatis Vestræ est.

Nos compositis Russicis rebus, brevi Cracoviam contendemus. Rem Nobis gratam fecerit Paternitas Vestra, si illic aliquantisper, donec venimus, substiterit. Putamus Paternitatem Vestram non latere, successorem Paternitatis Vestræ jam quoque Cracoviam venisse. Bene valeat Paternitas Vestra. Datum Leopoli, die ...., anno Domini 1578, regni nostri anno tertio.

CCVI.

Idem eidem.

Reverendissime in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. De mittendo ad Cæsaream Majestatem a Nobis internuntio stat prorsus nostra sententia: brevi eum sine dubio missuri sumus. Quod ad Paternitatis Vestræ discessum, optassemus sane, ut Paternitas Vestra non solum ad adventum nostrum Cracoviæ substitisset, verum etiam quam diutissime in hoc regno una Nobiscum fuisset. Ut enim ante discessum Paternitatis Vestræ colloquium Nobis cum Paternitate Vestra utile fuisset, ita ex diutiore ejus hoc in regno nostro legatione, propter ejus summam prudentiam, doctrinam ac pietatem, procul dubio in dies fructus maximos percepturi eramus; verum tamen quum aliud a Paternitate Vestra et rationis

ipsius, et muneris, quod sustinet, ratio poscebat, vel potius flagitabat, noluimus Paternitatem Vestram cum ejus incommodo morari. Non dubitet vero Paternitas Vestra, quod sicut ipsam praesentem benevolentia complexi fuimus, ita deinceps grata recordatione perpetuo prosequemur, ac quicquid studio gratiaque apud Sedem Apostolicam valere poterimus, id omne, quoties usus feret, ad utilitatem et ornamentum Paternitatis Vestrae esse insumpturos. Religionis curam, quam Nobis pro officio suo Paternitas Vestra commendat, eam certe habebimus, ut Nos et pietatis nostrae erga Deum cui reliqua omnia postponere debemus, rationem summam habuisse, ac consilia quoque et monita Paternitatis Vestrae, quoad haec iniquitas temporum feret, non neglexisse appareat. Ut vero Paternitati Vestrae studium nostrum promittimus, ita hoc ipsius studio, quod Nobis promittit confisi, libenter et prudentia ipsius in communicandis per literas ac nuntios consiliis, et opera in perficiendis istis nostris negotiis utemur. Datum Leopoli, die 13 septembris, 1578.

CCVII.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Chodkiewicz.

Teka Naruszewicza 92. Ex orig. arch. Sapiehani. (31)

85 207

Illustris et Magnifice, sincere Nobis dilecte: gratiam nostram regiam. Redditæ sunt Nobis hisce proximis diebus literæ ab Illustri Domina Vilnensi, matre optimæ memoriæ Magnifici Alexandri Chodkiewicz, capitanei Grodnensis, nuper vita defuncti, quibus incusat, quod quum filio suo desideratissimo justa persolvisset, et dum redire domum statuisset, jussu neptis suæ, conjugis D. capitanei Grodnensis, currum et equos, quibus vehebatur, esse interceptos in vilipendium ipsius, ut aliena rheda commodata domum redire necessum habuerit, tum deinde ab ipsa binis, a Sinceritate vero Vestra quinque citationibus impetitam esse, quod quasdam transactiones inter Dominos Chodkievicios, tam patrem Sinceritatis Vestræ, quam suum maritum, et patruum Sinc. Vestræ, de successione hæreditaria bonorum paternorum in sexum virilem...., de quibus illa sibi nihil constare, tum etiam D. Alexandrum filium intestatum ex hac luce decessisse asserit. Quomodocumque res se habet, Sinc. Vestra, pro sua pietate ac prudentia, tot consequentium calamitatum, et recentis ex morte optimi ac præclari filii istius honestissimæ matronæ, ac sibi affinitate devinctæ, luctus, justam debuisset habere rationem, nec tam festinanter, etiamsi aliquid jure ab ea poscendum fuisset, exigendum erat. Ubi enim injectum temporis intervallum dolorem ipsius emollivisset, facilius placabilitate, si quæ poscenda sunt, ab illa obtinuisset. Sumus itaque hortatores Sinc. Vestræ, ut eam litem potius amicorum arbitrio, quam jure certando dirimendam statuat, ac recolligendis viribus istius optimæ Dominæ aliquid temporis concedat, quod et affinitate vestra, qua inter vos devincti estis, dignum, ita et præclaræ domui vestræ honorificum futurum omnino sibi persuadeat. Porro Sinc. Vestram diu valere, et optatis successibus frui a Domino Deo optamus. Datæ Leopoli, die 16 septembris, anno Domini 1578.

Stephanus Rex.

CCVIII.

List od iednego przyiaciela od dworu do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

O Turkach, Tatarach, iako odprawieni, pisałem do WMci, MP, dostatecznie przez Józefowicza, pachołę WMci. Broniewski przypominkach do hordy pospołu z czausem wyiechał, instrukcyą iemu daną posłałem WMci. Wziął to czaus na gardło swe, że przymierze z carem wedle starych pakt napisane mieć będziem, y to, że na drugie lato Moskiewskiego wwiować nam pomoże.

Onegday w poniedziatek przyiachało do króla JMci pięciu posłańców od Kozaków

Niżowych, służby swe ofiaruiąc, y tam iść obiecuiąc, gdzieby kazano. Wdzięczne to poselstwo
ich było. Odprawieni zarazem z tem, że za sługi ie przyięto, na 600 towarzystwa tamtego przy-
wiedziano służbę po 6 kóp Litewskich y po sukni na rok. Starosta Czerkaski hetmanem nad
nimi będzie, któremu na przyszły ś. Mikołay przysięgać wszyscy maią, y na ten czas ten
żołd wziąć, być zawsze pod posłuszeństwem y zwierzchnością Królewską, do Włoch, ani
do Turek Boże uchoway. Kontenci widziałem z tego, chcąc dosyć czynić we wszystkiem,
z listem przypowiednym y podarowani odeszli na zad. Król JMość y sprawy iego podo-
bały im się bardzo.

Prawie pod ten czas przyiechał też Pan woiewoda Lubelski z kommissyi swey.
Czynił relacyą wszystkiego, naybardziey winę dawał Panu woiewodzie Kiiowskiemu,
iż tych Kozaków naywięcey z dworu y zimion iego wychodziło na Niż, więc też z Nie-
mirowa, imienia Pana woiewody Bracławskiego. Sądził tam iednak nikogo nie mógł,
bo nikt na pozwy stanąć nie chciał, ani Pan woiewoda Kiiowski iedno przez to, że mu
w pozwie niedostateczny tytuł iego napisano. Poymał tam iednego chudzinę, który
podobno nieborak za drugie zapłacić musi.

Toć tedy tak tu postanowiwszy Russicas res, odieżdżamy, y tak pokóy postana-
wiamy. W Krakowie circa 8 octobris być mamy, tam iako długo nie wiem, ale wszy-
stko mi się zda, że się podobno do Lublina do Moskwy (do posłów Moskiewskich, którym
w Lublinie czekać kazano) nie ruszymy, ani tey konwokacyi złożymy, póki pierwey
od Broniewskiego z hordy wiadomość iaka o pewnym pokoiu z tamtąd nie przyidzie,
bo za tem bylibyśmy iuż resoluti, iak Moskwę odprawić. Datum we Lwowie, 19 die
septembris, anno 1578.

CCIX.

Ad Regiam Majestatem a Duce Curlandiæ.

Bibl. cesarska w Paryżu: Coll. Faur. 6063, t. II.

Serenissime Princeps, Potentissimeque Rex et Domine Domine longe clementissime.

Obsequia mea, quæ fidum vasallum decent, quovis tempore paratissima, Sacræ Regiæ Majestati Vestræ ea qua par est reverentia humillime defero. Domine clementissime. Sacræ Regiæ Majestatis literas Leopoli ad relationem oratoris et legati sui, ex hac provincia reversi, Generosi Joannis a Drohoiow, capitanei Præmisliensis, datas, qua par est cum subjectionis reverentia accepi, plenas clementiæ, atque seriæ erga provinciam hanc curæ ac sollicitudinis, in qua ut salus hujus Reipublicæ plane ærumnosæ continetur, ita et me, et universos, melioris status avidissimos, incredibili lætitia affecit, et intelligimus Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ gravissimum pariter ac prudentissimum consilium, quo vulnerum et morborum Reipublicæ hujus asperitati justa pariaque remedia opponere studet atque enitetur. Quod ergo de sententia et voluntate Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Illustris et Magnificus princeps, Dominus palatinus Vilnensis, se ad fines hujus provinciæ totius status cognoscendi causa contulerit, plurimum momenti ad publicæ salutis, quæ pæne subtracta est, recuperationem, allaturum, omnibus spem optimam facit. Ejus ergo Illustritatem hic per aliquot dies fuisse, mecum sua de præsentibus negotiis consilia communicasse, omnem statum cognovisse, adeoque summam sanandæ hujus provinciæ curam et studium suum testatum reliquisse, Sacræ Regiæ Majestati reticere minime debeo.

Quæ vero negotia, quove exitu cum Duce Magno, Rigensibus, et aliis Transdunanis tractaverit, hic recensere et importunum, et longum nimis

futurum esset, quum de iis omnibus Illustris Dominus palatinus ipse luculenter ad Sacram Regiam Majestatem Vestram relaturus sit. Svecorum clandestinas machinationes et consilia, hac cum Duce Magno et aliis, apud quos tentata sunt, transactione, jam fracta et frustrata esse, ego quidem prorsus existimo, ut hinc periculosae in hac provincia turbae minus pertimescendae nunc videantur. Quod ad arcem Rigensem attinet, etsi confideram Sacram Regiam Majestatem Vestram, in animadversione summarum difficultatum, quibus me diuturnitas miserrimi harum regionum status [ita afflixit], ut propemodum dimidia ducatus mei parte bellicis injuriis, et gravaminibus penitus pessundata et vastata, tali oneri ferendo amplius par non sim, clementer hac fasce sublevaturam; veruntamen quum arcis illius curam Sacra Regia Majestas Vestra a me nondum auferre velit, egoque hactenus ejus sustinendae causa sumptus permagnos fecerim, sustinerem eam quidem, ut Sacrae Regiae Majestatis Vestrae promptissima obtemperandi voluntas mea constaret, si id facultatum mearum nimium exhaustarum ratio ullo modo pateretur. Quantum vero mihi virium superesse possit, cujus detrimenta, sumptuumque erogationes belli causa tot annorum tempore continuatae, finem non solum nondum assequantur, sed etiam ingravescant, facile existimari potest. In hac tamen rerum apud me [exhaustione], praedictam arcem Rigensem, curae meae commendatam, retineam, ne quid Sacrae Regiae Majestatis Vestrae judiciis et voluntati, tum etiam saluti publicae negare aut detrectare videar: vero ne hoc periculoso rerum statu mutatio aliqua fiat, quae plus incommodi, aut etiam periculi attrahat, ita ut administratio arcis illius, de qua agitur, Thomae ab Embden, spectatae fidei et integritatis viro, qui eidem hactenus singulari cum industria ac vigilantia praefuit, permittatur et illius rationibus seu conditionibus, quas jam nominatus Thomas

ab Emden Illustri Domino palatino Vilnensi obtulit, et declaravit ea, quæ ad arcis Rigensis sustentationem necessaria requiruntur, compararentur.

De clementissima benignissimaque Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ voluntate et sententia in eos nobiles, qui partes ducis Magni secuti, bonorum suorum jacturam fecerunt, et nunc misere in magnis angustiis et squalore degunt, ut certiores illi redderentur, curavi. Quanto possunt studio Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ immortales gratias et ipsi agunt, et ego vicem miserorum hominum dolens et commiserans, easdem, cum prædicatione hujus regiæ benignitatis, ago, unaque cum illis, atque universis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ subditis Deum Opt. Max. assiduis ardentissimisque votis precamur, ut Sacræ Regiæ Majestati Vestræ hanc insignem et perpetua memoria dignissimam clementiam sempiternæ laudi, gloriæ, prosperitatique esse velit.

Ut vero tandem Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ clementissima erga hanc ærumnosam Rempublicam affectio suum effectum sortiatur, atque Sacra Regia Majestas Vestra de servatis subditis suis vero lætari possit, iterum diligentissimis precibus Sacram Regiam Majestatem Vestram omnes obtestamur, ut quam primum (res enim in dies mora hic fiunt deteriores) promissi a Sacra Regia Majestate Vestra commissarii, cum plena auctoritate et potentia accelerent, qui hujus afflictissimæ Reipublicæ negotia cognoscant, controversias dirimant, difficultates et gravamina, quibus scatet, expediant, tollant, atque adeo salutem pene amissam, divina favente gratia, revocent, atque restituant, utque hoc pacto Sacra Regia Majestas Vestra suæ benignitatis et justi regiminis præmium, immortalem videlicet gloriam et decus ex divina recompensatione reportet. Etsi vero quos Sacra Regia Majestas Vestra ad hujus provinciæ negotia decernere, constituereque commissarios velit, in liberrimo suo arbitrio consistit; tamen si Sacra Regia Majestas Vestra sententiam animi in hac causa mei requirit, eamque proferri patitur, optem iis hoc nego-

tium dari, quibus hujus provinciae rationes non sunt ignotae. Inprimis autem Dominum palatinum Vilnensem ad difficillimam hanc commissionem designari optaverim, vel si Illustritas ipsius ob alia negotia huic vacare non posset, ut suo loco vicarium quendam ad hanc rem constituat, praeterea autem Dominum Nicolaum Talwosz, ac Stanislaum Naruszewicz, et Venceslaum Agrippam. Hos vero non alia de causa nonino, quam ne quid, quod Reipublicae huic perturbatissimae saluti fore putem, Sacrae Regiae Majestati Vestrae reticeam, idque Sacram Regiam Majestatem Vestram × Dei omnipotentis clementissimae tutelae diu salvam et incolumen conservandam, omnibusque regiis commoditatibus feliciter fruentem fideliter commendo. Datum in arce nostra Bauscoburga, 27 septembris, 1578.

× in optimam partem clementissime accepturam, certus sum. Quod reliquum est, Sacram Regiam Majestatem Vestram

CCX.

Regia Majestas ad Anspachum.

Bibl. cesarskaw Paryżu: coll. Faur. t. 11.

Stephanus Rex Poloniæ, etc.

Illustris princeps, Domine affinis charissime. Existimamus Illustritatem Vestram minime fugere, quid hoc tempore Moschorum princeps moliatur, ut reliquum Livoniæ occupare possit: propinquitas enim Livoniæ ac Curlandiæ cum Prussiæ ducatu efficit, ut hæc res Illustritatem Vestram latere non possit, quamquam existimamus, notumque est Illustritati Vestræ nostrum consilium de hoste hoc omni opere aggrediendo. Sed quum id magnum apparatum requirat, tam mature instructi et parati esse non possumus, ut nunc vel ipsi eo venire, vel etiam tantas copias, quæ hostis viribus pares essent, submittere statim possimus: etenim si quid in animo hostis habet, id prorsus hisce diebus exsequi conabitur. Si nihil aliud esset, vel mutua nostra benevolentia, vel antecessorum nostrorum, ac regni nostri, nostraque etiam erga Illustritatem Vestram merita facile apud Illustritatem Vestram efficerent, ut nobis regnoque tam necessario tempore non deesset, verum præterea et vicinum ducatus Prussiæ periculum Illustritatem Vestram monere debet. Postulamus igitur ab Illustritate Vestra, et pro sua, de qua confidimus, benevolentia erga nos, et periculi istius ducatus avertendi gratia, subditos ducatus Prussiæ omnes in armis habeat, et si hostis ingruet, ut ipsi velit ad extinguendum commune incendium cum Lithuanis, ac copiis Illustris Curlandiæ ducis accurrere possint. Quo officio Illustritas Vestra nos et regnum nostrum vehementer sibi devinctum reddet. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus.

CCXI.

Daniel, archiepiscopus Moguntinus, ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Relatum est ad nos, Serenissime Rex, Dominum Stanislaum Sandivogium a Czarnkow, ex veteri comitum familia in regno Poloniæ illustrem oriundum, tandem a Regia Vestra Serenitate in gratiam receptum, suæque patriæ post multas exilii sui calamitates clementer restitutum. Quæ singularis clementia, qua Regia Vestra Serenitas non solum hunc comitem Stanislaum, sed et plures alios Polonos, qui in proximis comitiis pro eligendo rege Poloniæ alteram partem, non quidem ex malitia, sed ut sua opinione et amore erga patriam communi utilitati recte consulerent, suis sane infortuniis secuti, supra quam sperare potuerunt, recreavit, plerosque etiam in priore dignitatis loco esse jussit, omnibus sane testatum facit, quo animo, quaque regia virtute delati regni sceptrum susceperit, quantamque benevolentiam Ordines aliosque subditos suos de se expectare velit, tantum ut pietatem, justitiam et pacem inter se colant. Quibus cœptis Regia Vestra Serenitas hoc regium suum solium sibi suisque posteris exemplo Davidis, Constantini Magni, aliorumque potentissimorum regum, qui zelo Dei ducti, clementiam justitiæ semper conjunxere, dubio procul confirmavit. Quapropter quum comes Stanislaus omnes vitæ suæ actiones studiumque pro patria, proque regni Polonorum gloria amplificanda, a multis retro annis diligenter impenderit, seque pro asserenda ea constantem gratumque subditum exhibuerit,

~~marchionem pertinentibus.~~

~~De Prutenorum gravaminibus propositis, vellet Regia illius Majestas, ut ipsa quoque Illustritas ipsius secum deliberet, et expendat, et sententiam suam de singulis ad Regiam Majestatem perscribat; sunt enim pleraque, quae tenuissimis fundamentis niti videantur.~~

~~Ad juramentum subditorum quod spectat, ita sua Regia Majestas instruet suos commissarios, ut rem totam~~

eaque de causa Regiae Vestrae Serenitatis antecessores, Sigismundus Augustus et Henricus reges, clementer annuerint, ut pro remuneratione tantorum laborum a Reverendissimo in Christo Patre, archiepiscopo Gnesnensi, consensu sui capituli, ecclesiae suae coadjutor designatus sit, quo in negotio sibi, ut solet afflictis accidere, adhuc difficultates ab aliis moveri posse metuit, ac quasi praesentit, nisi dextra Regiae Vestrae Serenitatis benigne sublevetur. Eandem Vestram Regiam Serenitatem quam obnixe rogo, ut non gravetur D. Stanislao pro sua regia clementia, qua illum dignum esse ad protegendum judicavit, subvenire, quo possit dicta coadjutoria sine impedimento adversariorum, si qui sunt, potiri, praesertim quum talis tantusque vir, hoc turbato rerum ecclesiasticarum statu in domo Domini pro sua eximia eruditione, prudentia ac pietatis amore, plurimum commodare [posset], atque propterea ad tale munus obeundum quaerendus esse videatur. Qua in re Vestra Regia Serenitas non solum virum de Republica sua bene meritum sibi multo devinctiorem efficiet, quam et nos protectioni Dei Opt. Max. commendamus (1). Datae ex oppido nostro Aschaffenburgo, die 27 septembris, anno a nato Christo 1578.

85, 209. i Rzym 28 Septemb. ex Op. Mori [illegible] [illegible] S. B. Reg.
Zaleca aby [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] – [illegible] [illegible] kralowie zborny – Burmistrz i Majstr Elbląga do [illegible] [illegible]

85. 210. ex oper. Mori i Rzym 28 Septem. [illegible] do Zamojsk. [illegible] aby [illegible] [illegible] do [illegible]
aby [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

CCXI. (1) Wstawiał się także za Czarnkowskim Jakub elektor-arcybiskup Trewirski, w liście z Konfluencyi 22 listopada tegoż roku pisanym, który że zbyt długi, nie został umieszczony, ile że mamy już za nim listy cesarza i elektora Saskiego.

CCXII.

Vincentius Laureus, episcopus Montis Regalis, ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Sacra Regia Majestas. Ante aliquot dies, quam in hanc urbem venissem, accepi in itinere literas Patris Varsevicii Stocholmi datas, et a Reverendo preposito Plocensi ad me missas, quæ negotium ipsi Patri Varsevicio quod datum fuit, quousque perductum sit, indicabant: eas ac simul notam, quæ mihi cum illo convenit, cum his in unum fasciculum additas, mitto ad Majestatem Vestram, quo Majestas Vestra, omni re perspecta, Varsevicio, quid in ea deinceps tractaturus sit, mandandum per literas curet. Ego hic id potissimum studui, quo imperatorem veris opinionibus imbuerim, nullam esse rem utriusque principis rationibus, et toti christianæ Reipublicæ æque accommodatum, ac solidam perpetuamque inter Majestatem utriusque pacem et ~~conditionem~~ conjunctionem, eamdem propterea a Cæsarea Majestate quibusvis honestis, æquisque condittionibus procurandam esse, atque internuntius, qui, ut hujus conjunctionis semina jaceret, huc a Majestate Vestra propediem allegaretur, quo par est honore et humanitate excipiendus. Quale optabam de ea re ab imperatore responsum tuli, idque significo Reverendissimo successori meo, quo is apud Majestatem Vestram orsas et informatas concordiæ rationes pro suo munere prosequatur. Hinc ad ecclesiam meam, a qua jam nimis diu abesse videor, divertam, inde institui Romam proficisci. Ibi, quemadmodum in hac aula jam feci, Majestatis Vestræ incredibile erga catholicam religionem studium, eruditam sapientiam, animi magnitudinem, perpetuam constantiam, cæterasque regias virtutes palam facere nunquam intermittam, veramque earumdem virtutum imaginem in animo meo ita defixam semper geram, ut mea omnia officia atque obsequia ad Majestatis Vestræ, id est, ad ipsius christianæ Reipublicæ dignitatem, sim perpetuo collaturus. Quod reliquum est, Deum immortalem supplex oro, ut Sacram Regiam Majestatem Vestram isti regno, totique christianæ Reipublicæ salvam et incolumem diutissime ac felicissime conservet. Datum Pragæ, die prima octobris, anno Domini 1578.

CCXIII.

Literæ a Sacra Majestate Regia ad D. Regni Marschalcum.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.

Magnifice sincere Nobis dilecte. Parcendum Sinceritatis Vestræ et sumptibus et laboribus, quandiu Nobis licuit, putavimus, quominus Sinceritatem Vestram ad Nos accerseremus. Etsi enim res nostræ, ut Sinceritatem Vestram accerseremus, a Nobis postularent, adhuc tamen postulabant tantum, nunc vero etiam flagitant. Quum in Russia maneremus, ut ingenue scribamus, satis confusa fuit omnis ratio et disciplina aulæ nostræ, in illis tamen remotioribus locis, id ut potuimus tulimus. Nunc vero quum Cracoviam proficiscamur, certe diligentius Nobis est de restituenda ejus disciplina ac ordine

cogitandum. Etenim isthic, velut in specula quadam non solum universi hujus regni, sed propre universae reipublicae christianae versabimur, quum omnium elegantiorum nationum homines isthic reperiantur. Praeterea aliorum principum aulae vicinae sunt. Pontificia etiam nova legatio, ac aliae quoque aliorum Nobis suscipiendae sunt, atque haec, quae ad officium Sinceritatis Vestrae marschalcatus spectant. Quum vero etiam Sinceritas Vestra senator regni sit, et senator non modo ex institutis istius Reipublicae, sed propter ejus Nobis perspectum studium erga Nos ac Rempublicam primarius.... Gravissimae omnium hoc tempore deliberationes Nobis habendae sunt, tum de dimittendis legationibus, tum etiam de iis, quae ante profectionem nostram in Lithuaniam providenda sunt. Hortamur igitur Sinceritatem Vestram, ut, postpositis omnibus aliis negotiis, ad Nos Cracoviam sine mora veniat, id quod eam facturam prorsus confidimus, et ut faciat iterum atque iterum non modo monemus, sed postulamus ac plane rogamus. Bene valere Sinceritatem Vestram cupimus. Datae in Pilzno, die 6 mensis octobris, anno Domini 1578, regni nostri tertio.

Stephanus Rex.

Cedula manu regia scripta.

Confidimus Dominationem Vestram excusationibus non esse usuram, quominus statim iter ad Nos adornet. Verum si quae adeo ferat ardua, oretenus ea Nobis melius persuadebit, nostrumque pariter desiderium implebit.

CCXIV.

~~Wyjątek z~~ List od przyjaciela ~~pen~~ iednego od dworu do Pana Marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Do Krakowa nie wyjedziemy aż 14 oktobra, bo w Bochnii y w Niepołomicach po kilka dni ma się król JMość zatrzymać, dziś do Tarnowa na noc. W Krakowie iak długo nie wiem, ale onegday w Łancucie widziałem pisany list do królowey JeyMci, w którym król JMość, posyłaiąc iey brzoskwiń, które z Węgier przyniesiono, koszyk, ręką swą kilka wierszów przypisał w te słowa: Cracoviam pergimus, ubi non manebimus tres septimanas diutius, postea Varsaviam ad Majestatem Vestram veniemus. Jakoż iż to tak będzie, ztąd colligo, że do Lublina, ani na koronacyą nie pokwapim się, aż z Tatar nowina będzie o pewnym Przekopskim pokoiu, abyśmy z Moskwą wiedzieli co czynić.

W Jarosławiu, gdzieśmy nocowali, król JMość w dobrze budowanym dworze stać nie chciał, ale w rynku u mieszczanina, ieśli też to WMci potrzeba wiedzieć albo iest dla czego. A czy ia wiem, co za krzyki ludzkie y tę invidiam kładli na mnie, że to z nas pochodzi. Dostatki od Pana woiewody z dworu wszystkiemu dworowi wielkie dawano.

Moskiewskie woysko wielkie pod Kieś ciągnie. Conturbatus nieco król JMość, y radby te dworskie żołnierze tam posłać, ale bez pieniędzy ruszyć się nie chcą, o które trudno. Datum raptim z Pilzna, die 7 octobris 1578.

CCXV.

Stephanus rex Poloniæ Stanislao Karnkowski episcopo Vladislaviensi.

Teka Naruszewicza 92. Ex arch. capit. Varmiensis. 85 212

Arch. Princip. Czartorys. N. Mss. 310. D. 26.

Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Constitutis in Russia rebus omnibus, quæ ad illius provinciæ salutem et tranquillitatem pertinere videbantur, Cracoviam deinde ad civitatem regni nostri primariam Nos contulimus, atque serio tandem Lithuanicis et Livonicis negotiis animum advertendum esse duximus, eorumque ac belli Moschovitici curam suscipiendam, cujus rei ipsa Cracoviensis civitas multas adferre potest commoditates, quum ob artificum omnis generis, quibus est instructa, copiam, tum ob vicinitatem aliarum provinciarum, quæ abunde Nobis ea, quæ bello usui esse solent, suppeditare possunt. Verum enim vero explicandæ Nobis inprimis sunt gravissimorum quorumdam negotiorum, quæ Nobis ac Reipublicæ incumbunt, deliberationes, Moschovitici etiam legati, qui jam diu expectant, audiendi (1). Quarum rerum quum non facilis sit consultatio per literas ac internuntios, sed coram inter nos sunt tractandæ, ex sententia eorum, qui Nobis adsunt, consiliariorum, senatores regni nostri ad nos esse advocandos decrevimus. Considerabatur a Nobis una cum iis, qui aderant, consiliariis, ut locus omnibus omnium provinciarum senatoribus quam maxime vicinus et commodus deligeretur, sed ex altera parte obstabant gravissimæ causæ temporis inter ceteras angustias, quod scilicet hac hieme prorsus in Lithuaniam Nobis est eundum, accedebat præterea itinerum difficultas. Quapropter a Nobis atque iisdem, qui Nobis adsunt, consiliariis, in eam sententiam est itum, ut hoc eodem in loco Cracoviæ scilicet et apparatum belli compararemus, et consultationes Reipublicæ necessarias iniremus, ac legatione Moschovitica audita, cognitis etiam de ea ac ceteris omnibus Reipublicæ negotiis Sinceritatum Vestrarum sententiis, in Lithuaniam deinde proficisceremur, evocatisque unum aliquem in locum Poloniæ vicinum consiliariis illius provinciæ, et adhibitis præterea senatoribus Polonis, quicumque venire eo potuerint, legationem eamdem dimitteremus cum responso accommodato ad consilia omnium senatorum, quorum sententias tam Cracoviæ, quam illic intellexerimus. Tempus porro conveniendi Cracoviam, singula rationum momenta expendentes, diem primam mensis decembris assignavimus: etenim sub illud demum tempus sciri, vel saltem conjectura percipi posse existimavimus, quam summam contributiones publicæ in usum belli Moschovitici sancitæ sint effecturæ. Et præterea expectamus ex Tartaria vel ipsummet nostrum legatum, vel ab eo literas: ideo ad diem eamdem consultationes ejusmodi differre coacti

---

CCXV (1) Posłowie Moskiewscy, (Piotr Iwanowicz Hołowiński [Michał Karpow] i Taras Hrehorowicz Kurbat,) stawieni w Krakowie przed królem, domagali się aby król powstawszy i czapkę zdjąwszy, zapytał ich o zdrowie cara, do czego gdy król zniżyć się nie chciał, a oni przy swojem obstawali, odprowadzono ich do mieszkania, a potem im precz z kraju wyjechać kazano. Bielski, Heidenstein. Wspomina także o tem sam król w odezwie do wojska ze Świra dnia 12 lipca 1579 roku wydanej.

sumus. Hortamur igitur Sinceritatem Vestram sedulo ac diligenter, ut pro ea ipsa die Cracoviam se conferat, communicatura Nobiscum et cum reliquo senatu consilia sua de maximis atque gravissimis Reipublicæ negotiis, quæ tum a Nobis proponentur. Quod Sinc. Vestram, pro sua in nos fide et in Rempublicam studio, facturam esse certo nobis persuademus, eamque bene valere cupimus. Datum Cracoviæ, die 18 mensis octobris, anno Domini 1578, regni vero nostri anno tertio.

CCXVI.

Idem Revaliensibus.

Stephanus Rex.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Spectabiles, Famati, grate dilecti. Quæ sit conditio, qui status hoc tempore civitatis vestræ, et quæ impressio a Moscho hoste nostro denuo civitati illi immineat, ac quæ sint apud Nos petitiones vestræ, quæque spes vestra de nostro auxilio, ea omnia tam ex nuntiis vestris, quam ex literis abunde intelleximus. Et Nos quidem, qui toto animo in id incumbimus, quo Livoniam e faucibus tam immanis et barbari tyranni vindicare, eamque priori suæ libertati restituere possimus, quam ad rem, et rationes foederis cum S. Sveciæ rege, fratre et affine nostro charissimo, inchoavimus, et ipsi in apparatu rerum bello necessariarum versamur, neque civitati vestræ, in qua præcipuum præsidium provinciæ illius consistit, deesse, neque spem de Nobis conceptam, jam etiam aliqua ex parte paulo superiore tempore re ipsa [a] Nobis confirmatam, diminuere nolumus. Nam quod ad rem frumentariam attinet, cujus penuria maxima civitatem vestram laborare nuntii vestri attestantur, cuperemus ut id quod ex liberalitate nostra frumentum illi civitati destinatum fuerat, ad manus vestras integre pervenisset (1). Quod quum secus vel cupiditate eorum, quibus id negotii datum fuerat, vel alio casu accidisset, at hoc effecimus, ut et id quod retentum est, plene vobis tradatur, et præterea centum aliæ lastæ frumenti ex nostra benignitate in usum vestrum Gedano submittantur. Quod studium nostrum ut vobis gratum fore confidimus, ita vos etiam ipsos vobis ipsis non esse defuturos, quin officiis, vigilantia, studio et conatibus vestris nostros conatus in vindicanda provincia illa, pro maxima virili vestra, quantum in vobis est, adjuvetis, Nobis pollicemur. Id enim agimus, Deo consilia et conatus nostros sua gratia prosequente, ut siquidem jam, Dei beneficio, cæterarum regni nostri provinciarum paci et rationibus non incommode prospectum a Nobis est, et illi provinciæ præsentem opem feramus: et quamvis civitati vestræ peculiarem aliquam militum manum hoc tempore ante adventum illuc nostrum non assignemus; tamen si quæ necessitas ingruerit, de eo tum Illustrem et Magnificum palatinum Vilnensem, supremum exercituum nostrorum M. D. Lith. præfectum, cui Livoniam commisimus, tum Illustrem Curlandiæ ducem, certiorem reddere ne negligant. Quod si autem et hoc aliqua interclusio ab hoste non permiserit, tamen Nos præfectis copiarum nostrarum, quæ propediem majores ibi futuræ sunt, demandabimus, ut ne vobis desint, sed hostem plerisque in locis ita distineant, ne in vestras sedes totus irruat. Atque non hac re solum, sed etiam aliis rebus brevi, Deo volente, provinciæ illi nostræ aderimus. Cætera vobis nuntios vestros bona fide relaturos esse non dubitamus. Bene valeant Fidelitates vestræ. Datum Cracoviæ, 18 octobris, anno 1578, regni nostri tertio.

---

(1) Obacz pierwszy list króla do mieszkańców Rewla z dnia 23 września 1576 roku.

CCXVIII.

Postanowienie króla Stefana Batorego względem dobrego w mieście Krakowie porządku (1).

Teki 85. 214

---

(1) To postanowienie, datowane w Krakowie 27 października 1578 roku, jest po łacinie w dziele Muczkowskiego: Mieszkania i postępowanie uczniów Krakowskich w wiekach dawniejszych, p. 119–126.

CCXVII. 190

Responsio a Statibus Prussiæ nuntio Regiæ Majestatis in comitiis Culmensibus habitis data.

(29 Septembris 1578)

Teka Naruszewicza 92 85 213 Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 31. p. 84.

Inprimis agunt Sacræ Regiæ Majestati Ordines Terrarum Prussiæ pro denuntiata regia gratia et clementia permaximas ac debitas gratias, et rogant, ut Dominus internuntius vicissim paratissima fidei et subjectionis Statuum et Ordinum officia Majestati ejus deferre et renuntiare velit.

Præterea audiverunt reverenter ea, quæ nomine S. Majestatis Regiæ ipsis exposita fuere, et quum ea ad superiorum temporum actiones, et jam pridem a se datas humiliter responsiones, pertinere existiment, non abs re fore judicant, si ea paulo altius repetant, et S. Regiæ Majestati ad animum demisse revocent.

Ac principio existimant, S. Majestatem Regiam memoria benignissime complecti, quid ab ipso Majestatis ejus felicissimi regiminis auspicio, sine intermissione humillime petierint Terrarum Prussiæ Ordines, ut videlicet jurisjurandi sui data declaratione et privilegiorum aliquoties verbo regio promissa confirmatione, ipsos Ordines penes libertates suas benignissime conservare dignaretur, in quam rem etiam haud contemnendam pecuniæ summam erogarunt, et S. Majestati Regiæ humillime gratificandi studio obtulerunt. Verum adeo nihil impetrare potuerunt, ut etiam ad præterita Varsaviensia comitia profectionem instituere coacti fuerint, et ea demissis verbis repetere, quæ jam aliquoties in aliquot regni comitiis et extra ea quoque humillime petierant.

Verum quum Majestatem Regiam gravissimis negotiis occupatam et variis curis distentam offendissent, ac iterum re infecta domum iri jussi fuissent: illi rebus suis jam ferme nutantibus quantocius subveniendum, neque amplius cunctandum rati sunt, præsertim quod ea se ipsis offerret occasio, qua reliquis omnibus non tantum regni et M D Lithuaniæ, sed aliquot etiam peculiaribus palatinatibus sine ulla provocationis et litium protelandarum licentia, judicia exercendi libera facultas concederetur, quam et illi pro ea libertate, quæ ipsis cum reliquis incliti regni Poloniæ proceribus ex privilegio suo et articulis Henricianis, quos æque ac reliqui circa electionem receperunt, communis est, haud ingrato animo amplexi sunt, non quidem ea sententia, ut S. Regiæ Majestatis auctoritati et dignitati ea re quidquam detractum cuperent, sed multo magis ut eo instituto suo et auctoritatem et dignitatem principis sartam tectam conservarent. Etenim qua alia re magis conservatur dignitas principis, quam ubi subditis justitia ex æquo et bono sine ambagibus, sine diffugiis aut comperendinatione administratur, id autem quum per ipsum principem ob varias curas et occupationes, quibus plerumque distrahitur, præstari commode non possit, quid æquius, quam si per eos fiat, quibus id princeps credere tuto potest, utpote iis, qui præter patriæ salutem et incolumitatem nihil expetunt, quibus leges patriæ et priorum civium mores perspectissimi sunt, qui sine longiori mora, sine aliquo incommodo id præstare possunt, quod alias sine temporis, valetudinis et æris jactura nulla ratione præstatur, causæ

de tempore in tempus, de die in diem rejiciantur seu limitentur, et miseri homines variis molestiis curis et laboribus non afficiantur, sed conficiantur ferme. Quæ quum ita sint, et quum per illud institutum S. Majestati Regiæ nihil prorsus decedat, Majestatem ejus Ordines Terrarum Prussiæ iterum atque iterum submisse rogant, ne illos ab eo proposito, quod communis Reipublicæ utilitatem conjunctam habet, repellere velit, quin potius clementissime efficere, ut, quibus coeperint justitiæ administrandæ vestigiis insistere, iis, quod reliquum est, sine aliquo impedimento conficere possint, reliquorum regni, MD Lithuaniæ, et peculiarium etiam Volinensis, Kijoviensis et Braclaviensis palatinatuum exemplo, præsertim quod id privilegiis Terrarum Prussiæ nulla ratione repugnet, sed respondeat potius, quum per ea ad usum et participationem omnium honorum, jurium et libertatum admittantur, annectantur et includantur, quibus prælati, barones et nobiles regni Poloniæ potiuntur, et ratione articulorum Henricianorum, quos cum reliquarum provinciarum Statibus et Ordinibus amplexi sunt, illis nullatenus satisfactum sit. Et licet dicatur, tribunal judiciorum per universum regnum unum et uniforme, omnibus volentibus et jubentibus, institutum, Prussiæ judicia ut in suo statu remanerent sancitum esse, constat tamen præterquam quod tribunal judiciorum huic provinciæ concessum non sit, Ordines Terrarum Prussiæ constitutionibus regni non tantum nullatenus obnoxios esse, et suas peculiares constitutiones, peculiaria jura et privilegia, quibus res et negotia Terrarum Prussiæ definiantur, habere, sed et contra eam, de qua nunc sermo instituitur, constitutionem regni in præteritis Varsaviensibus comitiis eos, qui ibi præsentes adfuerunt, solenniter protestatos. Neque existimant se tam servilis conditionis, ut in nolentes, reluctantes et protestantes quidquam eorum statui aut sanciri possit, multo vero minus opus esse ea protestatione, quæ nunc per internuntium et secretarium Majestatis ejus interponitur, quum hoc Ordinum factum neque legibus, neque bonis moribus adversetur, eamque ob causam eam sibi neque præjudicio, neque impedimento esse posse judicant: quin imo S. R. Majestatem demisse rogant, ut eos penes hoc tam pium et utile institutum ac reliquas libertates clementissime conservare dignetur.

Et quum idem prorsus et petierint et S. Majestati R. humillime antehac significaverint, Majestas vero ejus eos hactenus præter morem divorum antecessorum nullo responso dignata fuerit, illi in quam partem id accipere debeant, nesciunt, sed S. Majestatem R. demisse rogant, ut eos in eodem numero, quo reliquarum provinciarum subditos habere clementissime dignetur (1).

CCXVII. (1) Taką odpowiedź odprawiły Stany Pruskie, na sejm prowincyonalny w Chełmnie zebrane, posła królewskiego, Stanisława Żółkiewskiego, dnia 20 października tego roku. Król chcąc co otrzymać od Stanów Pruskich, posyłał do nich jak do obcego mocarstwa swych posłów, przy czem nie zbywało na oracyach i protestacyach, ale nie zawsze zadość się stało woli królewskiej i potrzebom kraju. I tak kiedy król wzywał tegoż roku obywatelów Pruskich, aby pośpieszyli w pomoc zagrożonym od nieprzyjaciela Litwie i Inflantom, obywatele Prusscy odpowiedzieli, że boleją nad losem tych sąsiednich krajów, i prosić będą Boga aby je wyrwał z rąk okrutnego tyrana, ale ani grosza, ani żołnierza nie dali.

Henricus Galliarum rex ad Dominum cancellarium regni.

Coll. Faur. Gobz, t. 111.

Henricus Dei gratia Francorum et Poloniæ Rex, Magnus Dux Lithuaniæ. Magnifice, sincere Nobis dilecte. Magna et præclara merita clarissimæ Czarnkoviorum familiæ erga Serenissimos prædecessores nostros, atque adeo in universam Rempublicam Polonam semper exstitisse Sinceritatem Tuam minime nesciam esse existimamus. Nobis quidem Magnificus, sincere Nobis dilectus, Stanislaus Sandivogius, in ea familia natus, tum præclaris animi dotibus, tum eximia et singulari erga Nos fide, semper abunde satisfecit. Eo fit ut Serenissimi Sigismundi Augusti, prædecessoris nostri, de ipso judicium libenter amplexi et secuti simus, a quo hic ipse Sandivogius cohonestatus est coadjutoria archiepiscopatus Gnesnensis. Id quod quum prudenter a rege sapientissimo factum, non favori aut gratiæ datum, sed virtuti magnisque meritis tributum esse animadverteremus, Nos quoque eam dignitatem a tali tantoque viro obtineri omnino æquum esse judicavimus, quam ad rem diploma nostrum conscribi jussimus, quo diplomate hunc ipsum Stanislaum coadjutorem præfati archiepiscopatus denuo, quantum opus esset, creavimus, atque adeo Gnesnensem archiepiscopum designavimus. Nunc vero ad Nos perfertur hæc ab iis in dubium vocari, quorum hæc sola curatio est, ut et nostrum et præfati prædecessoris nostri beneficium, et judicium Reverendissimi in Christo Patris, sincere Nobis dilecti, Jacobi Uchański, moderni archiepiscopi, qui hunc Sandivogium, gravissimis adductus rationibus, suum coadjutorem in eo, quem diximus archiepiscopatu declaravit, suis artibus eludere non vereantur, in eoque toti sint, ut præfati Serenissimi prædecessoris nostri, quod ad hanc rem attinet, ac nostra præcipue rescindantur acta, qui tamen non vident se suorum regum dignitati, ac proinde Reipublicæ istius sicuritati, ac postremo sibi parum consulere, qui regum ligitimorum acta ita pro nihilo sibi existimant esse habenda, quasi vero ii Nos non simus, qui præstare possimus, ut ipsos hujus livoris aliquando fortasse pœniteat. Hæc res dedit Nobis causam harum literarum, quibus Sinceritatem Tuam vehementer etiam atque etiam rogamus, ut, si quid pristinæ erga Nos observantiæ in ipsa, uti speramus, etiamnum residet, hoc negotium non modo non impediat, sed suo favore, auxilio, consilio et ope promoveat, ipsumque Stanislaum Sandivogium a Czarnkow, hominem multis de causis Nobis charissimum, ita tuendum suscipiat, ut is nostram hanc commendationem non parum apud Sinceritatem Tuam pondus habuisse merito lætari possit. Qua in re si petitioni nostræ Sinceritas Tua satisfecerit, et Sandivogium qua re maxime potest, juverit, rem sua persona, eoque, quem isthic obtinet, loco Sinceritas Tua dignam, Nobisque gratissimam fecerit, idque adeo ut nihil sit, quod ipsam tali re a Nobis expectare nolimus. Bene valeat Sinceritas Tua. Datum Ollivicillæ, die 28 octobris, anno 1578.

Henricus Rex.

CCXX.

Adolphus, dux Holsatiæ, ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Serenissime et potentissime Rex. Dicatis Vestræ Regiæ Serenitati nostris officiosissimis obsequiis, Vestram Regiam Serenitatem certiorem faciendam omnino necessarium esse arbitrati sumus, Nos superiore æstate ad Vestram Regiam Serenitatem dedisse literas Gedanum perferendas, et inde ad ea loca, in quibus tum Vestra Regia Serenitas in suis amplissimis regno et ditionibus versaretur, (mittendas), quæ quidem literæ pertinebant ad eam Livoniæ causam actionem, postulata, ac petitionem de investitura ducatus Transdunani concernentem. Ea sane fiducia tum nitebamur, futurum, ut ex Vestræ Regiæ Serenitatis urbe Gedano hæ literæ ab hominibus certis fidisque ad Vestram Regiam Serenitatem, atque Vestræ Regiæ Serenitatis illustrem fidissimumque regni Poloniæ magnum cancellarium, Dominum Zamoyski, fideliter perferentur. Sed non sine animi nostri perturbatione atque dolore, paucis abhinc elapsis diebus, comperimus ex literis Generosi fidelisque ministri nostri, Osvaldi Grullii a Grabow, prædictas literas nostras, cum adjunctis scriptis, neque fideliter, neque integre, sed mancas atque mutilatas redditas fuisse. Cujus rei culpam quo derivemus, certa apud Nos ratio nondum existit, sed hoc solum superest, ut apud Regiam Vestram Serenitatem illam incommodam redditionem literarum nostrarum officiose excusemus, precemurque Regiam Vestram Serenitatem, ne hujus rei nomine quicquam sinistri in animum inducere, et de Nobis suspicari velit.

Ut autem Vestra Regia Serenitas denuo de animi nostri sententia pro jure affinitatis et devinctissimæ affectionis certius aliquod cognoscat, sibique de Nobis omnia fida et prompta obsequia polliceri possit, mittimus coram per præsentem hunc nostrum ministrum exempla nostrarum literarum cum adjunctis scriptis, nostram resolutionem ad Livonicum illud negotium continentibus, quæ antehac ita integre ad Vestram Regiam Serenitatem non perlata ~~esse~~ fuisse intelleximus. Fulcimur sane ea spe, Vestram Regiam Serenitatem benigne consideraturam, Nobis potissimum curæ esse, solidam cum Vestra Regia Serenitate actionem instituere de retinenda in fide Vestræ Regiæ Serenitatis provincia illa Transdunana, et Nos ea Vestræ Regiæ Serenitati perpendenda exhibere, sine quibus contra potentissimos atque truculentissimos hostes, id ipsum effectui dari nequeat. Quæ quidem pro Vestræ Regiæ Serenitatis insigni, laudatissimaque prudentia, ad animum revocata atque perpensa, Vestram Regiam Serenitatem cogitationes procul dubio eo deducent, ut Vestra Regia Serenitas hoc Nobis sit tributura, quod et fidei est, et sedulitatis.

Vestra Regia Serenitas per se novit, provinciam [Livoniam] Moschorum Tartarorumque incursionibus plane in vastitatem redactam, ex arcibus, præfecturisque nihil commodi, neque subsidii, agris desolatis, pagis incensis, colonisque, aut trucidatis, aut in servitutem abductis, præsto esse posse. Propterea is certe rerum Livonicarum calamitosus, ac pæne desperatus status plus impensarum ac sumptuum expetit, quam ut ex æqua Vestræ Regiæ Serenitatis arbitratione, major aliqua recompensatio infeudationis,

concessionisque illorum calamitosorum locorum, omnium circumstantiarum subductis rationibus, vel exigi debeat, vel præstari posset. Ducimur ergo bona spe, Vestram Regiam Serenitatem recompensationem illius beneficii, quod a Vestra Regia Serenitate petimus, pro summa sua in rebus maximis dextre conficiendis prudentia, ad æquas rationes deducturam, quum in devastata, (ad) ultimamque solitudinem redacta provincia.... Si illa beneficio Vestræ Regiæ Serenitatis Nobis, ut limitaneo principi regenda defendendaque foret suscipienda, nihil aliud sit expectandum, quam maximi sumptus ex patrimonialibus nostris ducatibus erogandi, eoque cum periculo transferendi. Tum quotidiani cum hostibus conflictus, et alendus in singulas horas præsidiarius in limite miles, quarum quidem rerum Nos rationem habere, necessitas postulat, ne Nos majoribus difficultatibus implicemus, quam ex quibus emergere, Vestræque Regiæ Serenitati, suoque regno, promissa servitia effectualiter exhibere, Nobis futurum sit integrum et possibile. Expectamus itaque de urbe Riga, de Dunemunda, aliisque castris ad flumen Dunam sitis, seu præsidiariis locis, benigniorem, liberaliorem que declarationem, tum etiam de recompensatione beneficii illius... in Nos nostrosque hæredes conferendo, mitiorem Vestræ Regiæ Serenitatis sententiam. Quæ quidem omnia Nobis constare poterunt, si Vestra Regia Serenitas ad transcripta priorum nostrarum literarum, nostrasque officiosas replicationes, quæ omnia his literis nostris adjuncta sunt, aliquid certi ad Nos, apud hunc ministrum nostrum, perscribere dignata fuerit, ut de voluntate atque judicio Vestræ Regiæ Serenitatis certiores esse possimus. Tantum benevolentiæ si a Vestra Regia Serenitate impetrare Nos contigerit, uti certe bona spe ducimur, Vestra Regia Serenitas Nos sibi devinctissimum, additissimumque fide, obsequio, omnibusque aliis placitis officiorum generibus est habitura. Regiam Serenitatem Vestram Deus Opt. Max. diu servet incolumem (1). Ex arce nostra Gottorpio, die 20 mensis novembris, anno Domini 157

CCXX. (1) Na tem się urywa w zbiorze Faura korespondencya xięcia Holsztyńskiego z królem. Niemasz w nim ani owych pism naprzód zatraconych, potem na nowo postanych, ani odpowiedzi króla na list powyższy. Pewnie się strony rozeszły o Rygę, Dunamind, Dunaburg i Kokenhauzen, których się xiążę Holsztyński napierał, a wyraźnie nie powiedział ile dostawi posiłkowego wojska na wojnę z Moskwą, na czem królowi najwięcej zależało.

Kommissya między woiewództwy, Brzeskiem y Podlaskiem z strony granic wydana pod dwiema pieczęciami, Koronną y WXLitewskiego.

Teka Naruszewicza 92. Ex mss. arch. St. Aug. regis. 85 217

Wielebnemu, Wielmożnym y Urodzonym, Woyciechowi Starozrebskiemu biskupowi Przemyslskiemu, Mikołaiowi Kiszce na Ciechanowcu woiewodzie Podlaskiemu, staroście Drohickiemu y Bielskiemu, Gabrielowi Hornostaiowi woiewodzie Brzeskiemu, staroście Mińskiemu y Kamienieckiemu, Pawłowi Szczawińskiemu kasztelanowi Łęczyckiemu, staroście Sochaczewskiemu y Wareckiemu, Janowi Haykowi kasztelanowi Brzeskiemu, dzierżawcy Trabskiemu, Janowi Dulskiemu kasztelanowi Chełmińskiemu, staroście Brańskiemu, Suraskiemu y Rogozińskiemu, Janowi Chlebowiczowi kasztelanowi Mińskiemu, staroście Oniksztenskiemu y Radoszkowskiemu, Mikołaiowi Łysakowskiemu kasztelanowi Chełmskiemu, Alexandrowi kniaziu Prońskiemu stolnikowi WXLit., Jadamowi sędziemu y poborcy ziemi Brzeskiey, uprzeymie y wiernie Nam miłym łaskę naszę królewską. Wielebny, Wielmożni, Urodzeni, uprzeymie y wiernie Nam mili. Iż na przeszłym seymie Warszawskim iesteśmy proszeni z strony WXLit. od posłów woiewództwa Brzeskiego, abyśmy onego woiewództwa niektórey szlachcie, którzy się z iurysdykcyi sądów y urzędu Brzeskiego zimiony odrywać chcą, nie dopuszczali tego, a z strony zaś woiewództwa ~~Bra~~ Podlaskiego, powiatu Mielnickiego, także uczynili prośbę do Nas, aby się onego woiewództwa iurysdykcyi, iako za przodków naszych było, nic nie ubliżało: przeto za takowemi do Nas od pomienionych woiewództw uczynionemi prośbami, My z Radami naszemi tak Koronnemi, iako y WXLit. tenże śmy sposób i środek do rozstrzygnienia takowey różnice nalezli, abyśmy pewne osoby z oboyga państwa do uznania tey sprawy wysłali y naznaczyli, co żeby więc do skutku przyszło, a tym różnicom koniec się mógł stać, Uprzeymości y Wierności Waszey, których baczenia y dzielności iesteśmy dobrze wiadomi, na tośmy deputowai umyślili, y ninieyszym listem naszym deputujemy, zlecaiąc to Uprzeymościom y Wiernościom Waszym, abyście porozumiawszy się z sobą na czas, to iest w poniedziałek po niedzieli pierwszey w post, którą zowią <u>Invocavit</u>, wezwawszy obiey strony tak powiatu Mielnickiego, iako y woiewództwa Brzeskiego obywatelów przez publikowanie y obwołanie uniwersału naszego do nich w tey mierze 6 danego, y ktemu obwieściwszy mianowicie o których byście wiedzieli, żeby ich ta sprawa zachodziła, ziachali się, nayprzód do Mielnika, gdzie z akt grodzkich y ziemskich, także y inszych dokumentów, które wam będą przez te, co im na tey sprawie należy, pokazane, wiadomość dostateczniejszą o wszystkiem wzięli, a potem zaś w Brześciu toż ~~same~~ wszystko uczynili, które iednak wasze do Mielnika y do Brześcia ziechanie nie ma nic woiewództwom y ziemiom preiudykować. A gdy się na tych miejscach odprawicie, mieć będziecie takowy zaciąg, oboyga woiewództwa wywody y dokumenta porównai, potem zaś poiedziecie na mieysca y uroczyska, które wam będą od strony obiey pokazane, gdzie także też uprzeymie y wiernie Waszmość weźmiecie sprawę y wiadomość tym dostateczniejszą o wszystkiem. A cokolwiek tam z dokumentów, iako y z przypatrzenia

się wyrozumiecie, to Nam na seym przyszły pod pieczęciami swemi odniesiecie, abyśmy tam mogli wedle żądości obojey strony, y według tego co w tey mierze słusznego y sprawiedliwego będziem rozumieć, koniec tym różnicom uczynić, w czem wszystkiem sumienia Uprzeymości y Wierności Waszych obowiązuiemy. To też Uprzeymości y Wierności Wasza uczynicie, iż gdy różności y wątpliwości w tey sprawie obaczycie, napomnicie y daycie znać starostom albo urzędom y sądom obojey strony tak województwa Brzeskiego, iako y powiatu Mielnickiego, aby nie wstępowali sobie w iurysdykcyą, a w tem co wątpliwego będzie Uprzeymości y Wierności Wasza uznacie, abyście się zatrzymali do postanowienia naszego na przyszłym seymie, do czego wam moc zupełną niniejszym listem naszym daiemy. A w niebytności przy tey sprawie niektórych z Waszmości, aby ci, którzy przybędą, też exekwowali, iedno żeby równości była w liczbie, tak z strony Korony Polskiey, iako też y WX Litewskiego. Co uczynicie Uprzeymości y Wierności Wasza dla łaski naszey. Datum Craco viæ, die prima mensis Decembris, roku 1578. panowania naszego roku trzeciego.

CCXXII.

Stephanus Rex.

Magister Hospitalis Hierusalem ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime ac potentissime Rex. Quoniam religiosæ Respublicæ, quæ a principum supremorum favorabili largitate ad supremum pervenere fastigium, non diutius vigere possunt, nisi ab eisdem in primæva illa dignitate ac reverentia serverentur: hinc fit quod quum in invictissimo regno Majestatis Tuæ nonnullæ hujus nostri ordinis commendæ a serenissimis olim prædecessoribus Majestatis Tuæ elargitæ, nunc vero ab usurpantium manibus, in grave hujus ordinis detrimentum, distractæ reperiantur, has Majestati Tuæ literas dare, eamde que etiam atque etiam rogare decrevi, ut fratrem Georgium Adelspach, nostræ vero linguæ Alemaniæ militem, cui juxta serie nostræ hujus religionis commendas ~~de Posdam et Posen~~ Possanienses haud illegitime contuli, pacificam ac quietam possessionem earumdem accipere dignetur, ut hæc Majestati Tuæ deditissima religio, non ut decet solum benigne conservetur, verum, ut omnino speratur, liberaliter augeatur.(1) Quod ut mihi benigne præstet, Majestatem Tuam magnopere etiam atque etiam rogo. Dominus Jesus Majestatem Tuam diutissime conservet. Datum Melitæ, quarto nonas decembris, anno Domini 1578.

CCXXIII.

(1) Za radą Radwana, biskupa Poznańskiego, założył Mieczysław Stary około roku 1170 szpital przy kościele ś. Michała w Poznaniu, a zarząd i opiekę nad nim poruczył braciom szpitalnym ś. Jana Jerozolimskiego tudzież rzeczonemu szpitalowi nadał wieczystym posagiem wsie swoje xiążęce, Nidkowy, Jagodno, Samocznska, Górkę, Glinkę, Gosztowo, Gieczowo, Cyrnielin, Jarogniewy, z wszystkimi tych wsi poddanymi i przyległościami. A na lepsze jeszcze szpitalu utrzymanie, wspomniony Radwan, odkazał mu i zapisał wieczystem prawem dziesięciny z kilku wsi do stołu biskupiego należących. Długosz, lib. V. Wszystkich kommandorów aż do ostatniego Miaskowskiego roku 1781, liczy Łukaszewicz w Obrazie Poznania trzydziestu dwóch. Nie mamy odpowiedzi króla na powyższy list mistrza kawalerów Maltańskich, ale wątpić można aby rekomendowany Jerzy Adelspach kommanderyą Poznańską otrzymał; bo od początku XV wieku samym tylko (już) Polakom ją dawano.

CCXXIII.

Cardinalis Sirletus ad S. Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime Rex. Accepi literas plenas humanitatis et clementiæ, quibus Tua Majestas tantum mihi tribuit, quantum ipse non agnosco, quo fit, ut eo majores illi gratias agam, quo minus dignum me sento his laudibus, quæ a Majestatis Tuæ benignitate, non ex meis aliquibus meritis proficiscuntur. Quod vero a me et suis literis petiit, et Generosus Joannes Zamoscius, secretarius, ejus nomine mihi diligenter exposuit, curabo quam maxime potero, ut, quæ ad rem literariam promovendam, gentisque Poloniæ et Hungariæ historiam explendam pertinere visa fuerint, libentissime conferam. Itaque significavi Domino Georgio, viro honestissimo, quem Majestati Tuæ fidelissimum, et antea perspexeram, et nunc cognovi, propediem me illi daturum, quicquid ad rem facere arbitratus fuero. Laudo maxime, clementissime Rex, quod ea cures in regno tuo constituenda, quæ ad juventutis animos recte instituendos pertineant: novi quam multis et honoratis præmiis eruditos viros allicias, hoc quidem magnopere laudandum est, quod catholicæ fidei observantiam instaurare studeas. Laudat Leo ille, maximus et sanctissimus pontifex, Pulchram Augustam, quod illi per omnia potestatem suam subjiceret, cujus munere et protectione regnaret: laudat etiam Martianum imperatorem, quod ecclesiasticæ pacis illum noverat studiosissimum, cujus sancto desiderio .... collatum esse scribit, ut quem statum esse cuperet religionis, eumdem haberetur et regni. Hoc et de te, Rex Serenissime, jure optimo sperandum est, fore scilicet ut in dies magis magisque orthodoxam fidem amplectaris, et quemadmodum ipse hæreticum detestaris errorem, ita et eos, quos potestati tuæ clementissimæ commisit Deus, ab hæretica pravitate corrumpi non patiaris, sed firmos conserves, infirmos et vacillantes sustentes, quique a recta semita deflexerint, illos omni studio ad catholicæ veritatis viam revoces, pro quo facto dabit tibi Dominus Christus, qui te ad regale culmen evexit, felicitatem, virtutem, diuturnitatem, ut qua religione, justitia et pietate exorsus es, eadem regni gubernaculum ad extremum usque teneas, ita ut ex hoc terreno ad coeleste illud regnum transferri possis. Hæc habui, Rex Serenissime, quæ scriberem, pauca quidem, si cum animi mei affectu comparentur, non dubito, quin Tua Majestas in optimam partem sit acceptura. Bene vale, Serenissime Rex, meque in numero tuorum habe ad ~~diu~~ inserviendum paratissimum. Majestatem Tuam Christus Jesus diu servet incolumem et felicem. Datum Romæ, die 3 mensis decembris, anno Domini 1578.

CCXXIV.

Augustus dux Saxoniæ et elector ad Joannem Chodkiewicz.

Teka Naruszewicza 92. Ex mss. Chodkievicianis. 85 218

Georgius Trussus, cliens noster, qui has tibi literas reddet, olim operam suam pro magistro equitum Reverendissimo et Illustrissimo principi, D. Vilhelmo archiepiscopo Rigensi et marchioni Brandeburgensi, piæ recordationis, dedit, a quo fundis et possessionibus ita liberaliter auctus est, ut facile hinc appareat, qua fide, industria, diligentia et virtute gratiam optimi principis demeruerit. His autem prædiis quum ipsum prædones Moschovitici ejecissent, cognivit postea Serenissimi Polonorum regis armis et tuis auspiciis atque ductu hostes iterum abactos excessisse. Itaque ad sua redire statuit, et quamvis non dubitet te pro æquitate et bonitate tua se innocentem omnibus humanitatis officiis sponte tua prosecuturum, et in miserias conjectum, a quibus se eripere non potuit, omni comitate sublevaturum esse; tamen ut eo commodius reliquias naufragii sui colligere, ac fundos suos deinceps, sine cujuscunque injuria, tuto tenere posset, petiit a nobis ad te literas commendatitias, quas pro nostra pietate in homines virtute et fide præstantes, nullaque sua culpa calamitosos, et nostros præsertim clientes, negare ipsi neque honestum, neque titulis christiani principis dignum putavimus. Hunc igitur virum optimum et gratissimum et clientem nobis carum fidei et justitiæ tuæ ita commendamus, ut majore studio commendare possimus neminem. Quumque arbitremur laudi tuæ profuturum esse, si per te injuste spoliati restituantur, tuum erit eam Reipublicæ christianæ partem, quæ male affecta tuæ curæ atque fidei commissa est, ita tueri, ut bonos et innocentes viros christianitati conserves, et pariter declares te non modo virum fortem, sed justum quoque et humanorum casuum non ignarum esse. Quod equidem non difficulter assequeris, si efficies ut cliens hic noster commendatione nostra, tuo studio et Serenissimi Polonorum regis beneficio, prædia sua iterum recipiat et quiete possideat. Hoc si ita feceris, scito te nobis gratissimum esse facturum, et nos tibi, ut viro forti et bono, omnia benignissime cupere. Bene vale. Varnsdorfii, pridie nonas decembris, anno 1578.

CCXXV.

Rex Daniæ ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. III.

Fridericus secundus Dei gratia Daniæ, Norvegiæ, etc. Rex, Serenissimo principi, Domino Stephano, Regi Poloniæ, etc., vicino et amico nostro charissimo, salutem et continuum felicitatis incrementum.

Serenissime princeps, vicine et amice charissime. Humiliter Nobis supplicando exposuit vir nobilis, fidelis minister noster, inprimis Nobis propter virtutem dilectus, Henricus

Ramel, superioribus annis nobili avunculo suo, Rudigero Massovio, certam pecuniæ summam concredidisse, quæ quidem ab ipso Massovio in summa viginti septem millium talerorum collocata esset, quam Serenissimo et optimo principi, divo Sigismundo Augusto, Poloniæ regi, prædecessori Serenitatis Vestræ, fratri, consanguineo et fœderato quondam nostro charissimo, mutuo dedit. Quum autem Massovii hæredes non tantum ob eam pecuniam, quam ipse antea commissariis regiis, verum etiam ob hanc summam, quam deinceps immediate ipsi Serenissimo regi, felicis recordationis, mutuo dederant, non persolutam, ad summam inopiam redacti solvendo non essent: rem demum eo deductam, ut facta inter ipsos liquidatione, memoratus minister noster a Massoviis cum legitima cessione omnis juris et actionis hoc nomine competentis, ad Serenitatem Vestram et Ordines regni Poloniæ remitteretur, ut..... inde ipsemet Ramelus suam quoque summam, quam nunc præter damna et expensa ultra viginti unum millia talerorum debiti liquidissimi excrevisse asserebat, repeteret.

Quam quidem ipsius causam per se æquissimam, quamvis complures electores et principes Romani Imperii, quum per literas, tum per legatos suos, Serenitati Vestræ et Ordinibus regni Poloniæ sedulo commendarint, ac ipse tam in proximis comitiis, quam alias sæpe eo in debito exigendo summa cum moderatione versatus sit; nihil tamen se istis rationibus profecisse, sed pro solutione debiti istius, tam certe et plane liquidi, procrastinationes, responsiones dilatorias et incertas ex Polonia reportasse. Ideoque quum in negotio tam plano et expedito ad Germanorum principum auctoritatem, et justitiæ ac æquitatis celebratissimum studium, sibi recurrendum existimaret: non tantum ab illustrissimis principibus, cognatis, socero ac patruo, nostris charissimis, Domino Udalrico, duce Megapolensi, principe Vandalorum, etc., et Domino Joanne seniore, duce Slesvici et Holsatiæ, Stormariæ et Dithmarsiæ, etc., literas intercessorias eo de negotio accurate scriptas Nobis reddidit, verum etiam libellum supplicem, quem hisce nostris literis inclusum Serenitati Vestræ jam transmittimus, Nobis humiliter exhibuit. Ex quo Serenitas Vestra narrationis istius seriem amice et fraterne plenius cognoscet, quam quidem ipse documentis, et liquidationibus regiis, quarum in eo mentio facta est, Nobis planam et testatam fecit: ac supplex et plane reverenter a Nobis petivit, ut favorem, gratiam et auctoritatem nostram interponere, ac ipsius, tanquam fidelis subditi nostri, rationem habere dignaremur, quo pecunia a tot annis ipsi debita, et sæpius sine fructu repetita, una cum interesse, damnis et expensibus, a Serenitate Vestra et Ordinibus regni Poloniæ ipsi persolveretur.

Quum autem et Nobis cum memoratis illustrissimis principibus, socero et patruo nostro charissimo, ea intercedat sanguinis et amicitiæ conjunctio et necessitudo, ut rem æquam a Nobis petentibus Illustritatibus ipsorum denegare non soleamus facile, nec debeamus; ac cum iniquitate nonnulla conjunctum videatur, quod minister hic noster pro solutione debita se frustratoriis responsionibus toties rejectum conqueritur: nolumus cognatorum principum expectationi, vel ipsius supplicibus precibus, præsertim quum causæ istius non obscure appareret æquitas, hac in parte deesse. In quo certe Nos,

præter ministri istius nostri virtutem et integritatem, ejus etiam officii ratio, quo in celebratissimo cameræ imperialis judicio fungitur, commovit, ut vicem ipsius clementer doleamus; grave enim et ab æquitatis norma alienissimum est, eum, qui isto præsertim in judicio cum illustri præsidente aliisque assessoribus, viris clarissimis, in jure æquabiliter administrando de omnibus gentibus bene meretur, de justitia a christiano rege, et florentissimi regni Ordinibus, post tot ac tam solemnes intercessiones, sibi necdum administrata conqueri, et ideo tam alios christianos reges, quam Sacri Romani Imperii electores et principes humiliter compellare. Ac quamvis ideo ad recuperandam pecuniam istam suam, in usum divi prædecessoris Serenitatis Vestræ et regni Poloniæ conversam, ac frustra toties repetitam, aliam ac magis expeditam rationem reverenter et obnixe a Nobis postularet; operæ pretium tamen, et ex mutua nostra, regnorumque necessitudine Nos facturos existimavimus, si primum Serenitatem Vestram etiam per hasce literas nostras de eo amice certiorem faceremus, ipsique causam hanc satis afflictam fraterne commendaremus. Quod quidem eo facimus libentius, quo minister hic noster, collaudata tam Serenitatis Vestræ summa in jure administrando promptitudine, quam ejusdem in divi prædecessoris sui promissis eliberandis constantia et fide plane regia, certo sibi pollicetur, ipsam et officio suo regio, et ipsius expectationi eo in negotio feliciter expediendo, demum satisfacturam esse: eaque tam humilis ipsius moderatio fecit, ut ipsum hac etiam commendatione tam diligenti dignissimum judicaremus. A Vestra itaque Serenitate pro mutua nostra, regnorumque nostrorum mutua conjunctione et amicitia, majorem in modum ac fraterne rogamus et contendimus, ut ipsa auctoritatem et officium suum accommodet, ut memorato ministro nostro pecuniæ istius mutuatæ, omniumque sumptuum et expensarum nomine, ex bono et æquo quamprimum satisfiat, ac re præstet, ut omnes intelligant, Serenitatem Vestram hoc in negotio quum dignitatis divi prædecessoris sui, tum communis æquitatis, ac ipsius justitiæ condignam rationem habuisse. Quod quidem tam manes optimi regis pie defuncti, consanguinei, fratris ac confoederati nostri charissimi, quam ipsa justitiæ, et moralitatis ratio a Serenitate Vestra omnino postulare videntur, et requirere. Ac Nobis officium illud ob præcavenda alia debiti istius recuperandi remedia legitima, tam erit gratum, ut ejus partem nonnullam ad Nos ipsos pertinere existimaturi sumus, eamdem Serenitati Vestræ in gratificando, ac in jure suis administrando promptitudinem, quacumque occasione idonea vicissim demonstraturi (1). Deus Vestram Serenitatem incolumem et florentem conservet et tueatur. Ex regia nostra Goldinga, die 7 decembris, 1578.

~~CCXXV.~~

(1) Zygmunt August, nie mając w wojnie z Moskwą dostatecznej od sejmów w poborach pomocy, pozaciągał za granicą długi, ~~tak od osób prywatnych~~ przez umyślnie na ten koniec ustanowiona w Prusiech komissyą, ~~w której Lojssowie okazali się wynnymi, jako też od swego hoł~~ tak od osób prywatnych, jako też od xiążąt Pomorskich, a dawniej jeszcze od swego hołdownika, Alberta xiążęcia Pruskiego, ~~Xiążąt Pomorskich~~, od swego szwagra, Jana xiążęcia Finlandzkiego, który był potem królem Szwedzkim. Z tych jeden tylko xiążę Pruski, który dostał w zastawie powiat Grobiński w Kurlandyi, wybrał swą należytość, wszyscy inni podobno potracili: niemasz przynajmniej w dokumentach do panowania Stefana Batorego,

u którego ci wierzyciele upominać się o swe summy nie przestawali, żadnego śladu, żeby któremu z nich zapłacono. Mając przed sobą świeży przykład takiej publicznej nierzetelności, xiążęta Niemieccy, xiąże Pruski, elektorowie Saski i Brandeburski, do których król Stefan, podobnież ~~niewsparty~~ przez sejmy dostatecznie ~~przez sejmy~~ niewsparty udał się z prośbą o pożyczkę także na wojnę z Moskwą, nie wprzód swe skarbnice Polsce otworzyli, aż im zawierzono i oddano w zastaw klejnoty Koronne. Król Duński, proszony o pożyczenie pieniędzy przy końcu roku 1580, wręcz odmówił, zapewne dla tego że dla sługi swego, Ramela, z należących mu dwudziestu kilku tysięcy talarów po kilkokrotnych upomnieniach ani grosza wykołatać nie mógł.

CCXXVI.

Stephanus rex Poloniæ ad Martinum Cromerum, coadjutorem ac episcopum designatum Varmiensem.

Teka Naruszewicza 92. Ex arch. capit. Varmiensis.
88, 219

Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Retulit Nobis venerabilis Joannes Demetrius Solikowski, scholasticus Vladislaviensis et Lanciciensis, secretarius noster, sibi a Sinceritate Vestra scriptum esse, opus illius, quod de origine atque rebus Polonorum pridem conscripsit, jam quartum in Germania edi. Vidimus et præliminaris epistolæ exemplum: ut autem Nobis gratum est Sinceritatem Vestram ad Nos de ea re retulisse, ita non solum non reprehendimus, sed etiam Nobis magnopere placet, quod opus illud, quod jamdudum in manibus hominum non sine laude nationis Polonæ versatur, et de cujus jam auctoritate nulla est controversia, denuo recudatur: providebit autem reliqua Sinc. Vestra, ut gravitati operis et diligentia in recudendo illo respondeat.

Ceterum idem secretarius noster, cujus jam antea studium erga Sinc. Vestram pernovimus, dixit Nobis Sinc. Vestram velle custodiæ Sandomiriensis, illum coadjutorem facere, cui quum Nos in re potius præsenti alia ratione, pro merito et statu illius, consulere vellemus, ea coadjutoria præsertim hujus beneficii ecclesiastici non ita magni eum carere mallemus: ac quoniam nulla se hucusque ad eam rem obtulit occasio, ut ipsius a Nobis ipsis aliqua haberetur ratio, quum eum Sinc. Vestra ita, uti apparet, carum habeat, putaremus satius esse, ut illi illud ipsum beneficium resignet, eumque sibi magis ac magis devinciat, quum jam ipsa de sua episcopatus coadjutoria dubia esse non possit, neque debeat. Bene valeat Sinc. Vestra. Datum Cracoviæ, die 8 decembris, anno Domini 1578, regni nostri tertio.

CCXXVII.

Stephanus Rex.

Idem ad eumdem.

Fol. 85, 222

Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Non opus esse arbitramur, ut ea omnia, quæ proxime superioribus temporibus de communi Republica acta et tractata sint, in comitiis regni generalibus, tum quid etiam ipsi per internuntium nostrum illas in terras missum Sinceritati Vestræ una cum ceteris provincialibus significaverimus, pluribus verbis Sinc. Vestræ in memoriam revocemus, quum eorum omnium non ipsa solum Sinc. Vestra, cui omnes ~~rationes~~ actiones et consilia Reipublicæ in numerato sunt, sed quivis etiam ex inferioribus ordinibus probe meminisse possit. Quoniam autem hoc tempore Nos, rebus Reipublicæ sic flagitantibus, senatum regni nostri ad Nos Cracoviam convocavimus, ex ejusdem consilio et sententia majorem legationem ex primariis senatoribus ad Ordines Terrarum nostrarum Prussiæ mittendam esse putavimus, qua cum illis de iis rebus, quæ et salutis publicæ et dignitatis nostræ sunt, et quæ quum a commodis illorum non abhorreant, tum vero studiis et fidei illorum

sunt maxime convenientes, agamus. Quum autem Sinc. Vestra in illis terris praecipuum locu teneat, et quanto etiam ceteris dignitate praeit, tanto Nobis et Reipublicae majore studio de vinctam esse nunquam dubitaverimus, illam hortamur, si ipsa aliquibus de causis i praestare non possit, ut legationi illi audiendae una cum illis intersit, at consilio et au ritate sua apud omnes, praesertim autem eos, cum quibus familiariter vivit, effici ut ad audiendam legationem illam nostram ad proximum mensis januarii diem 30 in civitate Culmensi adsint, atque ad ea, quae illa legatione exponentur, animos et vol tates alacres adferant. Factura Sinc. Vestra rem studio suo perpetuo erga Nos et R publicam dignam. Bene valeat Sinc. Vestra. Datum Cracoviae, die 14 decembris, anno 1578, regni vero nostri anno tertio.

CCXXVIII.

Cardinalis Varmiensis ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. I.

Supplicaveram Vestræ Majestati pro Elbingensibus, ut misericordiam eorum caperet, si quid ab eis peccatum est: est autem graviter peccatum, ut poenas potius temporales de illis persequi, quam suppliciis affici vellet sempiternis, nec eos fame Dei verbi diutius tam graviter cruciari permitteret. Nam certe nulla potest in eos exprimi crudelitas, quam quod non prohibentur, quominus æternis gehennæ suppliciis afficiantur. Dicet Majestas Vestra: sic volunt. Etiam frenetici nonnunquam ultro currunt ad mortem, neque tamen bene de illis meretur, si quis eos voluntati suæ permittat, si non liget, si non coerceat quibuscumque potest modis, si non adfert omnem medicinam, qua sanari possint, quam illi quidem graviter et moleste sibi ferunt adhiberi; sed quum ab errore mentis liberati fuerint, ingentes his, quorum id opera factum fuerit, agunt gratias. Idem etiam expectet ab illis Majestas Vestra. Quod si burgimagistri pepigerunt foedus cum morte, si cum inferno pactum fecerunt, si vivi viventesque ad inferos descendere, et apud eas æternas poenas sustinere cupiunt, si sint magis obfirmato animo, quam ut ulla medicina succurri suo morbo patiantur, eant, quandoquidem illis sic visum est, ad diabolum. Sed sunt interea non pauci, qui medicinam salutarem non respuunt, et divini verbi pabulo refici cupiunt. .... Iterum atque iterum supplex oro Majestatem Vestram saltem ovium ut misereatur, hoedos autem a sinistris collocatos, si nullam adhiberi sibi medicinam patiuntur, tradat in desideria cordis eorum, ut cum Antichristo, quem colunt, supplicia perferant sempiterna. Ego nihilominus Deum precari non intermittam, ut illis mentem reddat aliquando saniorem, et eos ab interitu liberet æterno. Quod superest, Deum precor, ut S. Majestatem Vestram quam diutissime servet incolumem, cujus gratiæ, protectionique me diligenter commendo. Datum Romæ, die 10 decembris, anno Domini 1578.

CCXXIX.

Literæ universales ad omnes aliquo publico munere ac officio fungentibus.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Stephanus Rex Poloniæ, etc.

Universis et singulis regni nostri magistratibus, palatinis, castellanis, capitaneis, succamerariis, judicibus, subjudicibus, notariis, ac cæteris dignitariis et officialibus, eorumque vices gerentibus, nec non proconsulibus, consulibus, advocatis, atque adeo omnibus in universum aliquo publico munere ac officio fungentibus, jurisdictionemque aliquam obtinentibus, hominibus sincere Nobis dilectis, gratiam nostram regiam. Sinc. et Fid. Nobis dilecti. Inter cæteras regii nostri muneris functiones, illam esse non postremam existimamus, cujus in Serenissimi antecessoris nostri, regis Sigismundi primi, statuto fit mentio, hoc est, ut commonefaciamus, quoties necesse fuerit, magistratus regni nostri suorum officiorum. Tametsi vero persuasum sit Nobis Sinceritates et Fidelitates Vestras non magnopere

egere admonitionibus, atque sponte sua omnia facere, quae ratio officiorum Sinc. et Fid. Vestrarum exigit, verum quum brevi discedendum Nobis sit in Lithuaniam, quo gravissima illius provinciae negotia Nos evocant, non putavimus esse committendum, quin admoneremus Sinc. et Fid. Vestras, ut diligenter sub hoc nostro discessu injuncta sibi obeant munia, maxime vero tranquillitati publicae, omniumque securitati prospiciant, insolentias ac caedes et violentias, quae passim in regno hoc ~~inol~~ eleverunt, coërceant, et quicquid ad Sinc. et Fid. Vestrarum officia, sive ex legum praescripto, sive ex consuetudine recepta pertinet, naviter et cum fide ac ~~digi~~ diligentia exequantur. Quoniam vero frequenter novi et inusitati casus, maxime de violentiis, quae a licentiosis passim committuntur, accidere solent, ita Sinc. et Fid. Vestras, potissimum vero capitaneos, jurisdictionem brachii nostri regii habentes, ex sententia consiliariorum nostrorum, in praesenti convocatione Cracoviensi congregatorum, informamus, ut quoties violentia, ac enorme aliquod facinus commissum fuerit per quempiam, atque in facto ipso, sive, ut dici solet, in recenti crimine fuerit comprehensus, in eum Sinc. et Fid. Vestrae juxta regni statuta animadvertant. Quod si vero aliquid insit dubietatis, vel in re, vel in facto, neque judicium de captivo ad legem aliquam, vel simile aliquod in ejusmodi casu factum judicium, aut consuetudinem receptam directe et expresse accommodari possit, tum vero captivum in custodia diligenti ad proxima usque regni comitia adservent, totamque causam ac negotium ad Nos referant, ut isthic de debita et legibus congrua poena decernere possimus. Quae quidem omnia Sinc. et Fid. Vestrae facient et exequentur pro debito officiorum suorum et gratia nostra. Datae Cracoviae, die 12 mensis decembris, anno Domini 1578, regni vero nostri anno tertio.

Stephanus Rex.

CCXXX.

Ab Augusto duce Saxoniae ad Sacram Regiam Majestatem.

(t. 1.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063,

Serenissime Rex. Serenitati Regiae Vestrae salutem dicimus et operam nostram in omni officiorum genere paratissimam offerimus, Domine et affinis charissime. Quum minister noster Sigismundus Colvicius, et hujus pater Sigismundus, et frater Joannes, atque reliqui horum agnati, ad nos triste quorundam facinus referrent, ac significarent, non procul a Wartenburgo filiam, sororem et agnatam ipsorum, Ursulam, innocentem puellam, aliquot sclopetorum ictibus in via publica proterve petitam et misere trucidatam esse (1), et pariter peterent, ut ad Serenitatem Vestram Regiam pro ipsis scriberemus: quasi species quaedam moestissima afflictae justitiae nobis ob oculos versari, et queruli manes crudeliter peremptae puellae efflagitare visi sunt, ne parenti, fratribus et agnatis injustissimam filiae, sororis atque agnatae caedem deplorantibus deessemus. Indidit Deus aeternus praestantibus et generosis animis heroicos impetus, ut non tantum in ejusmodi acerbis casibus moveantur et doleant, sed etiam in bello justo, hostibus subactis, sexum debiliorem reverenter et ab injuria et crudelitate immaniter in justa victoria saevientium tutum praestare cupiant. Quamobrem haud existimamus indecens hoc facinus ipsi comiti Gorcano, cui libello literis his nostris inserto hoc potissimum nomine dica impingitur, ullo modo probari aut placere posse, quem, si forte in mares hostilem gerebat animum, tamen imbelli et tenero sexui parcere, neque labem turpiter extinctae puellae Gorcanorum comitum honestae et generosae familiae affricare voluisse, verisimile est. Velut autem sit, quum in maleficiis illicitae rei studium, non exitus spectari soleat, equidem si constaret vindictam ab ipso privatam grassatoribus mandatam et hujus occasione, sive errore quodam et temere

(1) Obacz notę do listu cesarza Rudolfa do króla z dnia 8 kwietnia 1579.

sine consilio, et data opera, puellarem cædem perpetratam esse, haud equidem existimandum est Serenitatem Regiam Vestram pro innocuo habituram esse cum, qui in contemptum magistratus, contra fas et leges, vim publicam fecerit, et mali hujus quasi auctor exstiterit. Atque hæc quum ita sunt, a Serenitate Regia Vestra maximopere petimus, ut patri per immane facinus orbato filia dulcissima, fratribus per vim injustam spoliatis sorore amantissima, et agnatis sanguinem suum crudelissime profusum legitime reposcentibus, sine mora longiori jus et æquum administret, neque viros bonos de manifesta vi et injuria conquerentes, ante justissimum Serenissimæ Regiæ Majestatis Vestræ tribunal prostratos, diutius in luctu jacere patiatur. Peteremus hæc a Serenitate Regia Vestra pluribus, nisi rei indignitas et delicti magnitudo, atque atrocitas per se ipsa pro supplicibus loqueretur et plane persuasum nobis esset, Serenitatem Regiam Vestram, pro insigni æquitate sua, jus postulantibus ita redditurum esse, ut et dignitatis suæ auctoritatem justissima et severa animadversione in reos proterve nocentes augeat, et pulcherrimum atque insigne exemplum statuat, quo facinorosi grassatores a maleficiis deterreantur, et innocentes atque imbelles homines sub regis justissimi protectione atque tutela illæsi et securi conserventur. Benevaleat Serenitas Vestra Regia.)

(Datæ ex arce nostra Annæburgensi, 19 decembris, 1570

CCXXXI.

Georgius Ticinius ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t 1.

Subjectissima precum, servitiique perpetui commendationem in gratiam Sacræ Majestatis Vestræ, Domini mei clementissimi, humillime offero. De coadjutoria archiepiscopatus Gnesnensis, ut Majestas Vestra mandavit, apud Sanctissimum Dominum Nostrum diligentissime egi, ac ne quid præter voluntatem Majestatis Vestræ ad importunam ambientium instantiam de eo negotio statuatur, nomine Majestatis Vestræ a sua Sanctitate petii, explicavi denique tunc suæ Sanctitati nonnulla alia ad eam rem pertinentia, de uso continuo privilegiorum dominiis Majestatis Vestræ a pontificibus maximis, Leone decimo et Clemente septimo, perpetuo concessorum, quibus cavetur, nemini in regno Poloniæ licere coadjutorem cum futura successione sibi cooptare, sine expresso Regiæ Majestatis consensu, quod quum sua Sanctitas intellexisset, illico censuit postulata vasallorum Majestatis Vestræ, quod præter voluntatem principis sui a Sede Apostolica temere peterentur, nulla ratione admitti, imo omnino rejici debere, quod ut Majestati Vestræ significarem, his, quæ sequuntur, verbis sua Sanctitas mihi mandavit. „Scribe, inquit, Serenissimo regi tuo, Nos de coadjutoria Gnesnensi præter consensum et voluntatem Majestatis suæ nihil omnino statuere velle, nec ad eam ecclesiam, contingente ejus vacatione, alium confirmabimus, nisi eum, quem sua Majestas Regia idoneum judicaverit, scriptisque suis id Nobis testatum fecerit. Certo enim Nobis persuademus, suam Majestatem Regiam ecclesiis regni et dominiorum suorum non alios præfici cupere, nisi idoneos, pios et catholicos viros." Et hæc de negotio coadjutoriæ Gnesnensis.

Potestas educendi certum numerum equorum ex Hispaniis et regno Neapolitano pro usu Majestatis Vestræ, fuit jam, uti ex literis doctoris Fogelverdi intellexi, a Serenissimo Hispaniarum rege ministris Majestatis Vestræ permissa, cujus rei curam Illustris cardinalis Comensis Reverendissimo nuntio apostolico, qui in Hispaniis est, per literas suas demandavit, quas ipse ad manus Danielis Mureti, Majestatis Vestræ servitoris, Madritum ante dies paucos misi.

Cupio maxime ut architectus aliquis insignis, et in professione sua excellens, primo quoque tempore ad Majestatem Vestram hinc mitti possit, in quo deligendo, et in Poloniam expediendo Illustris D. Claudius Gonzaga egregiam suam navat operam. Sed ea de re, aliisque Majestatis Vestræ negotiis, ne scriptis prolixis Majestati Vestræ sim molestus, Illustri D. cancellario Poloniæ regni latius scribo. Opto tandem, ut Deus Opt. Max. Majestatem Vestram nobis diutissime felicem et incolumem conservet. Datum Romæ, die 21 decembris, anno Domini 1578.

10

CCXXXII.

List od Króla JMci do Pana marszałka Koronnego.

Ex mss. bibl. Kurnicensis.

Stefan z łaski Bożey król Polski, etc.

Wielmożny uprzeymie Nam miły. Po odprawieniu konwokacyi tuteczney, dali Nam znać naprzód starostowie nasi, że Konstantyn Wołoszyn, który tu czas niemały w Koronie mieszkał, zebrawszy sobie hultaystwa y łotrostwa pewną liczbę, uczynił nayście do ziemi Wołoskiey, w czem od samego też wojewody był u Nas poseł uskarżaiąc się o tak częste naiazdy, które się dzieią ziemi Wołoskiey z państw naszych. Potem zasię dał nam znać Golski strażnik nasz, iż to powtórekroć, że car Przekopski przyprawuie się z ludźmi sw mi u Alsangrodka, zameczka swego przez Dniepr, z którego postem y także czausem Tureckim takeśmy się byli rozjechali, żeśmy pewni od niego byli przyiaźni, y przeciw nie przyiacielowi naszemu z Nami przestawania, a w ten sposób upominkiśmy mu zwykłym obyczaiem byli posłali; lecz Nam czyni wątpliwość niemałą to przyprawowanie iego y ktemu też Konstantynowe wtargnienie do ziemi Wołoskiey, gdyż wiemy, że cesarz Turecki acerbe fert takowe nachodzenie. A to ktemu iż poseł nasz Broniewski odprawion od niego nie iest, y chociaśmy mu byli pewny czas wrócenia się do Nas naznaczyli, przecie dotąd nic o nim nie wiemy ani słyszymy. Przeto z tych wszystkich przyczyn, nie mogąc nic sobie, ani państwom swym bezpiecznego od tego pogani na obiecować, y na to się oglądaiąc, co Nam strażnik nasz iuż powtóry raz oznaymił, pisaliśmy zaraz do hetmana żołnierzów Ruskich, aby nic niemieszkaiąc obesłał y zerwał w iedną kupę wszystkie sobie poruczone ludzie, y obrócił się z nimi ku nieprzyiacielowi tam, gdzieby naylepiey zrozumiał, a Nam o sobie y o wszystkiem, coby się koło niego działo, znać dawał. By się było zapłaciło tym żołnierzom, któreśmy do Inflant obrócić mieli za te dwie ćwierci roku co się im winno, mogliby się byli ruszyć y pomknąć ku Wołyniowi w oczy nieprzyiacielowi.

Ale chociaśmy po kilkakroć do szafarzów około tey zapłaty pisali, nic iednaktem się nie sprawiło. Był sam u Nas ieden z szafarzów Matey Polski Urodzony Gołuchowski, który Nam tę sprawę dawał, że bardzo mało iest u poborców pieniędzy, u Krakowskiego ledwie kilkanaście tysięcy, a u Sandomierskiego iedno snadź piętnaście set, zkąd Uprzeymość Twa baczyć może, iako w takiem zatrudnieniu mogą bydź rzeczy dobrze y porządnie odprawowane. Wszakoż iednak y do tych żołnierzów posłaliśmy, napisawszy pilnie do Urodzonego Marcina Karanowskiego, który iest nad nimi przełożonym, aby ie ściągnął na iedno mieysce, tak żeby mogli ruszyć się przeciw nieprzyiacielowi temu, ku którym posyłamy też zaraz wszystkie nasze piesze Węgierskie, które przy sobie mamy, na podiezdkach. Takżeśmy też do starosty naszego Czerkaskiego pisali, aby Niżowce, które ma w poruczeniu swem, do siebie zebrał, y ieśliby ten nieprzyiaciel w państwa nasze ciągnął, aby to, co potrzeba Rzeczypospolitey ukaże, z nimi czynił. Sami też za tem nic nie mieszkaiąc tamtym na Lublin gościńcem pomykać się będziemy. A gdzieby taka chęć w ludziach była, żeby się do Nas dla poratowania oyczyzny swey, tak iakośmy

o tem uniwersały swe rozpisali, zgromadzać chcieli, obrócilibyśmy się przeciw temu nieprzyiacielowi z nimi, nie szanuiąc nic ani siebie, ani zdrowia swego dla poratowania Rzeczypospolitey y państw swych.

Co wszystko do Uprzeymości Twey piszemy żądaiąc, abyś Uprzeymość Twa do wiadomości ~~[illegible]~~ iak naywięcey możesz ludzi podawał, wiodąc do tego kogobyś iedno mógł, aby z chęci y miłości swey ~~przeciw~~ ku oyczyznie, a przykładem przodków swych, nie ciężko im było bieżeć na tę potrzebę prawie gwałtowną za Nami, czyniąc to z dobrey woli swey, nie z powinności żadney, gdyż wedle prawa nie powinni, y są na takową potrzebę pobory postanowione, które wybieraią się y wybierać będą. Ale ta potrzeba ~~[illegible]~~ zwłoki nie cierpi; przeto żeby z chęci ktoby chciał czynić to, y oyczyznie w tak nagłey potrzebie służyć nie zaniechiwali. Sam także Uprzeymość Twa, nie wątpimy, pokażesz w tym nagłym przypadku Rzeczypospolitey to, co z Uprzeymości Twey bydź może. Żądamy za tem Uprzeymość Twą bydź dobrze zdrową. Dan w Krakowie, dnia 22 decembra, anno Domini 1578, panowania naszego roku trzeciego.

Stephanus Rex.

